HISTORIA MISCELLA

FRANCISCVS EYSSENHARDT

RECENSVIT

BEROLINI
APUD I. GVTTENTAG
MDCCCLXVIIII

HISTORIA MISCELLA



FRANCISCVS EYSSENHARDT

RECENSVIT

BEROLINI MDCCCLXVIIII

I. GVTTENTAG

PRAEFATIO

Historiam miscellam ad codices manu scriptos exactam edere operae pretium facturus mihi uidebar non solum ut qui Orosium Victorem Eutropium Anastasium alios a nostro excerptos edituri sunt quid multis locis ante hos mille annos illorum scriptorum codicibus lectum sit intellegerent sed etiam propter eas res quae in historia miscella sola exstant. sunt enim quae in his nostris exemplis primum compareant, sunt quae in Gruteri notis delitescant a Muratorio prorsus neglecta. accedit quod Gruterus Pithoeum secutus suum exemplar non ad unam eandemque miscellae recensionem exegerit sed ad mixtum quoddam ex utraque. qua de re breuiter dicam quae satis sunt.

Vnus aliquis homo siue fuit Paullus Diaconus siue quis alius Eutropii breuiarium interpolauit paucis additis quaeque non magni momenti uideantur, ultraque Eutropium progressus est usque ad Iustinianum (p. 374, 21). huius recensionis praestantissimus codex est meus *B* eique similis *V*. alter homo multo plura et illius recensioni addidit eamque uehementer immutauit et pergebat usque ad Leonis Armenii aetatem. huius testes optimi sunt meus *D* et Gruteri Palatinus illi simillimus. Pithoeus igitur codicem secutus est posterioris recensionis sed aut cum altera contaminatum aut a se ipso uehementer breuiatum, Gruterus Pithoei exemplum repetiit multis emendatis et re ita administrata ut quae ex suo codice Palatino noua accedere uidebat ea maiorem partem in notis laudaret, Muratorius Gruteri textum expressit addita e recentioribus codicibus Ambrosianis uaria lectione satis inutili, ego quae codices ampliores *DP* exhibent repraesentaui quia illa longe maioris momenti esse uidebam, adiecta in commentariis breuiore

illa recensione. ita factum est ut nunc uno conspectu Eutropius dupliciter interpolatus auctus continuatus ante oculos poneretur.

Et de codicibus quidem sic habeto. *D* significato codicem Bambergensem (E. III. 13. H. nro 7, Iaeckii 514) saeculo decimo in forma quadrata maiore peregregie scriptum. folia sunt CLXXVIII siue quaterniones XXXXIIII et duo folia. eodem tempore ab eadem manu quotiens scriptura primaria emendata est semper indicaui. uersiculi sunt triceni quaterni uno tenore scripti. in nominibus propriis saepe supra uocales uirgulam (uelut marhuán) positam esse illis prorsus dissimilem quibus *m* significatur (ā aut ã, plerumque uero à) ideo moneo nequis post me sicubi muhâmad in codice inuenerit me falso ex eo *muhamad* notare contendat. ego illam uocabulo alicui additam esse non magis monui quam interpunctiones (; et .); neque enim uidetur accentum significare, cum saepe talia inueniantur charrân, sed ideo apposita esse ut nomen proprium significetur. in initio aliquot folia perierunt, ita ut primum librum et secundi libri particulam priorem (usque ad p. 24, 24) ex Gruteri Palatino ibi tantum repraesentare potuerim, ubi prior interpolatio quae in *B V* legitur a posteriore discrepat. quod tamen ut euitari non potuit ita non multum dolendum est: paucis enim in illa operis parte alter interpolator ab altero differt. tenendum igitur est a p. 1, 1 usque ad 24, 24 plenam lectionis uarietatem exhibitam esse etiam ex *B* (et inde a 4, 23 etiam ex *V*), de Palatino et Ambrosiano ex meo silentio nihil concludi debere, uncinos ⟨ ⟩ transuersos qui per ceteram partem ⟨haec uerba⟩ in solo *D* legi significant, in priore parte uerba illa solius Palatini auctoritate niti indicare.

P significat codicem Palatinum. de eo haec sunt uerba Gruteri (historiae Augustae scriptores, Hanouiae 1611, adnot. p. 41) 'titulum totum repraesentaui ut erat in manuscripto codice Bibliothecae Palatinae, Longobardicis, (ut uulgus hodie putat, ut ego Saxonicis,) characteribus exarato; quod eidem responderet lectio exemplaris quo usus amplissimus Bongarsius; qui, ut alia omnia, ita uariantes quoque scripturas libenter mecum communicauit.' num hodie codex supersit ignoro neque tamen aut Heidelbergae aut in bibliotheca Vaticana exstare uidetur: certi enim nihil comperi.

His duobus libris in restituenda oratione ita utendum erat ut plurimum Bambergensi tribueretur utpote ne leuissima

quidem interpolatione inquinato. Palatinum enim aliquotiens ex alius generis codice emendatum esse quaedam Gruteri notae indicant. neque tamen ita Bambergensi me addixi ut Gruteri silentio nihil tribuerem; quamquam enim Palatinum laudare non poteram ubi Gruterus nihil ex eo enotauit, tamen saepissime uel silentio eius obsecutus sum in reicienda siue aperte falsa nominum forma qualis in Bambergensi exstabat, siue in retinendis sermonis particulis in Bambergensi omissis. qua in re eo minus peccauisse mihi uideor quod Gruterum si uniuersum spectas Palatino optime usum esse iudicandum sit. et illud ipsum quod non recte administrauit, nobis emolumento est, quod scilicet permulta immo innumera quae recte Palatinus exhibet in orationis seriem non admittebat sed solum in notis laudauit, quod si ea omnia siue recepisset siue addidisset, de Palatini auctoritate non tam certo nobis constaret quam propter illam eius uerecundiam nunc constat.

Alterius eiusque breuioris recensionis testes habui codicem Bambergensem alterum et in prioribus libris Vaticanum. Bambergensis (Iaeckii 513) signatus G. E. III. 4 Nro. 6 scriptus est saeculo nono in membranis formae quadratae minoris. continet Victoris Vitensis historiam persecutionis Africanae — ita enim inscribendus liber est in uulgatis exemplis insane corruptus et interpolatus (cf. Hermes, II. p. 319) — mundissime et emendatissime scriptam. sequitur historia miscella desinens in uerba *clangere bucinā* (p. 374, 21). conflatus est ex quaternionibus sexaginta quattuor. paucis foliis glossae additae sunt, quas non notaui. uersiculi sunt uiceni uno tenore scripti. uniuersus codex uno eodemque tempore sed a compluribus hominibus nitidissime scriptus est. ubicumque quod primitus scriptum erat emendatum est, notaui praeter eos locos, quibus manus recentissima — Iaeckii ut mihi uisum est — rubro colore uirgulam uel similia addidit aut *u* in *a* mutauit. — simillimus est Vaticanus n. 3339 a Carolo Zangemeistero cum Eutropii exemplo Dietschiano collatus, qui suam collationem amicissime mihi dono dedit. de eo nisi quod olim Fuluuii Vrsini erat nihil compertum habeo. unum addam in eis locis quos integros ex duobus his libris in commentario transcripsi, uersiculorum fines et compendia scripturae ex solo Bambergensi enotata esse, non ex Vaticano.

Bamberga praeter hos duos codices ministri regii liberali-

tati acceptum refero ut tertium quoque domi habuerim H. E. III. 14 n. 4 signatum. scriptus est in forma maxima oblonga. huius nulla fuit utilitas, continet enim historiam uniuersam ex uariis scriptoribus compositam et breuiatam eamque uehementissime interpolatam. de eo accuratissime dixit Waitzius in Pertzii arch. uol. VIIII p. 673—703.

Longum est de scriptoribus dicere quibus Paullus Diaconus et Landulphus Sagax — si modo hic illius opus inceptum auxit — usi sunt. hoc tamen patet ne Anastasio quidem mihi utendum fuisse nisi ubi Gruterus de Anastasii codicis Palatini lectione aliqua diserte tradidit. Bekkeri enim Anastasius quamquam sapientissime emendatus tamen librorum manu scriptorum ope emendatus non est. sicubi igitur Anastasium laudo, Palatinum Gruteri intellegi uolo.

In scribendis uocabulis nemo constantiam exspectabit in opere a duobus hominibus non scriptum sed ex uariis auctoribus transcriptum. tamen mea culpa factum est ut non ubique *Muhauias* et *Obsequii* ex *D* scriptum sed aliquotiens *Mauhias* et *Obsicii* relictum sit. sicubi autem uirgula excidit uelut in ianiu (p. 99 in nota) excidit a me et picta et in plagulis corrigendis uisa. ceterum non uolebam recta et uera repraesentare sed quae homini barbaro recta et uera uidebantur, quod moneo nequis me talia quale legitur p. 145, 28 patienter tulisse miretur.

Scripsi Berolini kal. Octobribus a. MDCCCLXVIII

HISTORIA MISCELLA

D = *codex Bambergensis* 514

B = *codex Bambergensis* 513

V = *codex Vaticanus* 3339

P = *codex Palatinus, de quo nihil notum est praeter ea quibus P additum*

$D^1B^1V^1P^1$ = *lectio codicum emendatione anterior*

d b v p = *lectio codicum emendata*

⟨*loci*⟩ *ita significati in solo D* (*et P*) *leguntur*

(*BP*) = *lectio codicum, de qua ex meo silentio tantum mihi constat*

HISTORIA MISCELLA

LIBER PRIMVS

Primus in Italia, ut quibusdam placet, regnauit Ianus. I
deinde Saturnus Iouem filium e Graecia fugiens in ciuitate, quae ex eius nomine Saturnia dicta est. cuius ruinae hactenus cernuntur in finibus Tusciae haut procul ab urbe. hic Saturnus quia in Italia latuit, ab eius latebra Latium appellata est. ipse enim adhuc rudes populos domos aedificare, terras incolere, plantare uineas docuit atque humanis moribus uiuere, cum antea semiferi glandium tantum modo alimentis uitam sustentarent et aut in speluncis aut frondibus uirgultisque contextis casulis habitarent. ipse etiam eis nummos aereos primus instituit. pro quibus meritis ab indocili et rustica multitudine deus appellatus est. post hunc Picus eius filius, de quo fabulose dicitur quod a quadam famosissima maga, Circe nomine, ob contemptum eius amorem in auem sui nominis sit mutatus. post hunc eius filius Faunus, qui fuit pater Latini, cuius mater

---

Inscriptum INCIPIT STORIAE ROMANAE | LIBER PRIMVS *in B*, IN NOMINE DÑI NRI IHS XPI ·INCIPIT HYSTORIAE | ROMANAE LIBER PRIMVS *in V*, incipit hiſtoria romana Eutropii gentiliſ usque ad obitum Iouuiani imperatoriſ, cui aliqua Paulluſ Aquilegienſiſ Diaconuſ addidit rogatu Adelbergae Beneuentanae Ductriciſ. deinde idem Paulluſ ex diuerſiſ auctoribuſ colligenſ a Valentiniani imperio incipienſ, uſque ad tempora Iuſtiniani perduxit . quem Landulphuſ Sagax ſecutus, plura & ipſe ex diuerſiſ auctoribuſ colligenſ, in eadem hiſtoria addidit & uſque ad imperium Leoniſ quod eſt annuſ dominicae incarnationiſ ſeptingenteſimuſ ſextuſ, indictione ſeptima *in P, similiaque in Bongarsiano, qui post* addidit et *add.* perduxit
2 e] a *B*   3 actenuſ *B*   11 indocili ruſtica *P*, indocili ac ruſtica *Bong.*
14 contemptu *B*   amore (amo *in ras.*) *B*

Carmentis Nicostrata creditur Latinis litteras repperisse. quibus regnantibus centum quinquaginta anni referuntur euoluti. regnante tamen Latino qui Latinam linguam correxit et Latinos de suo nomine appellauit, Troia a Graecis capta est, cum apud Hebraeos Labdon tertium sui principatus annum ageret et apud Assyrios Tautanes, apud Aegyptios Thous regnaret expletis a mundi principio annis quattuor milibus decem et nouem, a diluuio annis mille septingentis septuaginta septem, a natiuitate Abrahae quadragesimo tertio anno, Nini regis Assyriorum anno octingentesimo tricesimo quinto, a natiuitate Moysi annis quadringentis decem, ante urbem autem conditam annis quadringentis quattuor, ante primam quoque olympiadem annis quadringentis sex.

II Capta igitur Troia Aeneas Veneris et Anchisae filius ad Italiam uenit anno tertio post Troiae excidium. cum Turno Dauni Tuscorum regis filio dimicans eum interemit eiusque sponsam Lauiniam Latini regis filiam in coniugium accepit, de cuius etiam nomine Lauinium oppidum, quod construxerat, appellauit. regnauit igitur Aeneas Latinis annis tribus. quo vita decedente regnum suscepit Ascanius, qui et Iulus, eiusdem Aeneae filius, quem apud Troiam ex Creusa coniuge ⟨filia Priami regis⟩ genuerat et secum in Italiam ⟨ueniens⟩ adduxerat. qui Ascanius derelicto nouercae suae Lauiniae regno, Albam Longam condidit et Siluium Postumum fratrem suum ⟨qui post eum regnauit⟩ Aeneae ex Lauinia filium summa pietate educauit ⟨deosque penates patris sui Aeneae ex Lauinio in Albam Longam transtulit, simulacra uero Lauinium sponte redierunt. rursus transducta in Albam Longam iterum repetiuere antiquiora delubra.⟩ deinde Ascanius Iulum filium procreauit, a quo familia Iuliorum exorta est. paruulus quia necdum regendis ciuibus idoneus erat, Ascanius cum triginta et octo annis regnasset, Siluium Postumum fratrem suum regni reliquit heredem.

III Siluius igitur Postumus regnauit annis triginta nouem. qui

2 Cl *B* 7 $\overline{\text{iiij}}$ xviiij *B* 8 mille dcclxxvij *B* abrahae *P*: abraham *B* 9 anno dcccxxxv *B* 10 moysi anni * ccccx *B* anni cccciiij *B* 12 anni ccccvi *B* 13 filios. *B'* 19 Iulus *B* 20 filia Priami regis *add. P., om. B Bong.* 24 lauiniam *B'* 28 iulum suum procreauit *B* 29 exhorta *B* 30 xxxviij *B* 31 reliquid *B* 32 xxxviiij *B*

Postumus ideo est appellatus quia post mortem patris est editus, Siluius, quia ruri fuerat educatus. a quo omnes Albanorum reges Silui uocati sunt. post quem regnauit Aeneas Siluius annis triginta uno. deinde Latinus Siluius ⟨regnauit⟩ annis quinquaginta. quo etiam tempore apud Hebraeos Dauid regnauit. post cuius obitum regnum Alba Siluius suscepit, annos triginta nouem. post hunc Aegyptus siue Atys eius filius annis uiginti quattuor. deinde Capis Siluius superioris regis filius annis uiginti nouem, qui Capuam in Campania condidit. item Capetus Siluius Capis filius, annis tredecim. post quem Tiberinus Capeti filius annis nouem. ab huius nomine Tiberinus fluuius dictus est eo quod in eum decidens extinctus sit, qui prius Albula dicebatur. successit huic Agrippa Siluius regnans annis quadraginta. cuius temporibus Homerus fuisse in Graecia perhibetur. dehinc Remus Siluius Agrippae superioris filius regnauit annis XVIIII. iste praesidium Albanorum inter montes ubi nunc Roma est posuit. qui ob impietatem fulmine ictus interiit. post hunc regnauit Auentinus Siluius annos triginta septem, qui fuit Remi superioris regis filius quique in eo monte, qui nunc pars urbis est, mortuus ac sepultus aeternum loco uocabulum dedit.

IIII

Successor huius extitit Procas Siluius eiusdem Auentini filius. qui regnauit annos uiginti tres. quo regnante Phidon Argiuus mensuras et pondera repperit, cum apud Hebraeos Azarias in Iudaea et Hieroboam in Hierusalem regnarent. ⟨et dum Procas obisset, testamentum suum duobus filiis suis Amulio et Numitori reliquit ut unus pecuniam protinus, alter regnum susciperet. Amulius uero fratri suo Numitori electionem dedit ut quod desideraret acciperet, Numitor uero pecuniam tulit, Amulius autem regnum obtinuit, in quo regnauit annos quadra-

3 xxxı *B* 4 regnauıt *om. B.* 6 ſuſcepıt *add. P, om. B* xxxvıııȷ . *B* 7 annı xxıııȷ . *B* 8 xxvıııȷ . *B* 9 campanıam *B* carpentus *B* 10 xııȷ . *B* tyberınuſ carpentı *B* 11 vıııȷ *B* tyberınuſ *B* 13 xl *B* 14 aremuſ *B* 15 agrıppe *B* 18 xxxvıȷ. *B* aremulȷ *B* 20 *post* ſepultuſ *add.* eſt *B* 21 huıuſ *om. B* 22 xxııȷ. *B* fıdon *B*, fıdon *P Bong.* 24 ıuda *B* regnaret *B'* 24—p. 4, 7 ⟨⟩ *P*: ıſtı quoque amulıuſ ſucce | denſ eıuſ ıunıor fılıuſ regnauıt annoſ xlııȷ. | Numıtor proce maıor regıſ fılıuſ a fratre amulıo regno pulſuſ ın agro ſuo uıxıt. fılıa eıuſ *B* 28 ut quod *Pithoeus*: quıd *P*

ginta tres. et dum regnum obtineret, consuluit deos responsumque est ei quod ab stirpe fratris sui occideretur et regnum perderet. statimque eum de regno expulit. Numitor autem abiens in agro suo uixit. erant autem ei duo filii Sergestus et Rhea, quae et Ilia dicta est. metuens ergo Amulius rex responsum, Sergestum secum ad uenationem duxit et eum in silua occidit. Rheam uero quae et Ilia⟩ adimendi partus gratia ⟨uirginem Vestalem fecit.⟩ quae cum septimo patrui anno geminos edidisset infantes, iuxta legem iu terra uiua defossa est. uerum paruulos iuxta ripam fluminis expositos Faustulus regii pastor armenti ad Accam Laurentiam uxorem suam detulit, quae ob pulchritudinem et rapacitatem corporis quaestuosi lupa a uicinis appellabatur. unde et ad nostram usque memoriam meretricum cellulae lupanaria dicuntur. pueri cum adoleuissent, collecta pastorum et latronum manu interfectoque apud Albam Amulio auum Numitorem in regnum restituunt.

V Romanum igitur imperium, quo neque ab exordio ullum fere minus, neque incrementis toto orbe amplius humana potest memoria recordari, a Romulo exordium habet, qui Rheae Siluiae Vestalis uirginis, ut praemissum est, filius et quantum putatus est Martis, cum Remo fratre uno partu editus est. is cum inter pastores latrocinaretur, XVIII aunos natus, urbem exiguam in Palatino monte constituit decimo kalendas Maias, Olympiadis sextae anno *quarto,* quadringentesimo decimo nono post Troiae excidium, siue ut placet Orosio quadringentesimo quarto, ante sex annos quam decem tribus Israhel a Sennacherib rege Chaldaeorum transferrentur in montes Medorum. condita ergo ciuitate, quam ex suo nomine Romam uocauit, a qua et Romanis nomen inditum est, haec fere egit. condito templo quod asylum appellauit, pollicitus erat cunctis ad eum confugientibus inpunitatem. quam ob causam multitudinem finitimorum, qui aliquam apud suos ciues offensam contraxerant, ad se con-

8 ⟨⟩ *P*: uirgo uestalis electa est *B* 16 amulium *B* 19 re*ę filui*ę *B* 21 his *B'* 23 x kl *BV* olimpiadis *V* 24 sexto *V* quarto *om. BVP Bong. add. Pithoeus* ccccxviiii *BV* 25 cccciiii· *BV* 26 ihl *B*, isrl *V* sennacerib *B* 27 transferentur *BV* 29 haec *V*: hoc *B* 30 asilum *V* pollicitus est *V*

fugientem in ciuitatem recepit. Latini denique Tuscique pastores, etiam transmarini Phryges qui sub Aenea, Arcades qui sub Euandro duce, influxerant. ita ex uariis quasi elementis congregauit corpus unum populumque Romanum effecit. centumque ex senioribus elegit quorum consilio omnia ageret, quos s e n a t o r e s propter senectutem, p a t r e s ob similitudinem curae nominauit. mille etiam pugnatores delegit quos a numero milites appellauit.

VI Tum cum uxores ipse et populus eius non haberent, inuitauit ad spectaculum ludorum uicinas urbis Romae nationes atque earum uirgines rapuit anno ab urbe condita quarto. tunc una uirginum pulcherrima cunctorum adclamatione rapientium Thalassio duci Romuli decernitur. unde in nuptiarum sollemnitatibus T h a l a s s i o uulgo clamitant, quod scilicet talis nupta sit quae Thalassium habere mereatur. commotis bellis propter raptarum iniuriam, Caeninenses uicit, Antemnates Crustumios Sabinos Fidenates Veientes. haec omnia oppida urbem cingunt. tunc etiam Tarpeia uirgo Sabinorum clipeis in monte obruta est, qui ab eius nomine Tarpeius est appellatus, in quo postea Capitolium est constructum. pepigere tamen Romani cum Sabinis, quorum filias rapuerant, amicitias adeo ut Sabinorum rex ⟨Titus⟩ Tatius ⟨senex⟩ pariter regnaret cum Romulo ⟨— quem mox, ut in societatem regni eius adsumpsit, occidit — Sabini quoque⟩ et Romani unus populus efficerentur. quo tempore Romani ad confirmandam coniunctionem nomina illorum suis praeponebant nominibus et in uicem Sabini Romanorum. et ex illo consuetudo tenuit ut nemo Romanus sit absque praenomine.

---

2 frıgef *BV* enca *V* 4 gregaııt *v* 5 centum *V* legıt *V* 7 elegıt *v* 9 populuſ ſuuſ *V* 11 *post* urbe *add.* rome *V* ıııı. *BV* 12 pulcerrıma *B* cunctarum *P* 13 talaſſo *BV* 14 talaſſo *BV* quo *B* 15 talaſſum *BV* commotıſue ıllıſ *V* 16 ınıuriarum *V'* cęcınenſeſ *BV* 17 sauınoſ *B* bızenteſ *BV Bong.* vıdenteſ *P*, *em. Gruterus* 18 carpeıa *ut uid. B'*, ſarpeıa *V'* ſauınorum clyppeıſ *B* 21 romanıſ *B'V'* ſauınıſ *B* rapuerat *B'* 22 ſauınorum *B* 23. 24 ⟨⟩ *P*: ſauınıq; *B*, ſabınıq; *V* 26 ſuıſ *om. BV* 27 ſabınıſ *BV*

VII Propter hanc etiam societatem cum Sabinorum more Romulus hastam ⟨longam⟩ ferret, quae eorum lingua quiris appellabatur, Quirinus est dictus. Romani uero siue a quiribus id est hastis ⟨longis⟩ siue a Quirino Quirites nominari coeperunt. Remus denique a Fabio duce Romuli ⟨fratris sui, eiusdem ut fertur⟩ uoluntate, rutro pastorali extinctus est. causa autem eius interitus haec fuit quod ad tutelam nouae urbis uallum non posse sufficere increpauerit eiusque angustias saltu transilierit. ⟨cum Veientibus populis adhuc proelium paruo nomine sed magnis uiribus agitatum. Caeninensium captum ac dirutum oppidum. adsumptis semel armis numquam quies, quippe quibus egestas turpis atque obscaena fames domi timerentur si umquam acquieuissent paci aut foederi.⟩ Romulus uero cum ⟨septimo kalendas Augusti⟩ apud paludem Capreae ⟨fulmine ictus⟩ nusquam comparuisset anno regni tricesimo nono, ad deos transisse creditus est et Quirini nomine consecratus. deinde Romae per quinos dies senatores imperauerunt et his regnantibus annus unus completus est.

VIII Postea Numa Pompilius rex creatus est, cum apud Hebraeos Hezechias regnaret. qui bellum quidem nullum gessit sed non minus ciuitati quam Romulus profuit. nam ⟨et cultus deorum⟩ et leges Romanis moresque constituit, qui consuetudine proeliorum iam latrones ac semibarbari uidebantur, et annum descripsit in decem menses prius sine aliqua supputatione confusum, et infinita Romae sacra ac templa constituit. morbo decessit quadragesimo primo imperii anno. regnante Numa Glaucus primus ferri inter se glutinum excogitauit.

VIIII Huic successit Tullus Hostilius ⟨hic primus Romanorum purpura et fascibus usus est⟩ Manasse in Iudaea regnante.

---

1 faunorum *B* 2 cyribſ *B*, cyriſ *V* 3 cyrinus *BV* cyribus *BV* 5 fauio *V* 5. 6 ⟨ ⟩ *P:* dubium an fratriſ *BV* 6 raſtro *v* 9 tranſiheriſ *V'* 14 capre *BV* 15 xxxviiii *BV* 17 conſecratur *V* 18 annū *V'*, *deinde* ·|· *V* 19 nūma *V* hebreoſ *V* 20 hiezechiaſ *V* quidem *om.* *V* 22 legē *V* 23 uidebatur *V* 24 annuſ *BV'* 26 xli *BV*

hic bella reparauit ⟨fiducia bene exercitae iuuentutis, et Anis bellum, qui nunc Albani dicuntur et ab urbe duodecim milia-ria sunt, intulit eosque uicit sexta congressione, pessima clade⟩. Veientes et Fidenates, quorum alii septimo miliario absunt ab urbe Roma, alii XVIII, bello superauit. ⟨rursus pace dirupta Metius Fufetius Fidenate bello meditatus dolum, dum contracta temporaria pace adscitus fuerat a Romanis, ita eos deseruit ac decepit infidus ut in medio furore certaminis cum exercitu suo in proximo colle consideret. tum ingenio usus est rex Romanus Tullus Hostilius ut diceret suo eum secessisse consilio ob hoc ut dato signo hostibus superueniret. sic erectis suorum animis, qui iam iam desperauerant separatione subsidii, et Albanis territis uicit Fidenates. Metium uero Fufetium curribus illigatum pro animi infidelitate diuisit. hic⟩ urbem ampliauit adiecto Caelio monte. cum triginta et duos annos regnasset, fulmine ictus cum domo sua arsit.

His temporibus Byzantium ciuitas est condita ⟨a Pausania rege Spartanorum⟩ quae postea Constantinopolis est appellata.

Post hunc Ancus Marcius, Numae ex filia nepos, suscepit X
imperium, quo etiam tempore Iosias regnabat apud Hebraeos: contra Latinos dimicauit ⟨et uicit omnes finitimos et potentes tunc Tusciae duodecim populos innumeris concidens conflictibus⟩ Auentinum montem ciuitati adiecit et Ianiculum. apud Hostiam ciuitatem supra mare sexto decimo miliario ab urbe Roma condidit. uicesimo tertio anno imperii morbo periit. hoc etiam regnante Epidamnus est condita, quae postea Dyrrachium est nominata.

Dein regnum Priscus Tarquinius accepit. hic numerum XI
senatorum duplicauit, circum Romae aedificauit. ludos Romanos instituit qui ad nostram memoriam permanent. uicit idem

---

1 nella *V'* 1—3 ⟨⟩ *P:* albanoſ uicit. qui ab urbe roma | duodecimo miliario ſunt *BV* 4 uegenteſ *V* 6 contracta *uulgo*: contra eoſ *P* 15 celio *V* xxx & duoſ *B*, treginta et duos *V* 17 bizantium *BV* 20 hebreoſ *V* 23 abentinum *B* 24 hoſtiam *PV Bong.*: hoſtium *B* xvimo *B* 25 xxiii *BV* 26 etiam *B*: tam̄ *V* 26 epidauruſ *BV* dyracium *BV* 30 permanenſ *corr. in* permanet *in V*

etiam Sabinos et non parum agrorum sublatum isdem Romae urbis territorio iunxit primusque triumphans Romam intrauit. muros fecit et cloacas. Capitolium inchoauit. tricesimo septimo imperii anno per Anci filios occisus est, regis eius cui ipse successerat.

Regnante Tarquinio Arion Methymnaeus a delphino in Taenarum dicitur transportatus. tunc est etiam Massilia condita. eodemque tempore Hierusalem a Nabuchodonosor rege ⟨Chaldaeorum⟩ subuersa.

XII Post hunc Seruius Tullius suscepit imperium genitus ex nobili femina captiua tamen et ancilla, regnauitque annis triginta quattuor. ⟨huic in Tarquinii Prisci gremio dormienti caput ardere uisum est. quod prodigium cum Tanaquil uxor regis uidisset, eum inter liberos educauit. pro qua re ad regnum peruenit.⟩ quo regnante Balthasar imperabat Chaldaeis, sub quo Danihel scripturam mysticam in pariete legit et interpretatus est. hic quoque Sabinos subegit ⟨Veientes proelio uictos nec domitos fregit⟩ montes tres Quirinalem Viminalem Esquilinum urbi adiunxit, fossas circum murum duxit. primus omnium censum ordinauit, qui adhuc per orbem terrarum incognitus erat. sub eo Roma omnibus in censum delatis habuit capita octoginta quattuor milia ciuium Romanorum cum his qui in agris erant. occisus est scelere generi sui Tarquinii Superbi, filii eius regis cui ipse successerat et filiae, quam Tarquinius habebat uxorem. ⟨eodem tempore Claudia Quinta uirgo Vestalis ob crimen stupri accusata est. at illa purgare se dedignata humaniter in uado Tiberis adiit nauim eamque adscendit. ligauit zonula proram et ait 'si uirgo sum, sequere me'. moxque nauis mota ingressaque est Romam.⟩

---

1 ſauınoſ *B* hıſdem *BV* 2 ıuncxıt *B* 3 xxxvıı *BV* 4 an̄n. ımperıı *V* 6 methınneuſ *B*, methımneuſ *V* delfino *BV* 7 thermarum *BV* 8 ıeruſalē *V* 10 *post* hunc *add.* etıam *V* 11 an̄n *V* 12 xxxıııı· *BV* 12 huıc *Pithoeus*: hıc *P* 16 ſcrıptura mıſtıcā ın parıetē (¯*erasum*) *V* 17 ſauınos *B* (ſubegıt ſabınoſ *V*) 18 treſ *om.* *V* quırınalem *BV* 19 esculınum *BV* adıuncxıt *B*' cırcnm] cıtra *BV* 20 cenſuſ *BV* 22 lııııxxx *BV* (*sed linea supra posita a rec. m. in V*) 23 generıſ *BV* 24 ſuperbus *B*'

Lucius dehinc Tarquinius Superbus, septimus atque ultimus regum, inuasit imperium. XIII

Quo tempore ad relaxationem Cyri regis Persarum reuersi sunt Hierosolyma Iudaei quadraginta duo milia quadringenti.

Iste primus excogitauit uincla taureas fustes lautumias carceres compedes catenas exilia metalla. Volscos quae gens ad Campaniam euntibus non longe ab urbe est, uicit ⟨oppida ualida in Latio id est Ocriculum Gabios⟩ et Suessam Pometiam subegit. cum Tuscis pacem fecit et templum Ioui in Capitolio aedificauit. postea Ardeam oppugnans in decimo octauo miliario ab urbe Roma positam ciuitatem, imperium perdidit. nam cum filius eius et ipse Tarquinius iunior ⟨nocte armatus⟩ nobilissimam ⟨Lucretiam Lucretii Tricipitini filiam⟩ Collatini uxorem ⟨per uim⟩ stuprasset, ⟨ea de iniuria maritum patrem et amicos acciuit e castris uimque, quam oppressa pertulerat, flens ac pudibunda conquesta est. solantibus illis non pertinere ad pudicitiam illatae uiolentiae crimen extraneum: non enim animum honestae sed corpus tantum fuisse corruptum 'nulla' inquit 'impudica exin Lucretiae se defendet exemplo'. tum ferrum quod ueste celabat subito uisceribus immersit.⟩ propter quam causam Brutus, parens et ipse Tarquinii, populum concitauit et Tarquinio ademit imperium. mox exercitus quoque eum, qui ciuitatem Ardeam cum ipso rege oppugnabat, reliquit ueniensque ad urbem rex portis clausis exclusus est, cumque imperasset annos triginta quinque cum uxore et liberis fugit. ita Romae regnatum est per septem reges annis ducentis quadraginta tribus, cum adhuc Roma ubi plurimum uix usque ad quintum decimum miliarium possideret.

Tarquinii sane temporibus castissima Iudith Holophernem

---

4 hierofolymam *B*, ierosolimā *V* iudei *V* 4 x̄l̄īīcccc· *B*, xlii · cccc *V* 6 uulfcof *corr. in* biulfcof *in B*, uulscof *V* 7. 8 ⟨⟩ *P*: gabiofciuitatem *B*, cauiof ciuitatem *V* 9 iouif *corr. in* iobif *in B* 10 xviii *BV* 11 romā *V'* 13 conlatini *V* 14—20 ⟨⟩ *P*: eaq, de iniuria marito & patri &amicif quęfta (quefta *V*) fuiff& in omnium confpectu fe occidit. *BV* 23 obpugnabat *V* reliquid *B* 24 xxxv *BV* 25 uxoref *V'* 26 vii *B* anni *B*, añn. *V* ccxliii· *BV* 27 xv *B* 29 tranquinn *V'* olofernem *B*, holofernem *V*

peremit. isdemque temporibus Pythagoras philosophus claruit, qui Samo oriundus Crotone degnit, nouissime Metapontum adiit ibique sepultus est. ⟨sed Romani quanta mala per ducentos quadraginta tres annos continua illa regum dominatione pertulerint non solum unius regis expulsio uerum etiam eiuratio regii nominis et potestatis ostendit. nam si unius tantum superbia fuisset in culpa, ipsum solum oportuisset expelli seruata regia dignitate melioribus.

XIIII Igitur regibus urbe propulsis Romani consulendum sibi quam cuiquam suae libertati dominandum rati consules creauerunt.⟩ pro uno rege duo hac causa creati ut si unus malus esse uoluisset, alter eum habens potestatem similem coerceret. et placuit ne imperium longius quam annum haberent ne per diuturnitatem potestatis insolentiores redderentur sed ciuiles semper essent qui se post annum scirent esse priuatos. fuerunt igitur anno primo expulsis regibus consules Lucius Iunius Brutus, qui maxime egerat ut Tarquinius pelleretur et ⟨Lucius⟩ Tarquinius Collatinus maritus Lucretiae. sed a Tarquinio Collatino statim sublata est dignitas. placuerat enim ne quisquam in urbe maneret qui Tarquinius uocaretur. ergo accepto omni patrimonio suo ex urbe migrauit et in loco ipsius factus est Publius Valerius Publicola consul. commouit tamen bellum urbi Romae rex Tarquinius, qui fuerat expulsus, et collectis multis gentibus ⟨maxime Etruscorum et Veientium⟩ ut in regnum posset restitui dimicauit. in prima pugna Brutus consul et Aruns Tarquinii filius in uicem se occiderunt, Romani tamen ex ea pugna taliter uictores recesserunt ⟨qualiter uox quam ex proximo luco audierunt 'uno plus Etrusci cadent, Romanus uictor abibit'.⟩ Brutum Romanae matronae defensorem pudicitiae suae quasi communem patrem per annum luxerunt. Valerius Publicola Spurium Lucretium Tricipitinum collegam sibi fecit patrem Lucretiae. quo morbo mortuo iterum Horatium

1 hiſdemq; *V* pithagoraſ *BV* 2 oriundoſ *B* cotrone *BV* 3—11 ⟨⟩ *P*: hinc confuleſ coepere *B* 5 eiuratio *Gruterus*: & iuratio *P* 12 alterum habenſ *V* cohercer& *B* 15 effe probatoſ *B* 18 conlatinuſ *BV* 19 conlatino *BV* 20 in urbē remaneret *V* 22 publiuſ] luciuſ *BV* 26 arrunſ *V* 31 publicocla *BV*¹ 32 oratium *B*

Puluillum collegam sibi sumpsit. ita primus annus quinque consules habuit cum Tarquinius Collatinus propter nomen urbe cessisset, Brutus in proelio perisset, Spurius Lucretius morbo mortuus esset.

XV

Secundo quoque anno iterum Tarquinius ut reciperetur in regnum bellum Romanis intulit auxilium ei ferente Porsenna Tusciae rege ⟨tribusque continuis annis trepidam urbem terruit conclusit obsedit et nisi hostem uel Mucius, qui ad feriendum Porsennam ad eius castra atque tentorium descenderat et subregulum eius stipendia diuidentem habitu purpurato occidit regem arbitratus, captusque ilico locutus est cur uenisset, dextram denique quae errauerat, igni qui in ara erat urendam superposuit: uel uirgo Cloelia quae post exiguum temporis interuallum ruptis uinculis admirabili transmeatu Tiberis fluminis, audacia permouissent, profecto Romani perpulsi forent perpeti aut captiuitatem hoste insistente superati aut seruitutem recepto rege subiecti. eadem Cloelia obses fuerat Porsennae data, quae uigiles fefellit et conscenso equo per Tiberim Romam rediit. statua ei equestris ex senatus consulto data est. quadam die cum Etrusci in urbem Romam irruerent per pontem sublicium Tiberis, quidam Horatius Cocles in pontis fronte eis obstitit solus donec dissoluto ponte pars eius dirueretur et statim cum armis se in Tiberim dedit ac pariter et hostium uictor et fluminis superiecta Etruscorum tela uitauit.⟩

XVI

Tertio anno post reges exactos Tarquinius cum suscipi non posset in regnum neque ei Prosenna, qui pacem cum Romanis fecerat, praestaret auxilium, Tusculum se contulit, quae ciuitas non longe ab urbe est, atque ibi per quattuordecim annos priuatus cum uxore consenuit.

Quarto anno post reges exactos ⟨Sabini corrasis undique copiis magno apparatu belli Romam contendunt. quo metu

---

1 V *B* 2 conlatinuſ *BV* 5 iterum ut *V* 6 peruſenna *B* 7—24 ⟨⟩ *P:* & romam poene coepit (cepit *V*) uerum tum (tum *om.* *V*) quoque uictuſ eſt *BV* 22 parſ eiuſ *Pithoeus:* per ciueſ *P* 26 perurſenna *B*, porſenna *V* 27 tuſculum condidit *P* 28 xiiii *BV* 30—12, 1 ⟨⟩ *P:* cum ſabini (*corr. ex* ſauini *in* *B*, *ex* sabinis *in* *V*) romanis bellum intuliſſent uicti ſunt *B V*

consternati Romani bellum parauerunt⟩ et de his triumphatum est.

Quinto ⟨anno post reges exactos⟩ Publius Valerius, ille Bruti collega et quater consul, fataliter mortuus est adeo pauper ut conlatis a populo nummis sumptum habuerit sepulturae. quem matronae sicuti Brutum per annum luxerunt.

Nono anno post reges exactos cum gener Tarquinii ad iniuriam soceri uindicandam ingentem collegisset exercitum, noua Romae dignitas est creata, quae dictatura appellatur, maior quam consulatus. eodem anno etiam magister equitum factus est qui dictatori obsequeretur. nec quicquam similius potest dici quam dictatura antiqua huic imperiali potestati, quam nunc tranquillitas uestra habet, maxime cum Augustus quoque Octauianus, de quo postea dicemus, et ante eum Gaius Caesar sub dictaturae nomine atque honore regnauerint. dictator autem Romae primus fuit Larcius, magister equitum primus Spurius Cassius.

XVII Sexto decimo anno post reges exactos ⟨sequitur discessio plebis a patribus cum Marco Valerio dictatore delectum militum agente uariis populus stimulatus iniuriis⟩ tamquam a senatu atque a consulibus opprimeretur ⟨Sacrum montem insedit armatus. qua pernicie quid atrocius? cum corpus a capite desectum perditionem eius per quod spirabat, meditabatur. tum populus⟩ sibi tribunos plebis quasi proprios iudices et defensores creauit per quos contra senatum et consules tutus esse posset.

Eodem tempore concedente Xerxe Persarum rege Neemias Iudaeam uenit muros urbemque restituit.

Sequenti anno Volsci contra Romanos bellum reparauerunt et uicti acie etiam Coriolos ciuitatem, quam habebant optimam

3 ıſ *V* lucıuſ ualerıuſ *BV* 5 collectıſ *P* 7 generum *V et* (*sed* um *rubro colore deletum*) *B* 10 quam *B*: que *V* 12 imperı *B* 14 octauıuſ *V*. 15 pugnauerınt *P* 16 Lartiuſ *Eutropius*: larguſ *BV*, M. Valerıuſ *P*(?) 18—20 ⟨⟩ *P*: ſedıtıonem poſt (populuſ *Eutropius*) romę (rome *V*) fecıt *BV* 20 tamquę *B*, tamq; *V* ſen*** (*uid. fuisse* ıū) *V* 21—24 ⟨⟩ *P*: tum et ıpſe *BV* 27 xerſe *BV* 29 uulcı *corr. in* uolcı *B*, uulſı *V*

perdiderunt. octauo decimo anno postquam reges eiecti erant, expulsus ex urbe Gaius Marcius dux Romanus, qui Coriolos ceperat Volscorum ciuitatem, ad ipsos Volscos contendit iratus et auxilia contra Romanos accepit. Romanos saepe uicit, usque ad quintum miliarium urbis accessit oppugnaturus etiam patriam suam, legatis qui pacem petebant repudiatis, nisi ad eum mater Veturia et uxor Volumnia ex urbe uenissent. quarum et precatione superatus remouit exercitum ⟨quem submouere armis Roma non poterat.⟩ atque hic secundus post Tarquinium fuit qui dux contra patriam suam esset. ⟨in loco autem, ubi orauerant, a *marito* suo ara facta est Fortunae Muliebri.

XVIII Tito Geganio et Publio Minucio consulibus duo uel maxima omnium malorum abominamenta fames et pestilentia fessam urbem corripuere. cessatum est paulisper a proeliis, cessatum tamen a mortibus non est. Veientes et Etrusci graues hostes, adiunctis sibi finitimorum copiis in bella surgentes obuiis Marco Fabio et Gnaeo Manlio consulibus excipiuntur. ubi post sacramentum iurationis quo se Romani deuouerant non nisi post uictoriam ad castra redituros, adeo atrox certamen fuit et uictis uictoribusque par fortuna ut amisso plurimo exercitu occisoque in pugna Manlio consule et Fabio consulari Marcus Fabius consul oblatum sibi a senatu triumphum suscipere recusaret eo quod frater suus fortiter faciens in illa proelii tempestate cecidisset, inquiens quia 'tantis rei publicae detrimentis luctus potius debetur quam triumphus'.⟩

Gaio Fabio et Lucio Virginio consulibus ⟨gloriosissima illa numero et uiribus Fabiorum familia Veientanum sortita certamen, quantum rei publicae orbitatem occasu suo intulerit infamibus usque adhuc uocabulis testes sunt fluuius Cremera

---

1 octabo *B* eieſtı *V'* 2 quıntuſ martıuſ *B*, ·V· martıuſ *V* romanoſ *B'*, romanor *V'* 3 coeperat *BV* uulſcorum *BV* ſuulcoſ *B*, uulſcoſ *V* 5 obpugnaturuſ *V* 7 uetuerıa *BV* uelumnıa *BV* quorum *BV* 9 hıſ *V* 11 marıto *add. Pithoeus, om. P* 13 geganıo *Pithoeus:* geſonıo *P* 27 gaıo flauıo *BV* 27—14,3 ⟨⟩ *P:* ccc nobıleſ qui ex fabıa (fauıa *B*) famılıa erant contra ueıentes hellum ſuſceperunt (ſuſcoeper̄ *V*) *BV*

qui perdidit et porta quae misit. nam cum sex et trecenti Fabii, uere clarissima Romani status lumina, speciale sibi aduersus hostes Veientes decerni bellum expetiuissent⟩ promittentes senatui et populo per se omne certamen implendum, itaque profecti omnes nobiles et qui singuli magnorum exercituum duces esse deberent ⟨dein hinc inducti in insidias circumuentique ab hostibus omnes ibidem trucidati sunt uno tantum ad enuntiandam cladem reseruato⟩ qui propter aetatem puerilem duci non potuerat ad pugnam.

XVIIII Post haec census in urbe habitus et inuenta sunt ciuium centum decem et septem milia, trecenti decem et quattuor.

⟨Eodem tempore Porphyria uirgo Vestalis ob stupri crimen uiua defossa est. Romae ergo post urbem conditam anno ducentesimo nonagesimo suspenso ad modicum bello grauis pestilentia, quae semper ibi raras indutias aut factas intercepit aut ut fierent coegit, per uniuersam ciuitatem uiolenter incanduit ut merito praecedente immani prodigio caelum ardere uisum sit quando caput gentium tanto morborum igne flagrauit. nam eo anno Aebutium et Seruilium ambos consules pestilentia consumpsit, militares copias plurima ex parte confecit, multos nobiles praecipueque plebem foeda tabe deleuit quamuis iam etiam superiore quarto anno oborta lues eundemque populum depopulata sit.

Proximo dehinc anno ciues exules seruique fugitiui duce Herdonio uiro Sabino Romam inuaserunt incenderuntque Capitolium. ubi fortissime quidem Valerio consule et imperatore obstitere iuniores sed adeo atrox et graue discrimen proelii fuit ut ipse quoque consul Valerius ibi fuerit occisus et indignam de seruis uictoriam insuper etiam sua morte foedauerit.

XX Sequitur annus in quo cum uicto exercitu consul obsessus

---

3 decerni *Orosius:* decenni *P* 6—8 ⟨⟩ *P:* in proelio conciderunt. Unus omnino supfuit ex tanta familia (milia *V*[1]) *BV* 10 abituſ *B*, hauituſ *V* 11 cxviicccxiiij. *B*, . cxvii . cccxviiii . *V* 12—15, 5 ⟨⟩ *P:* ſequenti tamen anno cum in algido monte ab urbe duodecimo (xiimo *V*) fere miliario romanuſ obſideretur exercituſ luciuſ quintiuſ cincinnatuſ dictator (ditator *B*) eſt factuſ *BV* 12 porphilia *P*

est. nam Minucium consulem congressi proelio populi Aequi Volscique superarunt et fugientem in Algido monte, qui ab urbe duodecimo ferme miliario abest, fame ferroque cinxerunt actumque infeliciter foret ni Quintius Cincinnatus praecipuus ille dictator artatam obsidionem oppresso hoste soluisset.⟩ qui ⟨repertus in rure⟩ agrum quattuor iugerum possidens manibus suis colebat. is cum in opere et arans esset inuentus, sudore deterso ⟨ab aratro arcessitus ad fasces⟩ togam praetextam accepit. ⟨mox sumpto honore instructoque exercitu⟩ caesis hostibus ⟨uictor effectus⟩ liberauit exercitum iugumque boum equis imposuit uictoriamque quasi stiuam tenens subiugatos hostes prae se primus egit.

Anno ⟨qui proximus⟩ trecentesimo et altero ab urbe condita ⟨fuit⟩ ⟨dum legati ad Athenienses propter Solonis leges deferendas missi expectantur, arma Romana fames pestilentiaque compescuit.

Ipso autem trecentesimo et altero anno ab urbe condita⟩ XXI
imperium consulare cessauit et pro duobus consulibus decem facti sunt qui summam potestatem haberent ⟨constituendarum legum Atticarum gratia qui a numero⟩ decem uiri nominati sunt. ⟨quod magnam rei publicae perniciem inuexit. nam primus ex decem uiris cedentibus ceteris solus Appius Claudius sibi continuauit imperium statimque aliorum coniuratio subsecuta est ut more contempto, quo insigne imperii penes unum, potestas autem communis erat omnibus, omnia propriis libidinibus agitarent. itaque inter cetera quae insolentissime cuncti praesumebant, repente singuli cum duodenis fascibus ceterisque imperatoriis insignibus processerunt et nouo improbae ordinationis incepto, ablegata religione consulum, emicuit agmen tyrannorum duabus tabulis legum ad decem priores additis, agentes insolentissimo fastu plurima. die quo deponere magistratus mos erat, cum isdem insignibus processerunt.⟩

Secundo ⟨anno⟩ unus ex his Appius Claudius Virgini

---

8 pretexta|tā *VP* accipit *V* ⟨⟩ *P:* & *B* 10 posuit *B* prae *BV:* per *P* 13 cccmo & altero *BV* 19–20 ⟨⟩ *P:* ac *BV* 20 uiri nominati sunt sex *V* 21—32 ⟨⟩ *P:* sed cum primo anno bene egissent *BV* 29 allegata *P* 33 unus *om.* *B* us *V* appidos claudios *V* uirginiu *V*

cuiusdam, qui honestis iam stipendiis contra Latinos in monte Algido militabat, filiam uirginem ⟨nomine Virginiam stuprauit. quam ob rem adactus Virginius pater dolore libertatis et pudore dedecoris protractam ad seruitutem filiam in conspectu populi pius parricida prostrauit. qua populus necessitatis atrocitate permotus et periculo libertatis admonitus montem Auentinum occupauit armatus nec tueri armis libertatem destitit postquam⟩ sublata est decem uiris potestas ipsique damnati sunt.

XXII Anno trecentesimo quinto decimo ab urbe condita ⟨per totum fere annum tam crebri tamque etiam graues in Italia terrae motus fuerunt ut de innumeris quassationibus ac ruinis uillarum oppidorumque adsiduis Roma nuntiis fatigaretur. dehinc ita iugis et torrida siccitas fuit ut praesentis tunc futurique anni spem gignendis terra fructibus abnegarit.

Isdemque temporibus⟩ Fidenates contra Romanos rebellauerunt ⟨maximorum auxiliorum manu stipante. insuper⟩ auxilium his praestabant Veientes et rex Veientium Tolumnius. quae ambae ciuitates tam uicinae urbi sunt ut Fidenae et Veientum decimo octauo miliario ⟨ab urbe⟩ absint. coniunxerunt se his et Volsci. sed a Mamerco Aemilio dictatore et Lucio Quintio Cincinnato magistro equitum uicti etiam regem perdiderunt. Fidenae ⟨uix capta et excisa est. tanta in ipsis Fidenis erat malorum animorumque contentio ut uel domesticas clades superfusa forinsecus bella oblitterarent uel post damna bellorum indutias relaxatas diuersae pestes caelo terraque excandescentes incessabili infestatione corrumperent.

XXIII His deinde temporibus grauissimo terrae motu concussa Sicilia insula exaestuantibus Aetnae montis ignibus fauillisque calidis cum detrimento plurimo agrorum uillarumque uastata est. tunc etiam Atlante ciuitas Locridis adhaerens terrae con-

---

2—8 ⟨⟩ *P:* corrumpere uoluıt quam pater occıdıt ne ſtuprum a decemuıro ſuſtıneret · et egreſſuſ ad mılıteſ mouıt tumultum *BV* 9 cccmo xvmo *B,* cccc (*quartum* c *erasum*) xvmo *V* 17 uegenteſ *V* 19 ueıentıum *B,* uelentıū *corr. ın* ueıentıum *V* xvıııımo *BV* conıuncxerunt *BV* 20 ſuulcı *B,* uulṭſcı *V* a *om. B* emılıo *BV* 21 lucıo .v. cıncınnato *V* ıunctı *B,* uınctı *V* 22—17, 3 ⟨⟩ *P:* capte | et occıſe *B,* capte et excıſe *V*

tinuo repentino maris impetu abscissa atque in insulam desolata est. Atheniensium quoque ciuitatem misera pestis inuasit diuque depopulata est.⟩

Post uiginti inde annos Veientani rebellauerunt. dictator contra ipsos missus est Furius Camillus, qui primum eos uicit acie, mox etiam ciuitatem diu obsidens ⟨cuniculis clam⟩ cepit antiquissimam Italiae atque ditissimam ⟨inuentamque⟩ ibi statuam Iunonis Monetae iussit Romam transferri. unus autem e militibus per iocum interrogauit simulacrum an uellet ire Romam. respondit 'uolo.'⟩ postea cepit et Faliscos non minus nobilem ciuitatem. sed commota est ei ⟨domi⟩ inuidia quasi praedam male diuisisset damnatusque ob eam causam expulsus est ciuitatem.

⟨Dehine irruptio Belgicorum Gallorum et incendium urbis XXIIII insequitur. cui cladi audeat quispiam, si potest, aliquos motus huius temporis comparare, quamuis non aeque pendat praeteriti mali fabulam praesentis iniuria. igitur⟩ Galli Senones ⟨duce Brenno exercitu copioso et robusto nimis cum urbem Clusini, quae nunc Tuscia dicitur, obsiderent, legatos Romanorum — qui tunc componendae inter eos pacis gratia uenerant — in acie aduersum se uidere pugnantes, qua indignatione permoti Clusini oppidi obsidione dimissa totis uiribus Romam contendunt. hos ita ruentes Fabius cum exercitu consul excepit nec tamen obstitit, immo potius hostilis ille impetus Romanos quasi aridam segetem succidit strauit et transiuit. testatur hanc Fabii cladem fluuius Allia sicut Cremera Fabiorum. non enim facile aliquis similem Romanae militiae ruinam recenseret etiam si Roma insuper incensa non esset. patentem Galli urbem penetrant trucidant rigentes simulacrorum modo in suis sedibus senatores, eosque incendio domorum crematos lapsu culminum suorum sepeliunt uniuersos. cumque iam hu-

4 uelentane *V* 5 camillof *V*' 6 coepit *B*, coepit *V* 10 coepit *B* falicof *V* 12 ab ea caufa *BV* 14—17 ⟨⟩ *P:* ftatim *B* 18—18, 9 ⟨⟩ *P:* ad urbem uenerunt . & uictof (uicof *V*¹) romanof ximo miliario a roma apud flumen alliam fecuti etiam urbem occupauerunt. neque defendi quicquam nifi capitolium potuit. Quod cum (quo dum *V*) diu obfediffent (obfidiffent *V*) *BV* 23 ruentef *Gruterus ex Orosio:* reuertentef *P*

manae uires eis omnino resistere non possent, Apollinem Delphicum consuluerunt. respondit deos secum et candidas puellas Gallis pugnaturas. (tunc in Alpibus niuibus oppressus Brennus cum omni suo exercitu deletus est.) igitur reliquam iuuentutem, quam constat uix mille hominum tunc fuisse, in arce Capitolini montis latitantem obsidione concludunt ibique infelices reliquias fame et peste desperatione et formidine terunt. captumque ilico Capitolium fuerat nisi clamore anseris excitatus Manlius restitisset. qui cum diu eos obsiderent⟩ et iam Romani fame laborarent ⟨fragmenta panum pro lapidibus Gallis iecerunt. quam ob rem⟩ accepto auro mille librarum, ne Capitolium obsiderent ⟨ex urbe recesserunt.⟩ sed secutus eos Camillus cecidit ut et aurum quod his datum fuerat et ⟨insuper⟩ omnia quae ceperant militaria signa reuocaret ⟨quamuis pridem eos grauissime cecidisset.⟩ ita tertio ⟨Camillus⟩ triumphans urbem ingressus est et appellatus secundus Romulus quasi et ipse patriae conditor. ⟨igitur cum idem Galli Capitolium obsiderent, Gaius Fabius Dorsuo flamen Quirinalis sollemni die Gabinatus sacra praeferens per hostium tentoria ad Quirinalem montem contendit et celebrato sacrificio rediit.⟩

Circa haec tempora Hester putatur historia conscripta. Plato quoque philosophus his fuisse temporibus perhibetur.

---

9 mallius *P et cod. Pithoci* 10. 11 ⟨⟩ *P:* a camillo qui in uicina ciuitate exulabat. gallis superuentum est *add. v*) grauissimeque uicti (uincti *V*) sunt. Postea tamen *BV* 10 fragmenta *Pithoeus:* fragmentis *P* 11 *ante* auro *add.* etiam *BV* 13 *ante* eos *add.* est *B* 14 coeperant *BV* 22 phylosophus *V* *subscriptum* EXPLICIT (HISTORIAE ROMANAE *add. V*) LIBER · PRIOUS · INCIPIT LIBER SECUNDUS *in BV*

LIBER SECVNDVS

I

Anno trecentesimo sexagesimo quinto ab urbe condita ⟨saeuissimo terrae motu Achaia uniuersa concussa est et duae tunc ciuitates, Hebra et Helice, abruptis locorum deuoratae.

Igitur post captam urbem⟩ primo dignitates mutatae sunt et pro duobus consulibus facti tribuni militares consulari potestate. hinc iam coepit Romana res crescere. nam Camillus eo anno Volscorum ciuitatem, quae per septuaginta annos bellum gesserat, uicit et Aequorum urbem et Sutrinorum atque omnes deletis earundem exercitibus occupauit et tres simul triumphos egit. Titus etiam Quintius Cincinnatus Praenestinos, qui usque ad urbis Romae portas cum bello uenerant, persecutus ad flumen Alliam uicit, octo ciuitates quae sub ipsis agebant, Romanis adiunxit, ipsam Praenestem aggressus in deditionem accepit. quae omnia ab eo gesta sunt uiginti diebus, triumphusque ipsi decretus est.

Verum dignitas tribunorum militarium non diu perseuerauit. nam post aliquantum nullos placuit fieri et quadriennium in urbe ita fluxit ut potestates ibi maiores non essent. praesumpserunt tamen tribuni militares consulari potestate iterum dignitatem et triennio perseuerauerunt. rursus consulibus factis Lucio Genucio et Quinto Seruilio consulibus mortuus est Camillus honorque ei post Romulum secundus delatus est anno ab urbe condita trecentesimo octuagesimo quarto. II

His temporibus ⟨ingens uniuersam Romam pestilentia corripuit non, ut adsolet, plus minusue solito tempore turbata temperies

---

2—5 ⟨⟩ *P:* Poſt captam autem *BV* 4 hebra *cod. Pithoei,* ebra *P,* ebora *Orosius,* Bura *Graeci* 8 uulſcorum *BV* qui *V'* LXX *B* 9 equorum *BV* 11 concinnatuſ *V* 12 uenerunt *BV* 13 aliā *V* 14 adiuncxit *B* ipſa *V'* adgreſſuſ *V* 15 ea *BV'* xx *B* 18 nulluſ *BV* 19 poteſtaſ *V* 21 dignitate *V* conſuleſ facti *BV* 22 geuutio (*D*) 23 honore·|·poſt romuluſ *V* 25—20, 8 ⟨⟩ *P:* inmenſa per continuum biennium | romanoſ peſtiſadflixit (afflixit · *B*) *BV*

hoc est aut intempestiua siccitas hiemis aut repentinus calor ueris aut incongruus humor aestatis uel auctumni diuitis indigesta illecebra, insuper etiam exspirata de Calabris saltibus aura corrumpens repentinos acutarum infirmitatum afferre solita transcursus: sed grauis diuturnaque in nullo dispar sexu, in nulla aetate dissimilis generali cunctos per biennium iugiter tabe confecit ut etiam quos non egit in mortem, turpi macie exinanitos afflictosque dimiserit.⟩

Sequentique anno secutum est satis triste prodigium. si quidem in medio urbis ⟨foro⟩ terra dissiluit uastoque praerupto hiantia subito inferna patuerunt. quod dum diutius ⟨ad spectaculum⟩ ita maneret cunctisque terrorem inferret, tandem interpretantibus aruspicibus ⟨claudi barathri amplitudinem posse si in eo, quod esset Romae pretiosissimum, uoluntarie mitteretur: diu iactatis inaniter monilibus matronarum⟩ Marcus Curtius eques Romanus ⟨domo clarus, militiae insignibus sumptis cum equo⟩ se in id barathrum ⟨praecipitauit⟩ sicque conclusum est. ⟨post eum sacrificantes in eundem locum iecere fruges et mox terra in naturam suam rediit.

III Anno ab urbe condita trecentesimo octuagesimo octauo iterum terribilis Gallorum inundatio iuxta Anienem fluuium ad quartum ab urbe lapidem consedit facile sine dubio et pondere multitudinis et alacritate uirtutis perturbatam occupatura ciuitatem nisi otio et lentitudine sui torpuisset. ubi atrocissimam pugnam singulariter inchoauit Lucius Manlius iuuenis nobilissimus de senatoribus⟩ prouocantem Gallum ad singulare certamen progressus occidit et sublata torque aurea colloque suo imposita in perpetuum **Torquati** et sibi et posteris cognomen ⟨obtiuuit. statimque eos Quintius dictator cruentis-

---

9 ſecutuſ *V* 12 terrore *V* 13—15 ⟨⟩ *P:* quod uiui hominiſ ſepulturam expeteret *BV* 15 curciuſ *V* 16 romanoſ *BV'* 17 baratrum *BV* praecipitauit *P:* armatuſ iniecit *BV* 18—26 ⟨⟩ *P:* | Interea tituſ quintiuſ dictator aduerſum (aduerſuſ *V*) galloſ qui ad italiam uenerant miſſuſ eſt . hi ab urbe quarto miliario tranſ anienem fluuium conſederunt · ibi nobiliſſimuſ de ſenatoribuſ iuueniſ luciuſ malliuſ *BV* 24 lentitudine *P* 27 aureo *B* 28 impoſito *B* 29—21. 5 ⟨⟩ *P:* accepit · galli fugati ſunt mox per gaium ſulpicium (ſimplicium *B*) dictatorem

sima congressione confecit. fugati ex hoc proelio plurimi Galli instauratis iterum copiis in bellum ruentes a Gaio Sulpicio dictatore superati sunt. post paululum quoque Tuscorum pugna sub Gaio Marcio consecuta est, ubi conici datur quantum hominum caesum sit, quando octo milia sunt capta Tuscorum.⟩ census iterum habitus est.

IIII ⟨Tertio anno in isdem diebus Galli se in praedam per maritima loca subiectosque campos ab Albanis montibus diffuderunt.⟩ et cum Latini, qui a Romanis subacti erant, milites praestare ⟨nollent, a Romanis nouo militum delectu habito⟩ tirones lecti sunt. factaeque legiones decem, qui modus sexaginta uel amplius armatorum milia efficiebat ⟨aduersus eos processerunt⟩ paruis adhuc Romanis rebus, tanta tamen in re militari uirtus erat. quae cum profectae essent aduersus Gallos duce Lucio Furio, quidam ex Gallis unum ex Romanis qui esset optimus prouocauit. tunc se Marcus Valerius tribunus militum optulit et cum processisset armatus, coruus ei supra dextrum brachium sedit. Mox commissa aduersum Gallum pugna idem coruus alis et unguibus Galli oculos uerberauit ne rectum posset aspicere. ita a tribuno Valerio interfectus non solum uictoriam sed etiam nomen dedit. nam postea idem **Coruinus** est dictus ac propter hoc meritum annorum trium et uiginti consul est factus. ⟨occiso enim prouocatore Gallo alii omnes territi sparsimque fugientes grauiter trucidati sunt.⟩

Tunc si quidem dilata nox usque ad plurimam diei partem tendi uisa est. tunc etiam saxa ⟨grandini mixta⟩ nubibus cecidere. eodemque tempore Magnus Alexander ⟨magnus vere ille gurges miseriarum atque atrocissimus turbo totius orientis⟩ natus est.

V ⟨Anno ab urbe condita quadringentesimo nono⟩ Latini qui noluerant milites dare, hoc quoque a Romanis exigere coeperunt ut unus consul ex eorum, alter ex Romanorum

---

mediam (ediam *V*) uicti non multo poſt a gaio marcio (martio *V*). tuſci uicti ſunt. et octo (viii *V*) milia captiuorum ex hiſ in triumphum ducta *BV* 6 abituſ *B* 10 ⟨⟩ *P*: ex romaniſ tantum *BV* 11 tyroneſ *BV* lx *B* 14 profecta *B* aduerſum] ad *B* 15 fario *BV* 19 pugnā *V'* 20 nec *BV* poſſit *V* a *om.* *V* 22 hac *V'* 26 dilata|ta *V* 27 ⟨⟩ *P*: de *BV*

populo crearetur. quod cum esset negatum, bellum contra eos ⟨intulerunt Manlio Torquato et Decio Mure consulibus, in quo bello unus consul interfectus est, alter extitit parricida. Manlius enim Torquatus filium suum iuuenem uictorem interfectorem Decii Tusculani nobilis equitis et tunc praecipue prouocantis atque insultantis hostis occidit. alius uero consul cum iterato conflictu illud cornu cui praeerat caedi atque affligi uideret, inter confertissimos hostes sponte prolapsus occubuit. Manlius quamuis uictor occursum tamen nobilium iuuenum Romanorum, qui legitime exhiberi solet, triumphans parricida non meruit.⟩ statuae consulibus ob meritum uictoriae in rostris positae sunt.

Eo anno etiam Alexandria ab Alexandro Macedone condita est. ⟨anno autem post hunc sequente Minucia uirgo Vestalis ob admissum incestum damnata est uiuaque obruta in campo qui nunc s c e l e r a t u s dicitur.

VI At uero paruo exin tempore interiecto horresco referre quod gestum est. nam Claudio Marcello et Valerio Flacco consulibus incredibili rabie et amore scelerum Romanae matronae exarserunt. erat utique foedus ille ac pestilens annus infectaeque iam undique cateruatim strages mortuorum egerebantur et adhuc tamen penes omnes de corrupto aere simplex credulitas erat, cum existente quadam ancilla indice et conuincente primum multae matronae ut biberent quae coxerant uenena compulsae, deinde simul ut hausere consumptae sunt. tanta autem multitudo fuit matronarum in his facinoribus consciarum ut trecentae septuaginta damnatae ex illis simul fuisse referantur.

Anno ab urbe condita quadringentesimo uicesimo secundo Alexander rex Epirotarum Alexandri illius Magni auunculus, transiectis in Italiam copiis cum bellum aduersus Romanos pararet et circa finitimas Romae urbes firmaret uires exercitus sui auxiliaque uel sibi acquirere uel hostibus subtrahere studens bellis exerceretur, a Samnitibus, qui Lucanae genti suffragabantur, maximo bello in Lucania uictus et occisus est.

2–11 ⟨⟩ *P*: ſuſceptum est et ingenti pugna ſuperati ſunt. ac (hac *V*) de hiſ (iiſ *V*) perdomitiſ triumphatum eſt *BV* 5 tuſculni *P*

Anno ab urbe condita quadringentesimo uicesimo sexto⟩ VII iam Romani potentes esse coeperant. bellum enim in centesimo et tricesimo fere miliario ab urbe apud Samnitas gerebatur, qui medii sunt inter Picenum, Campaniam et Apuliam: gentem, si opulentiam ⟨eorum⟩ quaeras, aureis et argenteis armis et discolori ueste usque ad ambitum ornatam: si insidiarum fallaciam, saltibus fere et montium fraude grassantem: si rabiem ac furorem, sacrilegis humanisque hostiis in exitium urbis agitatam: si pertinaciam, sexies rupto foedere ipsis hostibus animosiorem. Romani igitur aduersum Samnitas pro Campanis et Sidicinis bellum suscepere. omnium si quidem non modo Italiae tantum sed paene toto orbe terrarum pulcherrima Campaniae plaga est. nihil hospitalius mari. hic illi nobiles portus Caieta Misenus, tepentes fontibus Baiae, Lucrinus et Auernus quaedam maris ostia. hic amici uitibus montes Gaurus Falernus Massicus et pulcherrimus cunctorum Vesuuius. urbes ad mare Formiae Cumae Puteoli Herculanium Pompeii et ipsa caput urbium Capua, quondam inter tres maximas Romam Carthaginemque nominata.

Pro hac urbe ⟨et pro⟩ his regionibus populus Romanus VIII Samnitas inuadit. Lucius Papirius Cursor cum honore dictatoris ad id bellum profectus est. qui cum Romam redisset, Quinto Fabio Maximo magistro equitum, quem apud exercitum reliquit, praecepit ne se absente pugnaret. ille occasione re-

2 coeperunt *V* 3 treceſimo *V* 6 amıtū *V* ornatum *BV* ındıarū *V* 7 craſſantam *V* 8 furoreſ *V'* ſacrılegıbuſ *BV*, ſacrıſ legıb; *V* humanıſ *V* 9 orbıſ *B et corr. ex* morbıſ *V* pertınatıū (ū *corr. in* ā) *V* 10 *ante* romanı *add.* denıque prıuſquam cum romanıſ conflıgerent (configerent *V*) alexandrum regem epırotarum (epyrotarum *B*) germanum olympıę (olımpıe *V*) matrıſ alexandrı magnı quı traıectıſ ın ıtalıam copııſ bellum aduerſuſ romanoſ parabat (parauıt *V*) lucanıſ ſuffragıum ferenteſ maxımo bello ın lucanıa uıcere (uıgere *V'*) ın quo & ıpſe alexander ępırota (epyrota *B*) extınctuſ eſt *BV* 11 ſedıcınıſ *BV* ſuſcıpere *BV* omnıum ſıquıdem *om B* 12 ıtalıa *B* poene *B* pulcerrıma *B* 13 nıchıl *V* 14 kaıeta *V* baıe *B* 15 hoſtıa *BV* amıctı *Pithoeus, deinde* un *ıb; *V* 16 cauruſ *BV* pulcerrımuſ *B* 17 ueſubıuſ *BV* cū epoteolı *V* hırcolanıum *V*, hırcolanum *B* 18 pompeıa *BVP* 20 hıſ urbe *V* 21 papyrıuſ *B* 23 maxıme equıtum *V* aput *V* 24 relıquıd *BV* occaſıorıone *B*, occaſıo **ne *V* repperta *B*

perta felicissime dimicauit et ⟨uiginti milia Samnitarum⟩ deleuit. ob quam rem a dictatore capite damnatus quod se uetante pugnasset ingenti fauore militum et populi liberatus est tanta Papirio seditione commota ut paene ipse interficeretur. ⟨post haec Samnites circumspectiore cura ac maiore apparatu instructo apud Caudinas Furculas consederunt Tito Veturio et Spurio Postumio consulibus omnesque copias Romanorum ibidem angustiis⟩ locorum ⟨armisque⟩ conclusas ingenti dedecore uicerunt. quorum dux Pontius in tantum abusus est uictoriae securitate ut Herennium patrem consulendum putaret utrum clausos occideret an parceret subiugatis: ut uinos tamen dedecori seruaret elegit. ⟨Romanos enim ante saepissime uinci et occidi, numquam autem capi aut ad dèditionem cogi potuisse constabat. itaque Samnites uictoria potiti⟩ uniuersum Romanum exercitum turpiter captum armis etiam uestimentisque nudatum, tantum singulis uilioribus operimentis ob uerecundiam corporum tegendam concessis, sub iugo missum seruitioque subiectum longum agere pompae ordinem praecepere. sexcentis autem equitibus Romanis in obsidatum receptis oneratos ignominia ceteris rebus uacuos consules remiserunt sub tali tamen condicione pacis, qualis facienda Samnitibus placuit.

VIIII Sed si fidem foederis quam sibi Romani seruari a subiectis nolunt, ipsi subiecti Samnitibus seruassent, hodie aut omnino non essent aut Samnio dominante seruirent. posteriore si quidem anno iubente senatu ⟨infringunt Romani firmatam cum Samnitibus pactionem eosque in bellum cogunt. quod Papirio consule insistente commissum magnas strages utrius-

---

1 ⟨⟩ *P*: ſamnitaſ *BV* 4 papyrio *B* poene *B* 5–8 ⟨⟩ *P*: Poſtea Samniteſ. romanoſ. tito. ueturio et ſpurio poſtumio conſulibuſ apud caudinaſ furculaſ anguſtuſ (anguſtuſ *V*) *BV* 8 concluſoſ *BV* 9 uſuſ *V* 11 uictoſ *V* 12 dedecore *P*: cum dedecori *BV* 12–14 ⟨⟩ *P*: nam *BV* 18 p̄ceperunt *V* 19 ſeſcentiſ *V* obſidatu *P* oneratuſ *BV*¹ 20 *ante* ceteriſ *add.* cum *B* 21 conditione *V* 23 ſeruauiſſent *V* 24 dominanteſ ſeruirent *ab his uerbis incipit D* 25–25, 7 ⟨⟩ *D*, pax cum ſamnitibuſ firmata ſoluta eſt luciuſque papyriuſ (papiriuſ *V*) conſul aduerſuſ eoſ directuſ eſt qui *BV* 26 pācionè *D*

que populi dedit cum hinc ira recentis infamiae, inde gloria proximae uictoriae pugnantes instimularet. tandem Romani pertinaciter moriendo uicerunt nec caedi pariter uel caedere destiterunt nisi postquam uictis Samnitibus et capto duce eorum cum septem milibus iugum reposuerunt. deinde Papirius Satricum expulso Samnitico praesidio expugnauit et cepit. hinc autem Papirius⟩ adeo tunc apud Romanos bellicosissimus ⟨ac strenuissimus⟩ habebatur ut cum ⟨Alexander Magnus disponere diceretur ab Oriente descendens obtinere uiribus Africam atque inde in Italiam transuehi⟩ Romani inter ceteros duces ⟨tunc in re publica sua optimos hunc praecipuum fore qui Alexandri impetum sustinere posset meditarentur⟩.

Eo tempore Appius Claudius censor ⟨ingens⟩ aquam Claudiam induxit et uiam Appiam strauit.

Circa haec tempora Iioaddus apud Hierosolymam pontifex extitit, cuius frater Manasses templum in monte Garizim construxit.

⟨Anno ab urbe condita quadringentesimo quinquagesimo X
Fabio Maximo quintum Decio Mure quartum consulibus quattuor fortissimi florentissimique Italiae populi in unum agmen foedusque coierunt. namque Etrusci Vmbri Samnites et Galli uno agmine conspirantes Romanos delere conati sunt. tremefacti hoc bello Romanorum animi et labefactata fiducia est nec ausi sunt totum sperare de uiribus. dolo diuisere hostes

4 duci 7 bellicoſiſſimoſ *B¹ V¹* bellicoſiſſim *D* 8 ſtrenuiſſim *D* tur *in* habebatur *in ras. in V* 8—10 ⟨⟩ *D*: diceretur alexander in italià (italia *V*) tranſgredi *BV* 10 affricà *D* 11—12 ⟨⟩ *D*: hunc praecipue eligerent qui alexandri (alexaudro, o *in ras*, *V*) impetum ſuſtineret (sustinerent, n *in ras. V*) *BV* 11 re *om. D* 13 *ante* eo *add.* congreſſi itaque ſamniteſ cum papirio (papyrio *B*) ſuperati ſunt, quorum ſeptem milibuſ ſub iugo miſſiſ papiriuſ (papyriuſ *B*) de ſamnitibuſ triumphauit *BV* cęſar *corr. in* cęnſor *B* 15 Ioadduſ *Pithoeus*, iadduſ *DBVP* hierosolimà *D*, ieroſolim̄ *V* 16 mannaſſeſ *V* garizi *BV*: gazarim *D* 18—27, 29 ⟨⟩ *D*: ſamniteſ reparato bello quintum (q. *V*) fabium (fauium *v*, fabianum *B*) maximum uicerunt tribuſ milibuſ hominum occiſiſ. postea cum pater ei fauiuſ maximuſ legatuſ datuſ fuiſſet et ſamnitaſ (ſamniteſ *V¹*) uicit et plurima ipſorum oppida coepit *BV* 19 quinto *D* quater *D* 21 fędusq. coierunt *D* 22 ſunt *del. in D*

tutius rati pluribus se bellis implicare quam grauibus. itaque cum, quibusdam suis ad depopulandos hostiles agros in Vmbriam Etruriamque praemissis, Vmbrorum Etruscorumque exercitum redire ad tuitionem suorum coegissent, cum Samnitibus et Gallis bellum inire properarunt. in quo bello cum Gallorum impetu Romani premerentur Decius consul occisus est, Fabius tamen post magnam Decianae partis stragem tandem uicit. eo proelio quadraginta milia Samnitum siue Gallorum caesa, Romanorum uero septem milia ex Decii tantum modo parte qui occisus est, extincta referuntur. fuisse autem absque Etruscis et Vmbris quos astu Romani bello auocauerant, Gallorum et Samnitum peditum centum quadraginta milia trecenta triginta, equitum uero quadraginta septem milia Liuius refert, et carpentarios mille in armis contra aciem stetisse Romanam. sed ut saepe dictum est semper Romanorum aut domesticam quietem extraneis bellis interpellatam aut externos prouentus morbis interioribus adgrauatos tantum ut omnimodis ingentes animi undecumque premerentur. hanc cruentam tristemque uictoriam pestilentia ciuitatis onerauit et triumphales pompas obuiae mortuorum exequiae polluerunt nec erat cui de triumpho gaudium suaderetur cum tota ciuitas aut aegris suspiraret aut mortuis.

XI Sequitur annus, quo Romani instaurato a Samnitibus bello uicti sunt atque in castra fugerunt. postea uero Samnites nouum animum habitumque sumentes hoc est deargentatis armis ac uestibus paratoque animo ni uincatur mori, bello sese offerunt. aduersum quos Papirius consul cum exercitu missus cum a pullariis auguribus coniectantibus congredi prohiberetur irridens eos tam feliciter confecit bellum quam constanter arripuit. nam in hoc proelio duodecim milia hostium caesa, tria milia capta referuntur.

Sed hanc quoque istius uere laudandam uictoriam, quam aruspices impedire non potuerunt, oborti subito corrupere

---

3 etrufcofcorùq. *D* 5 ınlıre *D* bellorù ımpetu *D* 10 eft *om.* *D* 11 uocauerunt et *D* 13 lıbıuf *D* 26 uıncatur *scripsi:* uınctur *D* 28 a pullarıſ *Gruterus:* apud larıſ *DP* congedı *D'*

morbi. nam tanta ac tam intolerabilis pestilentia per triennium tunc corripuit ciuitatem ut propter eam quacumque ratione sedandam libros Sibyllinos consulerent, quibus iubebatur ut ab Epidauro Aesculapius exhiberetur. missi legati sunt ad Graecam urbem, quos libenter Epidaurii atque humaniter susceperunt. ibidem se legatis serpens ostendit raro ab incolis nisi feliciter uisus. cumque per triduum familiariter apparuisset cunctis inspectantibus subiit in triremem Romanam et in tabernaculo legati Quinti Burgoni collectus quieuit. urbe profecti Romani sunt, anguis in naui semper apparuit, Antium uentum est, descendit serpens ad limen templi Aesculapii et triduo inter myrtos latuit nec ad solitos cibos processit. dehinc rediit ad nauem. cumque uentum esset ad Tiberim, enatauit in insulam, in qua illi templum est constitutum et mox sanitas Romanis data.

XII
Praeterea altero abhinc anno Fabius Gurges consul male aduersum Samnites pugnauit. namque amisso exercitu, tribus milibus perditis uictus in urbem refugit. itaque cum senatus de summouendo eo deliberaret, pater eius Fabius Maximus ignominiam filii deprecatus legatum se filio iturum ultro obtulit, si illi depellandae ignominiae et gerendi iterum belli facultas daretur. qua impetrata proelioque conserto cum subito pugnantem filium consulem insistente Pontio Samnitarum duce infestis hostium telis conclusum uideret, in medium se agmen pius senex equo uectus ingessit. quo facto permoti Romani tota ibi incubuere acie donec ipsum ducem Pontium deleto hostili exercitu uictum oppressumque ceperunt. caesa sunt in eo proelio Samnitum uiginti milia, capta autem quattuor milia cum rege suo plurimaque oppida.⟩ deinde Publius Cornelius Rufinus Marcus Curius Dentatus ambo consules contra Sa-

1 tam *om.* *D* tolerabılıſ peſtılentıam *D'* 3 ſybıllınoſ *D* conſolerunt *D'* ıuuebatur *D'* 4 epydauro eſcolapıuſ *D* 5 epydaurıı *D* 8 tauerhaculo *D'* 9 collecto *D*, *emend.* *Pithoeus* 10 amguıſ *D* 11 defendıt *D'* eſcolapıı *D* 13 nauem *in ras.* *in* *D* tyberım *D* 14 ın *ante* inſulam *om.* *D* 16 mala *D* 22 pręlioq. *D* 23 conſolem *D* 25 permota *D'* 27 exercıtů *D* 30 ſcurıuſ *B*

mnitas missi ingentibus proeliis eos confecere, ita ruinas ipsas urbium diruentes ut hodie Samnium in ipso Samnio requiratur nec inueniri facile possit. tum bellum cum Samnitibus per annos quadraginta nouem multa Romanorum clade actum ⟨captique ducis destitutione finitum est⟩ neque ullus hostis fuit intra Italiam qui Romanam uirtutem magis fatigauerit.

XIII ⟨Anno subsequente cum Sabinis Curio consule bellum gestum est, ubi quot milia hominum interfecta, quot capta sint ipse consul ostendit. qui cum in senatu magnitudinem adquisiti agri Sabini et multitudinem capti populi referre uellet, numerum explicare non potuit.

Anno ab urbe condita quadringentesimo sexagesimo tertio Dolabella et Domitio consulibus Lucani Brittii Samnitesque, cum Etruscis et Senonibus Gallis facta societate cum rediuiuum contra Romanos bellum molirentur, Romani ad exorandos Gallos misere legatos. quos cum Galli interfecissent, Caecilius Praetor ob ulciscendam legatorum necem et comprimendum tumultum hostium cum exercitu missus ab Etruscis Gallisque obpressus interiit. septem praeterea tribuni militum in ea pugna occisi sunt, multi nobiles trucidati, quattuordecim milia etiam militum Romanorum illo bello prostrati sunt.

XIIII Anno ab urbe condita quadringentesimo sexagesimo quarto Tarentini, qui in ultima Italia sunt, Romanam classem forte praetereuntem e spectaculo theatri prospectam hostiliter inuaserunt quinque tantum nauibus uix per fugam elapsis, cetera retracta in portum classis et profligata est, praefecti nauium trucidati, omnes bello utiles caesi, reliqui pretio uenditi sunt. continuo missi Tarentum a Romanis legati ut de illatis quaererentur in-

---

1 *ante* ıta *add.* et *D* 4 per annoſ *om. D* xlvıı (I *supra*) *B* actum *BV:* acatum *D* 5 ⟨⟩ *D:* ſublatum eſt *BV* 6 magıuſ (ıuſ *in ras.*) *ut uid. V* 7—29, 11 ⟨⟩ *D:* ınterıectıſ alıquot (alıquod *B*) annıſ ıterum ſe gallorum copıae contra romanoſ tuſcıſ ſamnıtıbuſque ıunxerunt ſed cum romam tenderent (a *om. BV*) gneo cornelıo labella conſule delete ſunt. eodem tempore tarentınıſ quı ıam ın ultıma ıtalıa ſunt, bellum ındıctum eſt, quıa (quę *B*) legatıſ romanorum ınıurıam fecıſſent. hı (hy *B*) pyrrum (pırrum *B*) epyrı regem contra romanoſ auxılıum popoſcerunt *BV* 8 quot] quattuor *D* 13 domıtıa *D* brıttı *D* 14 atruſcıſ *D* 21 ſunt *del. in D* 27 ſunt *del. in D*

iuriis, pulsati ab isdem auctas insuper iniurias retulerunt. his causis bellum ingens exortum est. Romanos qui quantique hostes circumstreperent permetientes ultima adegit necessitas proletarios quoque in arma cogere hoc est eos, qui in urbem semper sufficiendae prolis causa uacabant, militiae adscribere, quippe cum frustra de prole cura est nisi rebus praesentibus consulatur. itaque irruit in uniuersos Tarentinorum fines cum Aemilio consule Romanus exercitus, igne ferroque uastat omnia, plurima expugnat oppida, iniuriam insolenter acceptam crudeliter uindicat. continuo Tarentinos plurimis finitimorum praesidiis fultos maxime Pyrrhus auxit Epiri rex⟩ qui ex genere Achillis originem trahebat ⟨qui etiam in se ob magnitudinem uirium consiliorumque summam belli nomenque transduxit. nam Tarentum utpote ex Lacedaemoniis conditam cognatamque Graeciae ciuitatem uindicaturus totas uires Epiri Thessaliae et Macedoniae, elephantos etiam usque in id tempus inuisos Romanis numero uiginti in Italiam primus inuexit terra mari uiris equis armis beluis ad postremum uiribus suis dolisque terribilis, nisi quod Delphici illius spiritus, quem magnum ipsi uatem ferunt, responso circumuentus ambiguo exitum fecit eius qui non consuluisset.⟩ tumque primum Romani cum transmarino hoste dimicauerunt.

Missus est contra eum consul Publius Valerius Laeuinus. XV
qui cum exploratores Pyrrhi cepisset, iussit eos per castra duci et ostendi omnem exercitum tumque dimitti, ut renuntiarent Pyrrho quaecunque Romanis agerentur. ⟨itaque apud Heracliam Lucaniae urbem fluuiumque Vrim prima inter Pyrrhum regem et Laeuinum consulem pugna commissa est. consumpta est

---

1 hiſdem *D* 5 proficiende *D* 7 terentinorū *D* 11 pirrus *D: quae in hoc uocabulo libri uariant amplius non adnotabo* quia *BV* regē *D* 13 aranſduxit *D* 12—21 ⟨ ⟩ *D:* iſ mox ad italiam uenit *BV* 14 cogitāq. *D* 15 epyri *D* 16 elefantoſ *D* 18 terribileſ *D* 21 tuncq. *D* 23 pubbliuſ *D* 24 coepiſſet *BV* 25 eumque *BV* 26 quaecunque a *Eutropius*, quę cum *DB*, que cum *V* agerent *D* 26—30, 10 ⟨ ⟩ *D:* commiſſa mox pugna cum iam pyrrus (pirruſ *V*) fugeret elefantorum auxilio uicit, quoſ incognitoſ romani expauerunt ſed non proelio pręlio *B*) finem dedit *BV* 26 eracliam *D*

grauissimo certamine dies utrimque omnibus mori intentis, fugere nesciis. introductos autem inter concurrentia agmina elephantos forma truces, odore graues, mole terribiles ut uidere Romani, nouo pugnandi genere circumuenti et territi equis maxime pauitantibus diffugerunt. sed postquam Minucius centurio, quartae legionis primus hastatus, protentum in se beluae uncum, quam manum uocant, gladio desecuit et conturbatam uulneris dolore auerti bello atque in suos saeuire conpulit eiusque inmoderato discursu perturbari ac permisceri coepere, finis pugnae etiam de beneficio noctis inpositus⟩. Laeuinus tamen per noctem fugit. ⟨Romanos uictos fuisse turpis fuga prodidit, quorum tunc cecidisse referuntur peditum quattuordecim milia octingenti octoginta, capti octingenti uiginti, equites autem caesi ducenti quadraginta sex, capti septingenti duodecim, signa amissa uiginti duo. Pyrrhus Romanos quos cepit⟩ summo honore tractauit, occisos sepeliuit. quos cum aduerso uulnere et truci uultu etiam mortuos iacere uidisset, tulisse ad caelum manus dicitur cum hac uoce, se totius dominum orbis esse potuisse si tales sibi milites contigissent. ⟨nam quantus e diuerso numerus sociorum Pyrrhi fuerit extinctus memoriae traditum non est maxime quia scriptorum ueterum mos est ex ea parte quae uicerit occisorum non commendare numerum, ne uictoriae gloriam maculent damna uictoris, nisi forte cum adeo pauci cadunt ut admirationem terroremque uirtutis augeat paucitas perditorum, sicut in prima Persici belli congressione apud Alexandrum Magnum fuit, cum inter quadringenta fere milia hostium interfecta centum uiginti equites et nouem tantum modo in exercitu eius pedites defuisse referuntur.

XVI Sed Pyrrhus atrocitatem cladis quam hoc bello exceperat,

---

2 elefantoſ *D* 5 dıffugerent *D* mınutıuſ *D* 6 protentà *D* 7 manu *D* deſeuıt *D* conturbata *D* 8 eıuſ *D* 9 cepere *D* 10 lebınuſ *D* 11—15 ⟨⟩ *D* pyrruſ (pırruſ *V*) romanoſ mılle octıngentoſ cepıt (coepıt *B*) & eoſ *BV* 11 prodıt *D* 12 captı octıngentı uıgıntı *om. ut uid. P* 15 cępıt *D* 16 auerſo *D*, al' aduerſoſ *add. v* 17 manum *V* 18 orbıſ domınum *DV*, *deinde* fuıſſe *D'* 19 fuerat *D* 23 ammıratıonè *D* 24 prımo *D'* 25 cum] cuı *D*

diis suis hominibusque testatus est affigens titulum in templo Tarentini Iouis, in quo haec scripsit

qui inuicti ante fuere uiri, pater optime Olympi,
hos et ego in pugna uici uictusque sum ab isdem.

et cum a sociis increparetur cur se uictum diceret qui uicerit, respondisse fertur 'nae ego si iterum eodem modo uicero, sine ullo milite Epirum reuertar.' interea Romanus exercitus postquam uictus clam fugit e castris, miserabilem belli cladem grauioribus monstris auctam accumulatamque persensit. nam pabulatores forte digressos uelut hostilis quaedam oborta tempestas cum horribili fragore caeli correptos diris fulminibus exussit. quippe triginta et quattuor eorum idem turbo prostrauit, duo et uiginti semineces relicti, iumenta exanimata et capta quam plurima, ut merito contigisse non in signum uastationis futurae sed uastatio ipsa referatur⟩. post id Pyrrhus coniunctis sibi Samnitibus Lucanis Brittiisque Romam perrexit, omnia ferro ignique uastauit, Campaniam depopulatus est atque Praeneste uenit miliario ab urbe octauo decimo. mox terrore exercitus qui eum cum consule sequebatur, in Campaniam se recepit. legati ad Pyrrhum de redimendis captiuis missi. ⟨Pyrrhus Lyconem et Molossum obuiam eis iussit exire. ipse autem cum ornatis equitibus processit ad portam et ita⟩ ab eo honorifice suscepti sunt. captiuos sine pretio Romam misit unum ex legatis Romanorum Fabricium sic admiratus, cum eum pauperem esse cognouisset, ut quarta parte regni promissa sollicitare uoluerit ut ad se transiret, contemptusque est a Fabricio.

Ob quae cum Pyrrhus Romanorum ingenti admiratione XVII
teneretur, legatum ⟨cum eis⟩ misit qui pacem aequis condicio-

3 qui an | tea inuicti fuere uiref *D, em. Pithoeus* 4 hoſ ego in pugnà uici | uictuſſum ab biſdem *D, em. Pith.* 5 uicerit] uicer& *D* 6 ne *D* 7 epyrù *D* 8 graborib; *D* 10 degreſſoſ *D* 11 exhuſſit *D* 12 biginti *D'* examinata *D* 14 merita contigiſſet in ſignum *D* 16 brit | tiſq. *D*, bruttinuſque *V*, brittinuſq. *B*]inguiq · *D* 17 campania *B* populatuſ *BV* ad praeneſte *BV* ueniat miriario *D* 18 xviii *V* 20 liconù *D* 22 ſuſcepti ſunt *BV*: ſuſcepti *D* 24 fabriciuſ ſic ammiratuſ *D* 25 ut *om. V* 26 a fabricio eſt *V* fabritio *D* 27 bocq. cum *DP*, obq cum *Palat. alter* *post* pyrruſ *add.* legatoſ *D* ammiratione *BD* 28 legatum eoſ miſit *D* conditionibuſ *D*

nibus peteret praecipuum uirum Cineam nomine, ita ut Pyrrhus partem Italiae, quam iam armis occupauerat, optineret. Cineas legatus postero die quam ingressus Romam fuerat et equestrem ordinem et senatum propriis nominibus salutauit, pax tamen, quam offerebat, displicuit. remandatum Pyrrho est a senatu eum cum Romanis nisi ex Italia recessisset pacem habere non posse. tum Romani iusserunt captiuos omnes quos Pyrrhus reddiderat, infames haberi eo quod armati capi potuissent nec ante eos ad ueterem statum reuerti quam si binorum hostium occisorum spolia rettulissent. ita legatus Pyrrhi reuersus est. a quo cum quaereret Pyrrhus qualem Romam comperisset, Cineas dixit regum se patriam uidisse, scilicet tales illic fere omnes esse qualis unus Pyrrhus apud Epirum et reliquam Graeciam putaretur.

XVIII ⟨Secunda inter Pyrrhum et Romanos Publio Sulpicio et Decio consulibus pugna in Apuliae finibus fuit, ubi clades belli ad utrosque sed maxime ad Pyrrhum, uictoria ad Romanos concessit. nam cum diu, obuixe cunctis in mutuam caedem ruentibus, anceps belli penderet euentus, Pyrrhus transfixo brachio saucius prior cessit e proelio. sed et Fabricius legatus tunc uulneratus est. elephanti prima pugna uulnerari atque in fugam cogi posse deprehensi, deinde subiectis inter posteriora ac mollia ignibus exagitati, ardentes insuper machinas furore trepido circumferentes exitio suis fuere. Caesa sunt in ea pugna quinque milia Romanorum, de exercitu uero Pyrrhi uiginti milia prostrata sunt, regis signa ablata quinquaginta tria, Romanorum undecim amissa sunt⟩ Pyrrhus Tarentum fugatus. interiectoque anno contra Pyrrhum Fabricius est

2 obtineret *B V*, al' retineret *add. v* cineuſ *D* 3 legatoſ *V* 5 diſpicuit *V'* 8 habere *V* eo *om. B V* 9 ſi binorum *Merula apud Eutropium:* ſibi notorum *B V D* 10 retuliſſent *D V* eſt *om. B V* 11 a cūque *V* 12 patriū *V* 13 pirruſ aput *V* epyrum *B* 15—27 ⟨⟩ *D:* miſſi ſunt (ſunt *om. V*) contra pyrrum (pirrum *V*)˛ ducem publiuſ ſulpiciuſ (ſulpitiuſ *V*) et deciuſ conſules. certamine commiſſo pyrruſ (pirruſ *V*) uulneratuſ eſt, elefanti interfecti, x̄x̄ (xx milia *V*) caeſa hoſtium et (et *om. V*) ex romaniſ tantum quinque milia *B V* 16 conſuleſ *D* 17 ſet *D* 19 *ante* ancepſ *add.* incertū *D* 20 ſautiuſ *D* fabritiuſ *D* 28 interiecto *B V*

missus, qui prius inter legatos sollicitari non poterat quarta regni parte promissa. tunc cum uicina castra ipse et rex haberent, medicus ·Pyrrhi nocte ad eum uenit promittens ueneno se Pyrrhum occisurum si sibi aliquid polliceretur. quem Fabricius uinctum reduci iussit ad dominum Pyrrhoque dici quae contra caput eius medicus spopondisset. tum rex admiratus eum dixisse fertur 'ille est Fabricius qui difficilius ab honestate quam sol a cursu suo auerti potest.' ⟨Pyrrhus igitur bello fractus Agathocle rege Syracusano mortuo ad Siciliae arcessitus imperium Syracusas concessit.⟩ Fabricius uictis Lucanis et Samnitibus triumphauit.

XVIIII ⟨Sed Romanorum miseria nullis cessat indutiis. consumitur morborum malis intercapedo bellorum et cum foris cessatur a proelio, agitur introrsus ira de caelo. nam Fabio Gurgite iterum Gaio Genutio Clepsina consulibus pestilentia grauis urbem ac fines eius inuasit quae cum omnes tunc praecipue mulieres pecudesque corripiens necatis in utero fetibus futura prole uacuabat et inmaturis partubus cum periculo matrum extorti abortus proiciebantur adeo ut defutura successio et defuturum animantium genus adempto uitalis partus legitimo ordine crederetur.⟩ consules deinde Curius Dentatus et Cornelius Lentulus aduersum Pyrrhum missi sunt. ⟨interea reuersum ex Sicilia Pyrrhum Curius Dentatus consul excepit tertiumque bellum contra Epirotas apud Lucaniam in Arusinis campis gestum est. itaque primo concursu cum Pyrrhi milites Romanorum impressione trepidarent et circumspectantes fugam bello cedere molirentur, Pyrrhus elephantos ex subsidiis iussit induci. Romani assueti iam pugnare cum beluis cum malleolos stuppa inuolutos ac pice oblitos, uncis insuper aculeis tenaces, prae-

2 tum *B* 3 nocte *om. V* 4 ſe *om. V* ſe ueneno *D* 5 dominum *'liber Bongarsi':* domũ *D, deinde* duci *D'* 6 capud *D* ammiratuſ *B*, ammiratur *D* 8 qua *D* 8–10 ⟨⟩ *D:* tum rex ad ſiciliam profectuſ eſt *BV* 9 agathoclen mortuo rege ſiracuſano ad ſiciliam *D* 10 ſiracuſaſ *D* 12 indutiuſ *D'* 15 depſina *D* 16 precipuę *D* 17 foetib. *D* 19 ad defuturum animantum *D* 22—34, 7 ⟨⟩ *D:* curiuſ contra eum pugnauit. exercitum eiuſ cecidit. ipſum tarentum fugauit caſtra coepit ea die caeſa hoſtium xxiij *BV* 22 ſicili pyrrum *D* 25 curſu *D* pyrri *D* 27 pyrruſ elefantoſ *D*

parauissent eosque flammatos in terga beluarum turresque uibrarent, non difficile furentes ardentesque beluas in eorum excidia, quorum subsidia fuerant, retorserunt. octoginta milia peditum in illo proelio habuisse regem dicunt, equitum uero sex milia. ex his caesa referuntur uiginti tria milia, capti autem sunt quadringenti. ipse Tarentum fugatus, castra eius capta.⟩ Curius in consulatu triumphauit primusque Romae elephantos quattuor duxit.

XX Pyrrhus ⟨quinto decimo anno quam uenerat, ab Italia uictus aufugit. qui post multa grauissimaque bella quae gessit in Graecia⟩ apud Argos Achaiae ⟨florentissimam urbem Spartani regni auiditate seductus, saxo ictus occubuit. cuius pollex e dextro pede remedio erat, sicuius renes tumentes eo tetigisset. qui cum ab Antigono uictore iussus esset exuri, sic arsit ut idem pollex igni inueniretur intactus. qui digitus aureo loculo inclusus est et antiquissimo templo Dodonaei Iouis conditus.⟩

Apud Iudaeos hoc tempore pontifex maximus Simon Oniae filius claruit, cui cognomentum Iusto fuit.

⟨Tunc quoque apud Romanos Sextilia virgo Vestalis conuicta damnataque incesti ad portam Collinam uiua defossa est.

Anno ab urbe condita quadringentesimo septuagesimo⟩ Tarentini Pyrrhi morte comperta iterum noua arma aduersum Romanos sollicitant. Carthaginiensium auxilia per legatos poscunt atque accipiunt. ⟨conserto proelio uicere Romani. ibi iam tunc Carthaginienses⟩ quamuis nondum hostes adiudicati uinci tamen a Romanis se posse senserunt.

XXI ⟨Sequenti anno magnam uiscerum suorum partem seueritas Romana concidit. nam aduentante dudum Pyrrho octaua legio

---

2 difficilef *D* 6 funt quadringenti funt *D* 7 pruf *V* 8 elefantof *BV* 9—11 ⟨⟩ *D:* et iam a taranto mox receffit et *BV* quinto demum *Orosius* 11 argif greciae *BV* 11—17 ⟨⟩ *D:* ciuitatem occifuf eft *BV* 18 fymon *B* ionię *D* 20—22 ⟨⟩ *D:* dehinc *BV* 20 aput *D* fextalia *D* 21 damnaq. *D* 22 feptugefimo *D'* 23 aduerfum romanof arma *D* 24 cartaginienfium *BV* (*omissam h amplius non notabo*), Kartaginienfium *D* 25—26 ⟨⟩ *D:* cartaginienfef a romanif uincuntur *BV* 26 kartaginienfef *D* indicati fenferunt tamen fe poffe a romanif fuperari *BV*

diffidens Romanae spei nouum scelus ausa Rheginenses omnes, quibus subsidio praeerat, interfecit, praedam sibi omnem atque ipsum oppidum uindicauit. hoc facinus inter tam sceleratos defectores puniendum Genutio consuli iussum est. qui obsessa Rheginorum urbe captisque omnibus ipse in reliquos perfugas et latrones exercuit digna supplicia, Romanos uero milites integrae legionis Romam misit, qui populi iussu medio in foro uirgis caesi sunt securique percussi. uisa sibi est Roma tunc uincere cum legionem suam integram occidit, quae sine dubio uicta fuisset, si eam hostili proelio perdidisset.⟩

Gaio Fabricio Luscino Gaio Claudio Canina consulibus anno urbis conditae quadringentesimo sexagesimo primo legati Alexandrini a Ptolomaeo missi Romam uenere et a Romanis amicitiam quam petierant, optinuerunt.

⟨Anno ab urbe condita quadringentesimo septuagesimo primo obscena et dira prodigia uel uisa Romae uel nuntiata sunt. aedes Salutis ictu fulminis dissoluta, pars muri sub eodem loco de caelo, ut dicunt, tacta est. lupi tres ante lucem ingressi urbem semesum cadauer intulerunt sparsumque membratim in foro ipsi strepitu hominum exterriti reliquerunt. apud Formiam multis ictibus fulminum moenia undique ambusta et dissoluta sunt. apud agrum Calenum repente flamma scisso hiatu terrae eructata tribus diebus tribusque noctibus terribiliter exaestuans quinque agri iugera exhausto penitus succo ubertatis in cinerem extorruit ita ut non fruges solum sed et arbores cum imis stirpibus absumpsisse referatur.

Sequenti abhinc anno⟩ Quinto Gulone Fabio Pictore con- XXII
sulibus Picentes bellum commouere. ⟨consules Publius Sempronius et Appius Claudius aduersum Picentes duxerunt exercitum. et cum directae intra iactum teli utraque acies con-

1 reginenses *D* 3 inter *DP*, in *uulgo* 4 ienutio *D* 5 reginorum *D* 10 fugisset *D* 11 Gaio (caio *V*) fabio (fauio *BV*) licinio. gaio (caio *V*) claudio cannia *BDV* 12 anno—primo *om. D* CCCCLXI primo (1 *erasum*) *V* 13 ptolomeo *B*, ptolemeo *V* 14 obtinuerunt *B* 21 menia *D* 24 g *in* iugera *corr. ex* a *in D* exhausta *D* 26 stirpibusq. *D* sumpsisse *D* 27 et *post* gulone *add. D* fauio *BV* 28—36, 9 ⟨⟩ *D:* et ab insequentibus consulibus publio sempronio (simpronio *B*) appio claudio. uicti sunt *BV* 28 simpronius *D*

stitissent, repente ita immaniter cum nimio et horrendo fragore terra tremuit ut stupore miraculi utrumque pauefactum agmen hebesceret. diu attoniti utrique populi haesitauere praeiudicata incepti conscientia. tandem procursu concito iniere certamen. triste adeo istud bellum fuit ut merito dicatur tantum humanum sanguinem susceptura etiam cum gemitu horrisono tunc terra tremuisse. Romani autem pauci admodum eo proelio qui euasere uicerunt⟩ et de his triumphatum est.

Conditae a Romanis ciuitates Ariminus in Gallia et Beneuentum in Samnio. tunc etiam a Romanis Crotona inuaditur.

⟨Anno ab urbe condita quadringentesimo septuagesimo septimo inter multa prodigia sanguis e terra, lac visum est manare de caelo. nam et plurimis scaturriens⟩ e fontibus cruor fluxit et de nubibus ⟨guttatim⟩ in speciem pluuiae ⟨lacte demisso diri, ut ipsis uisum est, terram imbres irrigauerunt.⟩

Marco Atilio Regulo Lucio Iulio Libone consulibus Sallentinis in Apulia bellum indictum est captique sunt cum ciuitate simul Brundisini et de his triumphatum est.

XXIII ⟨Igitur⟩ anno quadringentesimo septuagesimo septimo cum iam clarum urbis Romae nomen esset, arma tamen extra Italiam mota non fuerant. ut igitur cognosceretur quae copiae Romanorum essent, census est habitus. tum inuenta sunt ciuium capita ducenta nonaginta duo milia, trecenta triginta quattuor, quamquam a condita urbe numquam bella cessassent.

⟨Eo tempore Carthaginienses dato aduersum Romanos

1 immaniter *om.* *D* n imio et *om.* *D* 2 augmen *D* 4 incepta conſentia tandem pcusso concito inire *D* 5 iſtud] ita *D* 6 a terra *D* 7 a[III]modum (d *add. man. recentior*) *D* qui] quia *D* 9 *post* romanis *del.* et (*aut* eo) *in* *D* 10 ſamnia *D* cothrona *V*, cotrono *D* 11—13 ⟨⟩ *D:* eo tempore pluribuſ lociſ *BV* 12 inter *om.* *D* 13 cruore fluxit *D* 14 nuuib; *D* ſpecie *BV* 14–15 ⟨⟩ *D:* lac deſcendit *BV* 15 ipſi *D* 16 cetilio *D*, atilio *BV* lucio. iulio liuone *V* ſallentinib. *V* 17 indicatum *D*, inductum *V* 19 anno - ſeptimo *om.* *D* cccemo. lxxmo vii *V* 20 rome non esset nomen *B* 21 fuerat *D* 22 eſſet *D* hauituſ *V* 23 ccxcij trecenti xxxiiij. *B*, ccxciicccxxxiiii (*supra lineam numerum miliarium significantem add.* v) *V* trecenti *D* 25—37, 9 ⟨⟩ *D:* et contra afroſ (affroſ *V*) bellum ſuſceptum eſt primum appio claudio quinto fuluio conſulibuſ. in ſicilia contra eoſ pugnatum (pugnatuſ *V*¹) eſt et *BV* 25 kartaimenſeſ *D*

auxilio Tarentinis cum per legatos a Senatu arguerentur turpissimam rupti foederis labem praesumpto accumulauere periurio.

Tunc etiam Vulsinienses, Etruscorum florentissimi, luxuria paene perierunt. nam cum licentia in consuetudinem prorogata seruos suos passim liberos facerent, conuiuiis allegarent, coniugiis honestarent, libertini in partem potestatis recepti plenitudinem per scelus usurpare meditati sunt et liberati seruitutis iugo ambitu dominationis arserunt et quos dominos subditi aequanimiter dilexerunt, eos iam liberi, quos dominos fuisse meminerunt, execrati sunt. itaque conspirantes in facinus libertini — quorum tanta manus fuit ut sine controuersia ausu potirentur — correptam urbem suo tantum generi uindicant, patrimonia coniugiaque dominorum sibi per scelus usurpant, extorres dominos procul abigunt. qui miseri exules egentesque Romam deferuntur. ubi ostentata miseria, querella defleta per Romanorum seueritatem et uindicati sunt et restituti.

Anno ab urbe condita quadringentesimo octogesimo primo XXIIII
pestilentia ingens apud Romam conflagrauit, cuius atrocitatem significare contentus sum quia uerbis implere non possim. si enim spatium temporis quo mansit inquiritur, ultra biennium uastando porrecta est: si depopulatio quam egerit, census indictus est, qui non quantum hominum deperisset sed quantum superfuisset inquireret: si uiolentia qua affecerit, Sibyllini libri testes sunt, qui eam caelesti ira impositam responderunt. sed ne quemquam quasi tempestate cauillationis offendat quod Sibylla iratos dixerit deos, nos iram caelestem dixisse uideamur, audiat et intellegat quia haec etsi plerumque per aereas potestates fiunt, tamen sine arbitrio omnipotentis dei omnino

2 federiſ labe igno|miniã preſumto acumulauero *D* 4 luxuria *Orosius:* luxuriae *DP* 5 pene *D*, paene (*sed. corr. in* poena) *P* 6 lueroſ *D*¹ conbibiiſ *P* 7 liuertini *D* 8 uſurparent *D* 9 arſerunt] aſſerunt *D* 10 f *in* fuiſſe *corr. ex* m *in D* 12 con|tro uerſię uſu potirentur. correptam *DP*, *corr. ex Orosio Gruterus* 14 coniugi atq. *D* 16 querela *D* 20 ſignificaret *D* 22 quam *om. D* 26 temptate accuſationiſ falſie cauillationiſ *D*, temptatae cauillationiſ *P*, ne quem t emptata uſurpatio tranſlationiſ *Orosius* 29 dei] dō *D*

non fiunt. eodem tempore Caparronia uirgo Vestalis incesti rea suspendio periit, corruptor eius consciique serui supplicio affecti sunt.

Anno ab urbe condita quadringentesimo octogesimo tertio Appio Claudio Quinto Fuluio consulibus, Mamertinis, quorum Messana nobilis Siciliae ciuitas erat, auxilia contra Hieronem Syracusanum regem et Poenorum copias Hieroni iunctas petierant. Appium Claudium consulem cum exercitu misere Romani pugnaque commissa⟩ Appius Claudius de Poenis et rege Siciliae Hierone triumphauit.

Insequenti anno Marco Valerio et Tito Otacilio consulibus in Sicilia a Romanis res magnae gestae sunt. Taurominitani Catinenses et praeterea quinquaginta ciuitates in fidem acceptae.

XXV Tertio anno in Sicilia contra Hieronem regem Siculorum ⟨et Poenos⟩ bellum paratum est ⟨ab Appio Claudio consule, qui tam celeriter Syracusanos Poenosque superauit ut ipse quoque rex rerum magnitudine perterritus ante se uictum quam congressum fuisse prodiderit. qui exin fractis uiribus amissaque fiducia⟩ cum omni nobilitate Syracusanorum pacem a Romanis ⟨supplex rogauit iussuque consulum⟩ dedit argenti ducenta talenta. ⟨consules Agrigentum *adierunt* Siciliae ciuitatem ibique praesidia Poenorum operibus ualloque cinxerunt. cumque inclusus ea obsidione senior Hannibal dux Poenorum ad summam egestatem redactus esset, Hanno dux nouus Carthaginiensium cum equitibus mille quingentis et triginta milibus peditum, triginta etiam elephantis, ex improuiso intercessit expugnationemque ciuitatis paulisper distulit, sed continuo

---

7 ſyracuſanem *D* penorum *D* petierant *om. D* 8 *ante* appium *del.* et *in D* 9 poenıſ *D:* afrıſ *BV* 11 ualerıo marco *BD* Tıto *om. BV* ** acılıo (*uid. fuisse* ot) *D*, atacılıo *B* 12 tauromenıtanı *BV* 13 camnenſeſ *V* finem *V* 15 ſicolorum *V* 16 penoſ *D* 17 ſıracuſanoſ *D* 18 rex regum *D* 20 ſıracuſanorum *DV* 21 ⟨⟩ *D:* ımpetrauıt *BV* dedıtq. *B*, dedıque *V* 22 ccta *B* 22—39, 3 ⟨⟩ *D:* afrı ın ſıcılıa uıctı ſunt *BV* 22 agrıgenttum *D'* adıerunt *om. DP* cıuıtate *D* 25 hannuſ *D* kartagınıenſıum *D*, h *omissam et* k *positam in hoc uoc. amplius non enotabo ex D* 27 elefantıſ *D*

ciuitas capta est. Poeni maximo bello uicti et profligati. undecim elephanti in potestatem redacti. Agrigentini sub corona omnes venditi sunt⟩ et de his secundo Romae triumphatum est. ⟨Hannibal senior facta cum paucis eruptione diffugit.⟩

XXVI Quinto anno Punici belli, quod contra Afros gerebatur, ⟨Gnaeo Cornelio Asina Gaio Duilio consulibus cum Hannibal senior oram Italiae maritimam instructa septuaginta nauium classe uastaret, Romani et ipsi classem fabricari atque instrui praeceperunt. quod Duilius consul celeriter impleuit. nam intra sexaginta dies quam arbores caesae erant, centum triginta nauium classis deducta in ancoris stetit. Cornelius Asina consul alter cum sedecim nauibus rostratis, quas liburnas uocant, Liparam insulam petit. ubi ab Hannibale quasi ad conloquium pacis euocatus Punica fraude captus atque in uinculis necatus est. quod ubi Duilius alter consul audiuit, et ipse cum triginta nauibus rostratis, quas liburnas uocant, aduersum Hannibalem profectus est: commisso nauali proelio Hannibal amissa naui qua uehebatur, scapha subductus aufugit. triginta et una naues eius captae, tredecim mersae, tria milia hominum occisorum septem milia capta referuntur.⟩ neque ulla uictoria Romanis gratior fuit quod inuicti terra iam etiam mari plurimum possent.

⟨Postea Carthaginienses⟩ Gaio Aquilio Floro Lucio Cornelio Scipione consulibus ⟨Hannonem in locum Hannibalis subrogatum pro Sardis et Corsis defensandis nauali proelio praefecerunt. qui a Scipione consule uictus amisso exercitu ipse confertissimis hostibus se inmiscuit ibique interfectus est.⟩

---

1 p*eni (*fuit in ras.* o) *D* 2 dacti *D'* 5 .V. anno *V* affrof *V* 6-20 ⟨⟩ *D:* primum romani gaio. duillio et gneo cornelio afina confulibuf in mari dimicauerunt paratif nauibuf proftratif (poftratif *V*) quaf liburnaf uocant. conful corneliuf fraude deceptuf eft. duilliuf (duiliuf *corr. ex* dum illiuf *V*) commiffo proelio carthaginienfium ducem uicit. triginta & unam (xxxi *V*) nauef coepit. quatuordecim (xiiii *V*) merfit. feptem milia (vii *V*) hoftium coepit. tria milia (iii *V*) occidit (occidi *V*) *BV* 9 quod uiliuf *D* 11 claffof *ut uid. D* altera *D'* 14 euocatur *D* 16 hannibaIlem *D* 18 qua] que *D* aufuit *D* 21 terrā *V* 23 cornelio *om. BV* 25 curfif *D* 27 confeftiffimif *D*

Scipio Corsicam et Sardiniam uastauit, multa milia indo captiuorum abduxit, triumphum egit.

⟨Eodem anno tria milia seruorum et tria milia naualium sociorum in urbis Romae excidium coniurauerunt et nisi maturata proditio consilium praeuenisset, destituta praesidio ciuitas seruili manu perisset.

XXVII Anno ab hoc proximo Calatinus consul Camerinam Siciliae urbem petens temere in angustias deduxit exercitum, quas Poenorum copiae iam dudum praestruxerant. cui cum omnino nulla uel obsistendi uel euadendi facultas esset, Calpurni Flammae uirtute et opera liberatus est. qui lecta trecentorum uirorum manu insessum ab hostibus tumulum occupauit et in se Poenos omnes pugnando conuertit donec Romanus exercitus obsessas angustias hoste non urgento transiret. caesi sunt in eo bello omnes: solus Calpurnius Flamma quamuis multis confossus uulneribus et cadaueribus obtectus euasit. Hannibal senior a Carthaginiensibus iterum classi praepositus infeliciter cum Romanis nauali proelio congressus et uictus ab exercitu suo seditione orta lapidibus coopertus interiit.⟩ Lucio Manlio Vulsone Marco Atilio Regulo consulibus bellum in Africam translatum est contra Hamilcarem Carthaginiensium ducem. ⟨Atilius consul Liparam Melitamque insulas Siciliae nobiles peruagatus euertit. consules in Africam iussi transferre bellum, cum trecentis triginta nauibus Siciliam petierunt, quibus Hamilcar Poenorum dux et Hanno classi praefectus occurrit. conserto nauali proelio Carthaginienses in fugam uersi sexaginta et quattuor naues perdiderunt⟩ Romani uiginti duas amiserunt. ⟨uictores consules in Africam transuecti sunt primamque omnium

---

1 fcipiuf *D* 2 adduxit *BV* 9 pęnorum *D* 12 in | ceffn̄ *D* 13 pęnaf *D* 19 horta *D¹* malho *BDV* 20 attilio *V* 21 amilcarem *BV*, hamilgarem *D* carthaginenfium *B* 22—27 ⟨⟩ *D*: in mari pugnatum (pugnauit *V*) uictumque (uictufque *bV*) eft nam pditif fexaginta quattuor (LXIIII *V*) nauibuf retro. fe recepit *BV* 22 antiliuf *D* 23 peruagatur *D* iuffit *D¹* tranfferri *ut uid. d* bellum *om. D* 24 amilchar pęnorum *D* 26 cartaginienfef *D* 28 41, 6 ⟨⟩ *D*: fed cum (fecū *V*) in africam tranfiffent primam clypeam (clipeam *V*) africę ciuitatem (ciuitatif *V¹*) in deditionem acceperunt confulef ufque ad car-

Clypeam urbem in deditionem receperunt. inde Carthaginem petentes trecenta aut eo amplius castella depopulati sunt. infesta Carthagini signa circumtulerunt.

Manlius consul Africa cum uictrice classe discedens, uiginti septem milia captiuorum cum ingentibus spoliis Romam reuexit.〉 Atilius Regulus 〈consul〉 in Africa remansit: 〈bellum Carthaginiensibus〉 instruxit. contra tres Carthaginiensium duces dimicans 〈id est Hasdrubales duos et accitum ex Sicilia Hamilcarem atrocissimum bellum cum eis gessit. in quo caesa sunt Carthaginiensium decem et octo milia, capta autem quinque milia. decem et octo elephantos cepit. octoginta et duas ciuitates in deditione〉 accepit. 〈iter cum exercitu faciens haud procul a flumine Bagrada castra constituit. ubi cum plurimos militum aquandi necessitate ad flumen descendentes serpens mirae magnitudinis deuoraret, Regulus ad expugnandam bestiam cum exercitu profectus est. sed nihil in tergo eius proficientibus iaculis atque omni telorum ictu irrito, quae per horrendam squamarum cratem quasi per obliquam scutorum testudinem labebantur, mirumque in modum, ne corpus laederent, ipso corpore pellebantur; cum insuper magnam multitudinem morsu comminui, impetu proteri, halitu etiam pestifero exanimari uideret, balistas deferri imperauit, per quas murale saxum comminuitur: spinae eius incussum compagem totius corporis soluit ac mox circumuenta telis facile oppressa est. corium autem eius Romam deuectum — quod fuisse centum uiginti pedum spatio ferunt —〉 aliquamdiu cunctis miraculo fuit. XXVIII

taginem procefferunt . multifquo uaftatif malliuf uictor romam redut & x̄x̄v̄īī (xxvii *V*) captiuorum reduxit *BV* 1 clipeà *D* cartaginè 3 cartaginif *D* 4 malliuf *D* affrica *D* uictrici clafe decendenf *D* 6. 7 〈 〉 *D*: if contra afrof aciem *BV* 7 cartaginienfib. *D* (*etiam talia notare desinam ex D*) 8—12 〈 〉 *D*: uictor fuit x̄v̄īīī (·xviiii· *V*) hoftium cecidit. v̄ (cecidit quinque milia *V*) cum xvij elefantif coopit feptuaginta quattuor (lxxiiii *V*) ciuitatef in fidem *BV* 8 hamilcharè *D* 9 ieffit *D* 11 cępit *D* 12 dedicione *D* iterum exercitum *D* 12—26 〈 〉 *D*: inter hęc apud flumum bagrada. reguluf ferpentem | mire magnitudinif accepit (occidit *V*) cuiuf corium cxx pedum | longitudinem habuit . romamque delatum *B* 13 plurimof] plimof *corr. ut uid. in* pumof *D* 17 iactu irratoq. p *D* 21 morfum *D*¹*P* propter in *P et* (*corr. in* protri) *D* 26 ali-

XXVIIII ⟨Igitur Carthaginienses fracti bellis et cladibus exinaniti pacem a Regulo poposcerunt. sed cum intolerabiles et duras condiciones pacis audissent, tutius rati sese armatos mori quam miseros uiuere, pretio non solum Hispanorum uel Gallorum auxilia, quae iam dudum plurima habebant, sed etiam Graecorum comparanda duxerunt. itaque Xanthippum Lacedaemoniorum regem cum auxiliis accitum ducem bello praefecerunt. Xanthippus inspectis Poenorum copiis atque in campum deductis longe in melius mutato apparatu pugnam cum Romanis conseruit. ingens ibi ruina Romanarum uirium fuit. nam triginta milia militum Romanorum in illa tunc congressione prostrata sunt. Regulus ille dux nobilis cum quingentis uiris captus est et⟩ in catenas coniectus ⟨decimo demum anno Punici belli nobilem triumphum Carthaginiensibus praebuit. Xanthippus tam audacis facti conscius, rerum instabilium mutationem timens, ilico ex Africa migrauit in Graeciam.⟩

Hac tempestate Ptolomaeus Philadelphus Iudaeos, qui in Aegypto erant, liberos esse permisit et uasa Eleazaro pontifici Hierosolymorum uotiua transmittens diuinas scripturas in Graecam uocem ex Hebraea lingua per septuaginta interpretes transferre curauit, quas in Alexandrina bibliotheca habuit, quam sibi ex omni genere litteraturae comparauerat.

XXX ⟨Igitur⟩ Marco Aemilio Paullo Seruio Fuluio Nobiliore consulibus ambo Romani consules ⟨audita captiuitate Reguli et

quandiu *V* 1—13 ⟨⟩ *D*: Tum uicti carthaginienſeſ pacem a romaniſ petiuerunt. quam cum reguluſ | nollet niſi duriſſimiſ condicionibuſ (conditionibuſ *V*) dare. afri auxilium | a lacedemoniiſ petiuerunt. & duce xantippo qui a lacte (lace *V*, Lacedaemoniiſ *Eutrop.*) | miſſuſ fuerat romanorum dux reguluſ uictuſ eſt | ultima pernicie. Nam duo tantum ex omni romano | exercitu refugerunt. quingenti cum imperatore | regulo capti ſunt. triginta milia ($\overline{xxx}$ *V*) occiſa . reguluſ ipſe *BV* 1 exinati *D* 3 conditioneſ *D* 4 hiſpaniorū *D* 5 auxilio *D* 8 pęnorū *D* 9 apparata * (*fuit* ſ *ut uid.*) *D* inferuit *D* 10 ſibi ru∗∗ina *D* romanorum *D*, *deinde deletum* uirium *in D* 11 congreſione *D* 12 cum quintiſ *D*' 13 eſt *del. in D* 17 ptolomeuſ *BV*, pholomeuſ *D* filadelfuſ *BV* 19 hieroſolimorum *DV* greca uoce *D* 20 hebrea *D*. ebrea *DV* lxx *BV* 22 littere *D* 23 emilio *B* paulo *BD* 23—43, 4 ⟨⟩ *D*: ambo romani conſuleſ ad africam profec|ti ſunt · | cum trecentarum nauium claſſe · primum afroſ | nauali certamine ſuperant (ſuphanc *V*) *BV*

clade exercitus Romani transire in Africam cum classe trecentarum nauium iussi Clypeam petunt. eo confestim Carthaginienses cum pari classe uenerunt nec differri potuit nauale certamen.〉 Aemilius consul centum et quattuor naues Carthaginiensium demersit, triginta cum pugnatoribus cepit 〈praeterea triginta et quinque milia〉 hostium aut occidit aut cepit. militem suum ingenti praeda ditauit. 〈Romanorum autem nouem nauibus depressis mille centum periere milites. consules apud Clypeam castra posuerunt. duo Hannones Poenorum duces eo rursus cum magno exercitu conuenerunt proelioque commisso nouem milia militum perdiderunt〉 et subacta Africa tunc fuisset nisi quod tanta fames erat ut diutius exercitus expectare non possit. consules cum uictrici classe 〈ad Italiam praedis onusti remearent, infandum〉 naufragium circa Siciliam passi sunt. 〈nam de quadringentis sexaginta nauibus octoginta uix abiectis oneribus〉 seruari potuerunt neque ullo tempore tanta maritima tempestas audita est. Romani tamen statim ducentas naues reparauerunt neque in aliquo animus his infractus fuit.

Hoc tempore nummus argenteus primum in urbe figuratus est.

〈Deinde Hamilcar dux Poenorum cum exercitu in Numidiam Mauritaniamque missus postquam hostiliter cruenteque in uniuersos egit cur Regulum libenter suscepisse dicerentur, mille argenti talentis et uiginti milibus boum reliquos condemnauit, principes autem omnium populorum patibulo suffixit.

Tertio anno sicut semper indomitus furor cito periculorum XXXI

---

4 emiliuſ *B* ciiii *V* naueſ hoſtium demerſit *BV* 5 coepit *B* 5—6 〈 〉 *D*: Quintum decimum *BV* 6 coepit *B* 9 ꝑpoſuerunt *D* 11 affrica *D* 12 fugiſſet *D* exſpectare *V* 13 uictriciſ claſſeſ *D* 13—14 〈 〉 *D*: redeunteſ *BV* 14 onuſta remearet *D* infando naufragio *D* circa ſiciliam naufragium *V* 15 paſſi ſunt] poſſunt *D* 15—16 〈 〉 *D*: & tanta tempeſtaſ fuit ut ex quadringentiſ ſexa|ginta nauibuſ octoginta *BV* 15 quadringenti *D* 16 potuerint *B*. potuer̄ *V* 18 hiſ *om. V* fractuſ *V* 20 argenteuſ nummuſ *B* 22 hamilchar *D* diceretur *D* 25 condempnauit princepſ *D*

obliuiscitur⟩ Gnaeus Seruilius Caepio et Gaius Sempronius Blaesus consules cum ducentis sexaginta nauibus in Africam ⟨transgressi uniuersam oram maritimam quae circa Syrtes iacet depopulati sunt atque in superiora progressi captis euersisque ciuitatibus plurimis ingentem praedam ad classem duxerunt. idem cum ad Italiam redirent, circa Palinuri promunctorium, quod a Lucanis montibus in altum excurrit, iulisi scopulis centum quinquaginta naues onerarias nobilemque praedam crudeliter adquisitam infeliciter perdiderunt⟩. itaque cum continuae calamitates Romanis displicerent, decreuit senatus ut a maritimis proeliis recederetur et tantum sexaginta naues ad praesidium Italiae saluae essent. ⟨quod quidem decretum continuo adacti indomita cupiditate ruperunt. praeterea Cotta consul in Siciliam transgressus plurimis proeliis aduersum Poenos et Siculos terra marique pugnauit et per totam Siciliam partim hostium partim etiam sociorum inhumatas strages reliquit⟩.

Lucio Caecilio Metello Gaio Furio Placido consulibus ⟨Hasdrubal nouus Carthaginiensium dux cum elephantis centum triginta et equitum peditumque amplius triginta milibus Lilybaeum uenit ex Africa et continuo cum Metello consule apud Panormum pugnam conseruit. sed Metellus uim magnam beluarum timens prius eas magno usus consilio uel in fugam uel in mortem egit et sic facile quamuis magnam uim hostium⟩ superauit. ⟨uiginti milia Carthaginiensium in eo proelio caesa sunt, elephanti quoque sex et uiginti interfecti: centum et quattuor⟩ errantes per Numidas, quos in auxilium habebat ⟨cepit et per

1 gneuſ (cneuſ *V*) ſeruiluſ coepio | G (C · *V*) ſimphroniuſ · bleſuſ · *BV*, ſeruiluſ caepio et ſimproniuſ bleſuſ *D* 2 ducenti *D* (cclx *B*) 2—9 ⟨⟩ *D*: profecti ſuntaliquaſ ciuitateſ coe|perunt. predam ingentem reducenteſ · naufra|gium paſſi ſunt · *BV* 8 onerarieſ *D* 10 romani *D* 11 lx *B* 14 pe̊noſ *D* 16 inhumanaſ *Orosius* farageſ *D* 17 Lutio cecilio metallo *D* pacilo (*V*) 18—23 ⟨⟩ *D*: metelluſ in ſicilia (ſiciliam *B*) afrorum ducem cum cxxx | elefantiſ & magniſ copiſ uenientem *BV* 19 lyly|beum *D* 21 metalluſ *D* 22 morte *D* 23 magna | *D* 24. 25 ⟨⟩ *D*: $\overline{xx}$ hoſtium cęcidit · ſex & xx elefantoſ coepit. reliquoſ *BV* 26 numidiaſ *V* 26—45, 8 ⟨⟩ *D*: collegit & romam deduxit ingenti pompa | cum centum xxx elefantorum numeruſ (numerum *B*) omnia itinera (in itinere *B*) compleret. Poſt hęc mala carthagini | euſeſ regulum ducem quem coeperant

Italiam duxit, qui maximum Italicis populis spectaculum praebuerunt. Hasdrubal cum paucis Lilybaeum profugit atque absens a Poenis capite damnatus est.

XXXII

Post haec fessi tot malis Carthaginienses petendam esse a Romanis pacem et permutationem captiuorum decreuerunt. ad quam rem Atilium Regulum antea ducem Romanum, quem iam per quinque annos captiuum detinebant, inter ceteros legatos sub sacramento praecipue mittendum putauerunt⟩. ille Romam cum uenisset, inductus in senatum nihil quasi Romanus egit dixitque se ex illa die qua in potestate Afrorum uenisset, Romanum esse desisse. itaque et uxorem a complexu remouit et senatui suasit ne pax cum Poenis fieret. illos enim fractos tot casibus spem nullam habere, tanti non esse ut tot milia captiuorum propter unum se et senem et paucos qui ex Romanis capti fuerant, redderent. itaque obtinuit. nam Afros pacem petentes nullus admisit. ipse Carthaginem rediit offerentibusque Romanis ut eum Romae tenerent, negauit se in ea urbe mansurum in qua, postquam Afris seruierat, dignitatem honesti ciuis habere non posset. regressum igitur ad Africam resectis palpebris, ut usque ad mortem cruciatu intolerabili ac dolore uigilaret ⟨atque ut staret semper ad radium solis inligatum in machina uigilando necauerunt.

XXXIII

Alter deinde Atilius Regulus et Manlius Vulso, ambo bis consules, cum classe ducentarum nauium et quattuor legionibus Lilybaeum profecti, quod oppidum in promunctorio situm Romani obsidere conati superueniente Hannibale, qui Hamilcaris filius fuit, uicti, maiore exercitus sui parte perdita, ipsi aegre

---

petiuerunt | romam proficifceretur & pacem a romanif optine|r& ac pmutationem captiuorum facer& · *BV* (*sed* ac — faceret *om. V*) 1 qui *om. D* 2 lylybeũ *D* 3 dampnatuf *D* 9 nichil *V* 11 defidiffe *D* 12 poenif *D:* picenif *B* illo *V'* 13 hauere *V* utot *V* 16 ãmifit *D*, ammifit *B* kartagine *D* 19 ciuef *D* poffit *D* regreffuf *BDV* 20 circumcifif palpebrif *BV*, *deinde* utrifque ad *V* intollerabili *V* 21—46, 3 ⟨⟩ *D:* demum omnibuf | fupplicif extinctuf eft. Poft claudio pulchro (pulcho *V*) ; G · Iunio confulibuf claudiuf *BV* 21 radia *DP* 23 malliuf *D* 25 lilibeũ *D* 26 obfidem reconati *D* haṁbale *D* hamilcharif *D*

euaserunt. post hos Claudius consul cum classe ducentarum uiginti nauium ad Drepani portum contra hostem profectus est. ubi mox exceptus classe Poenorum dum⟩ contra auspicia ⟨dimicasset, superatus est. et ipse quidem cum triginta nauibus Lilybaeum in castra confugit, reliquae omnes hoc est⟩ nonaginta cum pugnatoribus captae sunt ⟨ceterae demersae, nouem milia militum caesa, uiginti milia capta referuntur. Gaius⟩ quoque ⟨Iunius⟩ consul ⟨collega Claudii Pulchri, uniuersam⟩ classem naufragio amisit ⟨exercitum tamen saluum habuit quia uicina litora erant⟩.

Anno etiam consequenti classis Punica in Italiam transiit eiusque plurimas partes longe lateque uastauit. dum haec gererentur, apud Iudaeam pontificatum post Eleazarum suscepit Manasses auunculus eius.

XXXIIII ⟨Interea Lutatius Catulus cum classe trecentarum nauium in Siciliam transuectus dum apud Drepanam ciuitatem pugna conseritur, dum inter primores pugnat, transfixo femore aegerrime, cum iam obrueretur, ereptus est. porro autem Poeni cum quadringentis nauibus magnisque copiis ad Siciliam duce Hannone concurrunt. nec Lutatius segnior, immo consilia Poenorum mira celeritate praeuenit. postquam proximae sibi utrorumque classes apud Aegates insulas contra Lilybaeum ciui-

---

2 adrapaní *D* 3 pęnorū *D* 3—5 ⟨⟩ *D:* pugnauit · & a carthaginensibuſ uictuſ eſt · Nam ex ducentiſ et uiginti (nam & · cc · et xx · *V*) nauibuſ cum triginta fugit *B* 4 cum atriginta *D'* 5 lilibeū *D* 6 captae cu pugnatoribuſ *D* 6. 7 ⟨'⟩ *D:* demerſae cęterę · | Aliuſ *B* 7 uiginta *D* 9 naufragio claſſem *BV* 10 uicino *D* 11 italia *V* 12 ciuiuſq; *B* 13 agerentur *B* poſtea eleazaruſ ſuſcepit deinde *B* iudeam *B* 14 manaſeſ *D* 15—47, 5 ⟨⟩ *D:* Gaio · luttatio (luttacio *B*) catulo · aulo · poſtumio aluino (allino *B*) conſulibuſ · | anno belli punici xx & tertio a (a *om.* *V*) catulo bellum | contra afroſ commiſſum eſt · profectuſ cum | trecentiſ (ccc *V*) nauibuſ in ſiciliam · afri contra ipſum | quadringentaſ (cccc *V*) parauerunt · Numquam in | mari tantiſ copiiſ pugnatum eſt · lutatiuſ (lutaciuſ *B*) | catuluſ nauem aeger aſcendit · uulneratuſ | enim in pugna ſuperiori (ſuperiore *V*) fuerat · contra lilibeum (liliueum *V*) | ciuitatem ſicilię · pugnatum eſt ingenti uir|tute romanorum · nam lxxiij carthaginien|ſium naueſ *BV* 16 pugna* (*fuit* m) inferitur *D* 17 tranfixo *D'* 18 erectuſ *D* 20 ſegnior] ſenior *D* 22 egadeſ *D* 22 lilibeum *D*

tatem Siciliae per totam noctem intertextis propemodum ancoris steterunt, orta luce prior Lutatius signum bello dedit. crudescente pugna uictus Hanno nauem auertit et dux fugae primus fuit. aliquanta cum eo pars exercitus sui Africam petiit, alii confugere Lilybaeum, septuaginta et tres naues Punicae⟩ captae sunt, centum uiginti quinque demersae, triginta et duo milia hostium capta, caesa quattuordecim milia ⟨fuere. numquam in mari tantis copiis pugnatum est⟩. infinitum auri argentique praedae in potestatem Romanorum redactae. ex classe Romana duodecim naues submersae. pugnatum est sexto Idus Martias. ⟨Lutatius deinde ad Erycinam ciuitatem, quam Poeni tenebant, uenit ibique duo milia Carthaginiensium conserta pugna interfecit. tunc Carthagiuienses praecipiti festiuatione ad Lutatium consulem ac deinde Romam mittunt, orant pacem⟩ tributaque est his pax. captiui Romanorum qui tenebantur a Carthaginiensibus, redditi sunt. etiam Carthaginienses petierunt ut redimi eos captiuos liceret, quos ex Afris Romani tenebant. senatus iussit sine pretio eos dari, qui in publica custodia essent, qui autem a priuatis tenerentur, ut pretio dominis reddito Carthaginem redirent atque id pretium ex fisco magis quam a Carthaginieusibus solueretur. Carthaginienses sane sub hac condicione cum Romanis pacem fecerunt ut ⟨Sicilia Sardiniaque decederent et⟩ per continuos uiginti annos eis persoluerent argenti puri tria milia talentorum. his diebus Iudaeorum pontifex Onias, Simonis Iusti filius, clarus habebatur. tunc etiam Quintus Ennius poeta Tarenti nascitur, qui post Romae degit contentus unius aucillae ministerio.

---

4 ea *D'* 5 lilibeum *D* 6 funt · xxv demerfe · xxii hoftium captę xiīī (xiii *V*) occifa *BV* 7 numquam *om. D* 8 infinitae *V* 9 argenti *B* redactum *B* 10 xij *B* pugnatum eft *om. D* *deinde* vi · id *BDV* 11—15 ⟨⟩ *D:* ftatim pacem carthagini|enfef petiuerunt · tributaque eft hif pax · | *BV* 11 ericinam *D* 12 tenebunt *D* 13 conferta] feruata *D* precepti *D* 16 kartaginenfib; *D* 17 eof *B:* eorum *D* 19 cuftodia cuftodia *D'* a *B:* in *D* 20 kartaginem *D* id *D:* hif *B* 21 maguif *D'* foluerentur *D·B* kartaginenfef *D* 22 conditione *V* 23 ⟨⟩ *D:* eif *B* annof xx *V* 24 eif *om. BV* 25 fymonif *BDV* 26 hennuf *D* 27 deguit *BDV* minufterio *D'*

XXXV ⟨Anno ab urbe condita quiugentesimo septimo repentina subuersio ipsius Romae praeuenit triumphum Romanorum. neque enim temere dixerim quando non uel modicam laetitiam Romae superueniens repente quam grauissimus luctus oppresserit. si quidem Quinto Lutatio Catulo Aulo Manlio consulibus diuersae ignium aquarumque clades paene absumpsere urbem. nam Tiberis insolitis auctus imbribus et ultra opinionem uel longinquitate *uel* diuturnitate uel magnitudine redundans omnia Romae aedificia in plano posita deleuit. diuersae qualitates locorum ad unam conuenere perniciem quoniam et quae segnior redundatio tenuit, madefacta dissoluit et quae cursus torrentis inuenit, impulsa deiecit. aquarum grauissimam cladem grauior ignis secuta uastatio est. qui ignis — incertum unde surrexerit — plurimas ciuitatis partes peruagatus eum hominum domorumque miserabilem stragem fecit, tum etiam tantum opum uno consumpsit incendio, quantum plurimae et peregrinae uictoriae conferre non possunt. dehinc cum omnia in circuitu fori depopularetur, aedem Vestae corripuit. unde etiam Metellus eum arsuros deos eripit, uix brachio semiustulatus aufugit.

Tito Sempronio Graccho Gaio Valerio Falcone consulibus⟩ bellum Faliscis intulerunt, quae ciuitas Italiae opulenta quondam fuit, quod ambo consules intra sex dies quam uenerant transegerunt; quindecim milibus hostium caesis, ceteris pace concessa, agro tamen ex medietate sublato.

⟨Eodem anno etiam Galli Cisalpini uoui exstitere hostes, aduersus quos uaria sorte bellatum est. nam in primo conflictu Valerio consule tria milia cecidere Romani, secundo quattuordecim milia Gallorum caesa, duo milia capta sunt. sed ob priorem cladem triumphus consuli denegatus est.⟩

1—20 ⟨⟩ *D:* Quintuſ lutatiuſ. aluuſ (albuſ *V*) malhuſ. conſuleſ. | creati ſunt *BV* quingenteſimo *D* 5 malho *D* 6 poene aſ-ſumpſere *D* 8 longinquitate uel *scripsi:* longinquitatem *D* (*om. P?*) 10 ſemor *D* 15 ſaragem *D* opum *P:* opuſ 16 conſumpſit *P:* conſump | *D* 18 foriſ *D. deinde* depopulareatur *D* 18 metalluſ *D* 19 ſemuuſtulatuſ *ut uid. D* 20 ſimpnio *D* 21 facliſ *D* 23 tranſegerunt *P:* tranſigerunt *BDV* milium hoſtib; *D* ceteriſ *om. D* pacem *D* 25 exiſtere *D* 29 ſed oppriorem *D* *subscriptum* INCIPIT LIBER · III · *in B,* EXPlt LIB · II · incipit liber III · *in D,* EXPLICIT HISTORIAE

LIBER TERTIVS

Finito igitur Punico bello quod uiginti tres annos tractum est, iam Romani clarissima gloria noti ⟨Lucio Cornelio Lentulo Fuluio Flacco consulibus⟩ legatos ad Ptolomaeum Aegypti regem miserunt auxilia promittentes, quia rex Syriae Antiochus bellum ei intulerat. ille gratias Romanis egit, auxilia non accepit, iam enim fuerat pugna transacta. I

Eodem tempore potentissimus rex Siciliae Hiero Romam uenit ad ludos et ducenta milia modiorum tritici populo dono exhibuit.

⟨Tito Manlio Torquato Gaio Atilio Bulbo consulibus Sardinia insula rebellauit auctoribus Poenis. unde mox Sardi subacti et oppressi sunt, Carthaginiensibus autem uiolatoribus pacis, quam poposcissent, inferri bellum decretum est. econtra Carthaginienses pacem suppliciter poposcerunt et cum bis missis

---

ROMANAE LIBER · II · INCIPIT LIBER TERTIVS *in V* 1 per xxij *BV* annis expletum eſt *B* 2 romanı ıam *BV* 3 ptolomeum *B*, ptholomeum *D*, tpolemenm *V* 4 ſırıę *D* 5 ıntulerant *D'* 8 $\overline{\text{cc}}$ *B* · cc · *V* dona *B* 9 exıbuıt *D* 10—50, 9 ⟨⟩ *D:* L. cornelio lentulo (dentulo *B*) fuluıo · flacco · consulıbuſ. | quıbuſ hıero romam uenerat. etıam con|tra lıgures ın (ıntra *V*) ıtalıa bellum geſtum (conceſſum *V*) eſt. | Nam ıdem conſuleſ prımı tranſ padum , romanaſ (romanoſ *B*) duxere legıoneſ. | Pugnatum eſt ıbı cum ınſubrıbuſ & lıgurıbuſ | quorum ınterfecta ſunt $\overline{\text{xxııj}}$ · $\bar{\text{v}}$ captı (acceptı *V*) | ſunt · & de hıſ trıumphatum eſt. | Sequentı anno ın pıcęno flumen ſanguı | nem (ſanguine *V*) effluxıt · & apud (aput *V*) tuſcoſ · caelum ardere uıſum eſt · et arımını nocte (cae *B*) multa | luce fulgente (fulgent *V*) treſ ſımul lunae apparuere · | Carthagınıenſeſ · tamen reparare temp|tabant · ſardınıenſeſ quı ex condıcıo|ne pacıſ romanıſ parere debebant · ad re|bellandum ınpellenteſ (ımpellenteſ *B*). Uenıt tamen | romam legatıo carthagınıenſıum · et | pacem ımpetrauıt · Tıto mallıo · | torquato · gaıo · atılıo · uulgo · conſulıbuſ | de ſardıſ trıumphatum eſt · & pacem om'nıbuſ locem facta · romanı nullum bellum (bellum *om. V*) | habuerunt · quod hıſ (hıſ *om. V*) poſt romam condıtam | ſemel tantum numa pompılıo (pāpılıo *V*) regnante | contıgerat *BV* 10 mallıo *DP* Bulbo] bubulbo *D*, bubulco *P*

legatis nihil profecissent, post etiam decem principibus bis aeque supplicantibus, nec impetrarent, nouissime Hannonis minimi hominis inter legatos oratione meruerunt.

Hoc anno porta Iani gemini clausa est, quia nusquam eodem anno bellum erat: quod sub Numa solum Pompilio rege prouenerat.

Anno ab urbe condita quingentesimo septimo decimo Hamilcar dux Carthaginiensium ab Hispanis in bello, cum aliud bellum aduersum Romanos clam pararet, occisus est.⟩

Lucius Postumius Albinus Gnaeus Fuluius Centumalus consules bellum contra Illyrios ⟨sequenti⟩ gesserunt ⟨anno eo quod legati Romanorum ab Illyriis interfecti sunt. post cum ipsis Illyriis atrocissimum bellum gestum est, in quo multis oppidis populisque deletis reliqui se Fuluio Postumioque consulibus dediderunt⟩ ac tum primum ex Illyriis triumphatum est.

II ⟨Tertio deinceps anno miseram ciuitatem sacrilegis sacrificiis male potentes funestauere pontifices. namque decem uiri consuetudinem priscae superstitionis egressi Gallum uirum et Gallam feminam cum muliere simul Graeca in foro Boario uiuos defoderunt. sed obligamentum hoc magicum in contrarium continuo uersum est. namque diras illas quas fecerant externorum mortes foedissimis suorum caedibus expiauerunt. si quidem Lucio Aemilio Catulo Gaio Atilio Regulo consulibus magna formidine consternatus senatus defectione Cisalpinae Galliae, cum etiam ex ulteriore Gallia ingens aduentare exercitus nuntiaretur, maxime Gaesatorum, quod nomen non gentis sed mercennariorum Gallorum est. itaque permoti consules totius Italiae ad

1 printipibuſ *D* 3 orationem *D* 5 popilio *D* 7 hamilchar *D* 10 poſthumiuſ *D* gneuſ *D*, gñ· *B* centummalluſ *D*, centummaluſ *BV* 11 illiricoſ *DV*, hylliriоſ *B* anno *om. D* 11—15 ⟨⟩ *D:* & multiſ ciuita|tibuſ captiſ· etiam regeſ in deditionem acce|perunt *BV* 14 poſthumioq. *D* 15 dederunt *d* hylliriſ *B*, iliriciſ *V* 16–51, 16 ⟨⟩ *D:* emilio conſule ingenteſ Gallorum copię | alpeſ tranſierunt · ſed pro romaniſ tota | italia conſenſit · traditumque eſt a fabio | hiſtorico qui ei bello interfuit · dcc̄ hominum | parata ad id bellum fuiſſe · ſed reſ p conſuleſ | tantum proſpere geſta eſt · x̄l hoſtium inter|fecta *B* 17 potenteſ *Gruterus ex Orosio:* petenteſ *DP* 19 phoro *D* 22 fediſſimiſ *D* 26 ceſatorũ *DP*, *em. Gruterus ex Orosio*

praesidium imperii contraxere uires. quo facto in utriusque consulis exercitu octingenta milia armatorum fuisse feruntur, sicut Fabius historicus, qui huic bello interfuit, scripsit. ex quibus Romanorum et Campanorum fuerunt peditum trecenti quadraginta octo milia ducenti; equitum uero uiginti sex milia sexcenti. cetera multitudo sociorum fuit. commisso proelio apud Arretium Atilius consul occisus est. octingenta milia Romanorum, nec saltem tanta quanta eos terrere debuit caesa sui parte fugerunt. nam tria milia eorum tunc interfecta historici tradunt. quod ideo ignominiosius turpiusque est tam paucis amissis tanta agmina diffugisse, quia se in aliis uictoriis non uiribus animorum praeualuisse sed bellorum prouentibus prodiderunt. quis enim, rogo, in exercitu Romanorum crederet numerum istum fuisse saltem, non dico fugisse?

III

Post haec secundum cum Gallis proelium gestum est, in quo plane quadraginta milia Gallorum trucidata⟩ sunt et triumphus Aemilio decretus. Gallorum quidem animi feroces, corpora plus quam humana erant sed experimento deprehensum est quod uirtus eorum sicut primo impetu maior quam uirorum est, ita sequens minor quam feminarum: Alpina corpora humenti caelo educata habent quiddam simile niuibus suis: cum mox calore *exarserint* pugnae, statim in sudorem eunt et leui motu quasi sole laxantur. hi Brittomaro duce non prius posituros se baltea iurauerunt quam capitolium Romae inscendissent, factumque est. nam uictos eos Aemilius in capitolio discinxit. Et quia dux eorum de Romano milite Marti suo torquem auream deuotasset, de ipsius Ariobistonis reliquorumque Gallorum torquibus aureum tropaeum Ioui erexit.

⟨Sequenti anno Manlius Torquatus et Fuluius Flaccus con-

---

1 imperium *D* 2 exercitui *D* octogınta *DP*, *em. Gruterus* 5 ducenta *D* 7 arrentium *D* octoginta milia *DP* 14 fuiſſem *D* fugiſſem *D* 20 humenti *B:* humecti *DP* 21 ſimilē *D* 22 exarſerint *om. BDP* 23 motu *D:* modo *B* laſſantur *B* hii *B* britatomaro *D* 24 inſcendiſſent *scripsi:* incendiſſent *BDP* 25 emiliuſ *B* 26 diſcincxit *B* 28 tropeum *D*, trophium *B* 29—52, 18 ⟨⟩ *D:* Aliquod deinde anniſ poſt contra galloſ intra | Italiam pugnatum eſt · Finitoque bello .|marco · claudio marcello · gñ cornelio ſcipi|one · conſulibuſ marcelluſ *B* 29 malliuſ *B*

sules contra Ligures primum trans Padum Romanas duxere legiones. pugnatum est ibi cum Insubribus Gallis, quorum interfecta sunt uiginti tria milia, quinque milia capta sunt.

Eo deinde anno qui huic proximus fuit dira urbem terruere prodigia. namque in Piceno flumine sanguis effluxit et apud Faliscos caelum uisum est ardere et Arimini noctem multa luce claram obfulsisse ac tres lunas distantibus caeli regionibus exortas apparuisse et Romae Gnaei Domitii bos locutus est dicens 'caue tibi Roma'. carnes etiam caelo lapsae sunt, quarum pars ab auibus intercepta est, pars incorrupta diu iacuit. tunc quoque magno terrae motu Caria et Rhodus insulae adeo concussae sunt ut labentibus uulgo tectis ingens quoque ille colossus rueret.

IIII Eodem anno Flaminius consul contemptis auspiciis, quibus pugnare prohibebatur, aduersus Gallos conflixit et uicit. in quo bello nouem milia Gallorum caesa, decem et septem milia capta sunt. post hoc Marcus Claudius Marcellus Gnaeus Cornelius Scipio contra Gallos pugnauerunt. Marcellus consul⟩ deinde cum inprudens in manus Gallorum incidisset omniaque infesta uidisset, nec qua euadere posset haberet, in medium hostium inrupit. quibus inopinata audacia perculsis regem quoque eorum Virdomarum nomine occidit atque ubi spes salutis uix fuerat, inde opima rettulit spolia. postea cum collega ingentes copias Gallorum peremit ⟨et inter multa Insubrium, quos ad deditionem coegerat, oppida⟩ Mediolanium ⟨quoque urbem florentissimam⟩ expugnauit ⟨et cepit.⟩ grandem praedam Romam pertulit ac triumphans Marcellus spolia Galli stipiti inposita humeris suis uexit.

Minucio Rufo Publio Cornelio consulibus Histris bellum inlatum est, quia latrocinati nauibus Romanorum fuerant, quae

4 dıram | dıra* (*fuit* m) *D* 5 ſanguıne *DP*, *an* ſanguen? 6 Falıſcoſ] tuſcoſ *D* armını *D'* 8 gneı domıtıb; locutuſ *D* 11 charıa *D* 18 ſcıpıuſ *D* 20 qua *om.* *D* poſſıt *D* haberet *om.* *D* 21 ırrupıt *D* 22 uıtrodomarum *DP*, bıtro | domınarum *B* 23 retulıt *D* poſtea collegā *D* 24 copıaſ *D:* ſpolıa *B* gallarum *B* 25 medıolanum *B* 26 coepıt *D* 27. 28 gallı ſtıpı *D*, gallıſ ſtıpıtı *B* 29 munıtıo ruffo · bublıo *D* 30 ınnatum *B*

frumenta exhibebant, ac multo Romanorum sanguine fuso perdomiti sunt.

Hac tempestate Iudaeorum pontifex Simon Oniae filius extitit.

⟨Emergit hic paululum antiquus ille Romanorum improbae laudis etiam de praesumptis parricidiis appetitus. nam Fabius Censorius Fabium Buteonem filium suum furti insimulatum interfęcit, dignum scilicet facinus quod pater uel parricidio plectendum duceret, quod ne leges quidem nisi multa pecuniae aut summum exilii circa quemlibet hominum censuerunt.

Anno ab urbe condita quingentesimo quadragesimo quarto⟩ V
bellum Punicum secundum Romanis inlatum est per Hannibalem Carthaginiensium ducem, qui iam dudum Hamilcari patri ad aras iurauerat, cum adhuc nouem esset annorum, se ut primum posset aduersum Romanos pugnaturum ⟨qui tamen hoc somnium praeuiderat, iuuenem humana forma augustiorem, qui se hortaretur in excidium Italiae auctore Ioue secuturum. deinde post tergum respiciens intueri sibi nisus est serpentem uastum cuncta populantem, audire etiam caeli fragorem nec non et nimbos cum maligna luce caeli uisere: interrogat iuuenem praeeuntem quid subsequatur? ille ad haec 'uides' inquit 'excidium Italiae: tace et cetera permitte fatis'.⟩ Hannibal ergo Saguntum ⟨florentissimam⟩ Hispaniae ciuitatem, Romanis amicam, oppugnare aggressus est annum agens uicesimum aetatis. huic Romani per legatos denuntiauerunt ut bello abstineret. is legatos ⟨Romanorum ad se missos iniuriosissime etiam a conspectu suo abstinuit.⟩ Romani etiam Carthaginem miserunt, ut mandaretur Hannibali ne bellum contra socios populi Romani gereret. dura responsa a Carthaginiensibus data sunt. Saguntini interea fame uicti sunt

---

5—11 ⟨⟩ *D:* Eodem anno *B* 6 praeſumptiſ *om. D, add. P* (?) 8 ſılıcet *D* 11 quadrageſimo] tricefımo *D* 12 ſecundo *B* annıbalem *B* 13 hamılcharı *D* 14 nobē *D*' 15 aduerſuſ *B* 18 poſtergum *D* 19 fragore *D* 20 et∗nımboſ (*uid. fuisse* i) *D* uıſerıt *D* 21 ınquıd *D* 22 Annıbal *B* 25 *ante* huıc *add.* copuſ congregatıſ ·cl̄· *B* ut *om. B* 26 abſtınere ·hıſ *B* 26—27 ⟨⟩ *D*· admıttere noluıt *B* 28 kartagınē *D* annıbalı *B* 29 romanı populı *D*

⟨et octauo demum mense⟩ capti ab Hannibale ultimis poenis afficiuntur. quibus hoc ante portenderat triste prodigium. nam cum paene enixa mulier esset, infans in uterum regressus ciuitatis excidium significauit. huius tantae cladis auctor Hannibal poscitur, tergiuersantibus Poenis dux legationis Fabius 'quae' inquit 'mora est? in hoc ego sinu bellum pacemque porto: utrum eligitis?' succlamantibus 'bellum' 'igitur' inquit 'accipite'. et excusso in media curia togae gremio non sine horrore quasi plane sinu bellum ferret effudit.

VI Tum Publius Cornelius Scipio cum exercitu in Hispaniam profectus est, Tiberius Sempronius in Siciliam. bellum Carthaginiensibus indictum est. Hannibal relicto in Hispania fratre Hasdrubale ⟨Pyrenaeos transiuit montes inter ferocissimas Gallorum gentes ferro uiam aperuit et nono post demum die a Pyrenaeo ad Alpes peruenit. ubi dum montanos Gallos repellere eum ab ascensu obnitentes bello superat atque inuias rupes igni aceto ferroque rescindit, quadriduum commoratus quinto demum die cum maximo labore ad plana peruenit.⟩ traditur ad Italiam centum milia peditum et uiginti milia equitum, septem et triginta simul elephantos adduxisse. interea multi Ligures et Galli Hannibali se iunxerunt. Sempronius Gracchus cognito ad Italiam Hannibalis aduentu ex Sicilia exercitum Ariminum traiecit. Publius Cornelius Scipio Hannibali apud Ticinum primus occurrit, commisso proelio fugatis suis et paene omnibus extinctis ipse a filio Scipione ⟨admo-

1 octabo *D* captıque ab annıbale *B* pęnıſ *D* 2 ante boc protenderat *B* 3 poene *B* utero *B* 4 annıbal *B* 5 pęnıſ *D* legatıonıſ ·que (quę *B*) ınquıd mora eſt fabıuſ (fauıuſ *B*) ın *BD* 6 ergo *D* pellum *D*' 7 ınquıd *BD* 9 horrore] borre *D* 10 ſcıpo *D*', cıpıo *B* ſpanıam *D* 11 tyberıuſ *B* ſımpronıuſ *BD* 12 Annıbal *B* ſpanıa *BD* 13—18 ⟨⟩ *D*: pırıneum tranſıuıt alpeſ adhuc tum ea | parte ınuıaſ ſıbı patefecıt *B* 13 pyreneoſ *D* 14 nono *om.* *D* 15 pyreno *D* 19 mılıbuſ *bis D* ad ıtalıam l̅x̅x̅x̅ pedıtum · x̄ equıtum · ſeptem & xxx | elefantoſ *B* *ante* et *add.* centum *D* bıgıntı *D*, *deinde* mıb; *D*' 20 ſımul *in fine uers. om.* *D* 21 lıgureſ *D* annıbalı (*sic semper omissa* h *quod amplius non notabo*) *B* conıuncxerunt *B*, ıuxer̄ (n *supra*) *D* Sımpronıuſ *BD* 22 aduentum *BD* 24 tıcınıum *B* prelıo *D* 25 *et* 55, 6 poene *BD* ãmodũ *D*

dum praetextato qui post Africanus cognominatus est, qui vix egressus pueritiam fuerat ab ipsa morte⟩ liberatus, saucius tamen in castra rediit. pugnatum deinde est eodem consule ad Trebiam fluuium, iterumque Romani superati sunt. Sempronius Gracchus et ipse confligit apud eundem amnem amissoque exercitu paene solus euasit. in eo tamen bello etiam Hannibal sauciatus est. tunc se Hannibali multi Itali dedidere. qui posteaquam in Etruriam primo transiret, in summo Apennino tempestate correptus biduo continuo immobiliter stetit, niuibus cum exercitu conclusus. ubi magnus hominum numerus, iumenta quam plurima, elephanti paene omnes frigore perierunt.

Diris tunc etiam Romani prodigiis territi sunt. nam et VII
Solis orbis inminui uisus est. et apud Arpos parmae in caelo uisae, sol quoque pugnasse cum luna. apud Capenas ⟨interdiu⟩ duas ortas lunas. ⟨imbre saxatili Picena regio uerberata. in Gallia eisdem temporibus lupus e uagina gladium sustulit uigili. tunc⟩ in Sardinia sanguine duo scuta sudarunt. Faliscis caelum scindi ⟨uelut magno hiatu⟩ uisum est. apud Antium quoque ⟨metentibus messoribus⟩ cruentas spicas in corbem decidisse ⟨uisum est et pluuiae deciderunt cruentae.⟩

Igitur Hannibal ad Tusciam ueniens ⟨sciens Flaminium consulem solum in castris esse, quo celerius imparatum obrueret, primo uere progressus arripuit propriorem sed palustrem uiam et cum forte Sarnus fluuius late redundans pendulos et dissolutos campos reliquerat, de quibus dictum est

et quae rigat aequora Sarnus.

---

2 fuerat *om.* *D* 4 treuiam *B*, treuī *D* Simproniuſ *BD* 5 grachuſ *B* ammınē *D* 7 dedere *D* 8 primo uerę *B* appennino *D* 11 quam] cum *BD* elefanti *B* pōne *D*, poene *B* 12 dyriſ *B* prodigiſ *D* 13 minui *D* palmę *BDP* in celū *D* 14 cum luna pugnaſſe *B* inter dúdūaſ *D* 15 duę lunę * ortę ſunt *B* beruerata *D* 17 uigilia *D* fabiſciſ *B* uiſum eſt *om.* *D* 19 meſſoreſ | metentib; *D* cruente ſpicę *B* 20 cęcidere *B* et plubiū ceciderunt *D* 21–56, 22 ⟨⟩ *D:* flaminio conſuli occurit ·| ipſum flaminium interemit · romano|rum XXV ceſa ſunt cętera diffugerunt | *B* 22 quo] quod *D* imperatū *D* 23 paliſtrē *D* 27 *Verg. Aen.* VII 738 ſanuſ *D*

in quos cum exercitu progressus Hannibal nebulis maxime, quae de palude exhalabantur, prospectum auferentibus magnam partem sociorum iumentorumque perdidit. ipse autem uni elephanto, qui solus superfuerat, supersidens uix difficultatem itineris euasit. sed oculum, quo iam in Alpibus dudum aeger erat, uiolentia frigoris
VIII uigiliarumque ac laboris amisit. Vbi uero proximus castris Flaminii consulis fuit, uastatione circumiacentium locorum Flaminium in bellum excitauit. haec pugna ad Trasumenum lacum facta est, ubi exercitus Romanus infelicissime arte Hannibalis circumuentus funditus trucidatus est, ipse quoque consul occisus. uiginti quinque milia Romanorum in eo proelio caesa, sex milia capta referuntur, ceteri diffugerunt. de exercitu Hannibalis duo milia ceciderunt, tanta clade Romana maxime cum ita intentus ad pugnandum ardor extiterit, ut grauissimum terrae motum, qui tunc forte tam uehemens factus est ut urbes diruisse, montes transtulisse, discidisse rupes et flumina retrorsum coegisse referatur, pugnantes omnino non senserint. quo quidam miles Romanus ita uulneratus est ut uti manibus non ualeret. cum ei quidam Poenus Numida detrahere spolia uellet, ceruicem hostis inuasit ulnis, eique nares atque aures morsu detruncauit.

Interea⟩ missus aduersus Hannibalem postea a Romanis Quintus Fabius Maximus. is eum differendo pugnam ab impetu fregit. nam per summa montium iuga et abditos nemorum saltus castra ponens Hannibalis feruorem elusit. ⟨cumque in proelium eum euocare Hannibal non posset, uastatis agris Italiae Maximi cunctatoris uillae pepercit, ut uel sic proditionis suspicionem de eo Romanis afferret. sed bene nota Fabii fides: calliditatem Hannibalis irritam dederunt Romani. interea Maximus⟩ inuenta occasione pugnauit et uicit. uictus quoque Hannibal fertur de Fabio dixisse suis ita ‘numquid non dixi

---

1 neuulſ *D* 2 exalabantur *D* 5 quo ıā | ın ulpeſ dudū *D* 10 fundıtıſ *D* 12 cetera *D* 14 ad *om.* *D* 16 dırruıſſet *D* tranſtulıſſet dıſcedıſſe *D* 17 ſenſeruntquē *D* 18 mılex *D* 19 humıda *D* 20 ceruıce *D* 23 ab ımpetuſ *D* 24 abdıtuſ *BD* 25 ferborē *D* 25—30 ⟨⟩ *D*: moxque *B* 30 occaſıonē *D* 31 fertuſ *D*' fauıo ıta ſuıſ dıxıſſe *B* ıtā numquıd *D*

uobis quod montana haec nubes maxima nos in campo ui tempestatis obrueret?'

⟨Anno⟩ ab urbe condita quingentesimo quadrage- VIIII
simo Lucius Aemilius Paullus Publius Terentius Varro ⟨consules⟩ contra Hannibalem mittuntur Fabioque succedunt. qui Fabius ambos consules monuit ut Hannibalem callidum et inpatientem ducem non aliter uincerent quam proelium differendo. uerum cum inpatientia ⟨rerum⟩ Varronis consulis, contra dicente altero consule id est Aemilio Paullo apud uicum qui Cannae appellatur, in Apulia pugnatum esset, ambo consules ab Hannibale uincuntur. nam cum comperisset Hannibal Aufidum amnem ingentes auras mane proflare, quae harenarum et pulueris uertices agerent, sic direxit aciem ut tota ui a tergo suis, Romanis in ora et oculos incideret, eaque de causa Romanorum exercitum strauit. ⟨nam in ea pugna quadraginta quattuor milia Romanorum interfecta sunt. de exercitu uero Hannibalis tria milia caesa sunt et magna pars sauciata. Romani tamen nullo Punico bello grauius accepti sunt. periit⟩ in eo consul Aemilius Paullus. qui dum sauciatus in quodam saxo resedisset, offerente ei Lentulo equum quo fugeret ut cladi superesset, noluit atque ibi persedit donec ab hostibus peremptus est. perierunt autem ibi consulares aut praetorii ⟨uiri⟩ uiginti, senatores capti aut occisi triginta, nobiliores uiri trecenti ⟨pedestrium militum quadraginta milia⟩ equitum tria milia et quingenti. Varro consul cum quinquaginta equitibus Venusiam fugit. nec

1 uī *D* 2 obrueretur *D* 3 quingenteſimo & quadrageſimo a condita urbe *B* quatrageſimo *D* 4 pauluſ *B* emiliuſ pauluſ bubliuſ (*prior* b *corr. ex* p) terrentiuſ *D* 6 mouit *D* 7 uinceret *D* proe | lio *B* 8 patientia *B* 9 emilio *B* paulo *BD* canne *BD* 12 mane *om. D* pflareſ *D*' arenarū *D* 13 ſic *om. D* a *add. P, om. D* ui *Gruterus:* uiſ *B*, uia *P* 14 incederet *D* 15—18 ⟨⟩ *D*: in ea pugna ĪĪĪ afrorum pereunt · magna | parſ de exercitu annibali ſauciatur · nullo | tamen punico bello romani grauiuſ ac | cepti ſunt perit enim *B* 15 nam — interfecta ſunt *om. D* 16 uero *om. D* 17 ſautiata *D* 19 emiliſ *B*, *miliuſ (*fuit* e) *D* pauluſ *BD* ſauciuſ *D* ſaxa *D* 20 equo *B* ſuper eſſe *B* 22 preterii *D* xx *B* 23 nobileſ *B* ccc *B* 23. 24 ⟨⟩ *D:* militum x̄l *B* 24 quadraginta] quadringenta *D* et *om. D* 25 l *B* fuit *D*

dubium est ultimum diem illum Romani status futurum fuisse, si Hannibal mox post uictoriam ad peruadendam urbem contendisset. ⟨sed sic successu belli elatus est ut neminem ciuium suorum in castra sua admitteret sed responsa eis per interpretes daret, Maharbalem quoque Lacedaemonium et ipsum saepe contemneret, qui ei creberrime pollicebatur breui se in Capitolio cenaturum si dispositio sua omnimodis audiretur.

X Interea⟩ Varro Romam rediit gratiaeque ei a senatu et populo actae sunt quod rem publicam non desperasset. non autem uitae cupiditate sed rei publicae amore se superfuisse reliquo aetatis suae tempore approbauit. nam barbam capillumque submisit et postea numquam recubans cibum cepit. honores quoque cum ei deferrentur a populo, renuntiauit dicens felicioribus magistratibus rei publicae opus esse. in omnibus his tamen malis nemo Romanorum pacis mentionem habere dignatus est. Hannibal Romanis optulit ut captiuos redimerent responsumque est a senatu eos ciues non necessarios qui cum armati essent capi potuissent. ille omnes postea uariis suppliciis interfecit ⟨idem quibusdam ima pedum amputauit, alios in castris binos inter se ipsos compulit dimicare maxime fratres aut consanguineos, nec prius spectaculum finiebatur quam unus caedibus superfuisset sed et ipse iugulandus⟩ et ⟨pro testimonio uictoriae suae⟩ tres modios anulorum aureorum Carthaginem misit, quos ex manibus ⟨interfectorum⟩ equitum Romanorum senatorumque et militum detraxerat. ⟨usque adeo autem ultima desperatio rei publicae apud residuos Romanos fuit ut senatores de relinquenda Italia sedibusque quaerendis consilium ineundum putarint. quod auctore Caecilio

---

1 illum diem romani * (*fuit* ſ) *B* ſtatum *d* 2 puadendum *D* 4 a *mitteret (*fuit* m) *D* 5 Macharbalem *D* 10 ſe *om.* *B* 12 ſummiſit *BD* coepit *B* horeſ *D* 13 defferentur *D* renunciabat *B* 14 regi publicę *D* in omnibuſ — 15 dignatuſ eſt *om. D*, *solus add. B*, *praeterea post* eſt *haece* ſerui quod numquam | manu * (*fuit* m) miſſi et militeſ facti ſunt · | Poſt eam pugnam multae Italię ciuitateſ | que romaniſ paruerunt ſe ad annibalem | tranſtulerunt *add.* *B* 18 arınati *D* 19 id eſt *P* quoſdā *D* 23 teſtimonium *D* modiſ *D* 24 kartaginē *D* ex mab; *D*' 25 ſenatorum *B* 26 regi publice *D* 28 ineundem putarunt; Quo *D* ce-

Metello confirmatum fuisset nisi Cornelius Scipio tribunus tunc militum idem qui post Africanus est dictus, districto gladio terruisset, singulis mortem minitans ac potius pro patriae defensione in sua uerba omnes iurare coegit.

Romani ad spem uitae quasi ab inferis respirare ausi XI
dictatorem Decimum Iunium creant, qui delectu habito ab annis decem et septem inmaturae inordinataeque militiae quattuor legiones undecumque contraxit. tunc etiam seruos spectati roboris ac uoluntatis uel oblatos uel si ita opus fuit publico pretio emptos sub titulo libertatis sacramento militiae adegit. arma, quae deerant, templis detraxerunt, egenti aerario priuatae opes refusae sunt. itaque equester ordo, ita plebs trepida oblita studiorum in commune consuluit. Iunius quoque dictator antiquum Romanae miseriae factum recolens, pro supplemento exercitus edicto uelut asylo patefacto homines quicumque sceleribus ac debitis obnoxii essent, inpunitate promissa militiae mancipauit, quorum numerus ad sex milia uirorum fuit. Campania uero uel potius omnis Italia ad Hannibalem, desperata penitus Romani status reparatione defecit.

Post hoc Lucius Postumius praetor aduersum Gallos pugnare missus cum exercitu caesus est.⟩

Deinde Sempronio Gracebo Quinto Fabio Maximo consulibus Claudius Marcellus ex praetore pro consule designatus, Hannibalis exercitum proelio fudit primusque post tantas rei publicae ruinas spem fecit Hannibalem posse superari.

Interea in Hispania, ubi frater Hannibalis Hasdrubal remanserat cum magno exercitu, ut eam totam Afris subiceret, a duobus ⟨germanis⟩ Scipionibus, Romanis ducibus uincitur. perdidit in ea pugna triginta quinque milia hominum. ex his capiuntur decem milia, occiduntur uiginti quinque milia. mittuntur ei a Carthaginiensibus ad reparandas uires duodecim

---

cilio metallo *D* 5 ſpe *D* 6 decium *DP, em. Gruterus ex Orosio* delecto *D* 10 liuertatiſ *D* 12 pleſ *D* 13 Iniuſ *D* 16 *ſſent (*fuit* e) *D* 20 poſthumiuſ preter *D* 22 dein *B* ſimpronio *D*, ſimproſio *B* gracho *B* 24 prelio *B* 27 ſubigeret *B* 29 perdit *B* $\overline{xxxv}$ *B* 30 x *B* $\overline{xxv}$ *B* 31—60, 1 $\overline{xii}$ peditum | $\overline{iiij}$ equitum $\overline{xx}$ (*sed lineola numerum miliarium significans rursus ni fallor deleta*) ele-

milia peditum et quattuor milia equitum, uiginti elephanti. ⟨Celtiberos milites, quam primam externam manum Romani in castris habere coeperunt, pretio sollicitatos ab hostium societate in sua castra duxerunt. Sempronius Gracchus proconsul ab hospite suo Lucano quodam in insidias inductus occisus est.⟩ Centenius Penula centurio decerni sibi ultro bellum aduersus Hannibalem petiit a quo cum octo milibus militum, quos in aciem eduxerat, caesus est.

XII Post haec Gnaeus Fuluius praetor ab Hannibale uictus amisso exercitu uix euasit. anno quarto postquam ad Italiam Hannibal uenit Gnaeum Fuluium proconsulem, XI praeterea tribunos et XVII milia militum interfecit. Marcellus consul cum Hannibale apud Nolam per triduum continuum dimicauit. primo die pari pugna discessum est, sequenti uictus consul, tertio uictor VIII milia hostium interfecit, ipsum Hannibalem cum reliquis fugere in castra compulit. Hannibal multas ciuitates Romanorum per Apuliam Calabriam Brittiamque occupauit. quo tempore etiam rex Macedoniae Philippus ad eum legatos misit promittens auxilia contra Romanos sub hac condicione ut deletis Romanis ipse quoque contra Graecos ab Hannibale auxilia acciperet. captis igitur legatis Philippi et re cognita Romani in Macedoniam Marcum Valerium Laeuinum ire iusserunt, in Sardiniam Titum Manlium Torquatum pro consule. nam etiam ea sollicitata ab Hannibale Romanos deseruerat. ita uno tempore quattuor locis pugnabatur: in Italia contra Hannibalem, in Hispania contra fratrem eius Hasdrubalem, in Macedonia contra Philippum, in Sardinia contra Sardos et alterum Hasdrubalem Carthaginiensem. is a Tito Manlio proconsule qui ad Sardiniam missus fuerat, niuus

fantı *B* 2 celtıuerof *D* 3 cęperunt *D* 4 Sımpronıuf *D* 5 inducatuf *D* 6 Centurıuf pęnula *B* 7 mılıtıbuf mılıtum *B* 8 acıe *B* 9 hunc *B* gneuf *BD* preter *D*, *deinde* ab *om.* *D*', *deinde* hannıbalem *D* 10 anno — 16 compulıt *om.* *D* (*P*) 11 gñ *B* 12 $\overline{\text{xvii}}$ mılıtum *B* 15 $\overline{\text{viii}}$ hoftıum *B* 17 brıttıāq. *D*: brıttıof *B* 19 promıfıt *B* 21 captı *D* 22 leuınum *B*, leuıū *D* 23 mallıum *BD* 24 proconfulem *B* 26 ıfpanıa *D* 28 al∗terū (*uid. fuisse* a) *D*, *deinde* annıbalem *B* 29 mallıo *BD*

est captus, occisa cum eo duodecim milia, capti mille quingenti et Romanis Sardinia subacta ⟨est⟩. Manlius uictor captiuos et Hasdrubalem Romam reportauit.

Interea etiam Philippus a Laeuino in Macedonia uincitur et in Hispania a Scipionibus Hasdrubal et Mago tertius frater Hannibalis.

⟨Pudet recordationis. quid enim dicam? improbitatem magis an miseriam Romanorum? immo uerius uel improbam miseriam uel miseram improbitatem. quis credat eo tempore, quo aerarium populi Romani egenam stipem priuata collatione poscebat miles in castris non nisi aut puer aut seruus aut sceleratus aut debitor nec sic quidem numero idoneus erat, senatus in curia omnis paene nouicius uidebatur postremo cum ita imminutis fractisque omnibus rebus desperabatur ut consilium de relinquenda Italia subiretur, eo tempore cum unum domesticum, ut diximus, bellum ferri nullo modo posset, tria insuper transmarina bella fuisse suscepta? unum in Macedonia contra Philippum potentissimum Macedoniae regem, alterum in Hispania contra Hasdrubalem Hannibalis fratrem, tertium in Sardinia contra Sardos et alterum Hasdrubalem Carthaginiensium ducem, extra hoc quartum Hannibalis, quo in Italia premebantur. et tamen fortis in alterutrum desperatio in meliora profecit. nam in his omnibus desperando pugnarunt, pugnando uicerunt. ex quo euidenter ostenditur non tempora tunc fuisse tranquilliora otiis sed homines miseriis fortiores.

Anno ab urbe condita quingentesimo quadragesimo tertio XIII
Claudius Marcellus Syracusam, opulentissimam urbem Siciliae, secunda obpugnatione uix cepit. quam cum iam pridem obsedisset, Archimedis Syracusani ciuis admirabili ingenio praediti machinis repulsus expugnare non potuit.⟩

Decimo anno postquam Hannibal in Italiam uenerat Gnaeo Fuluio Publio Sulpicio consulibus Hannibal de Campania mo-

1 x̄ıı *B* 2 malliuſ *BD* 4 leumo ın macedomam *BD* 8 an] ac *D* 9 mıſeram] mıſerıam *D* credıt *D* 10 conſolatıone *D* 13 poene nouıtıuſ *D* 14 rebuſ *om. D* 25 tranquıllıo ratıſ ſed *D* 28 ſıracuſam *D* 30 ſıracuſanı *D* ām̄ibılı (ra) *D* 32 gneo *D* 33 puluıo ſımplıcıo gñ | fuluıo

uit exercitum et cum ingenti clade omnium per Sidicinum Suessanumque agrum uia Latina ⟨profectus ad Anienem fluuium tribus milibus ab urbe consedit, incredibili totius ciuitatis metu, cum senatu populoque diuersis curis trepido matronae quoque amentes pauore per propugnacula currerent et connehere in muros saxa primaeque pro muris pugnare gestirent. ipse autem cum expeditis equitibus⟩ usque ad portam ⟨Collinam infestus accessit, deinde omnes copias in aciem direxit. sed et consules Fuluiusque proconsul non detractauere pugnam. at ubi expositae utrimque acies constiterunt, in conspectu Romae praemium uictoris futurae tantus subito se imber e nubibus grandine mixtus effudit ut turbata agmina uix armis retentis in sua se castra colligerent. deinde cum serenitate reddita in campum copiae atque in aciem redissent, rursus uiolentior fusa tempestas maiore metu mortalium audaciam coercuit territosque exercitus refugere in tentoria coegit. tunc conuersus in religionem Hannibal dixisse fertur potiundae sibi Romae modo uoluntatem non dari, modo potestatem.

XIIII At uero⟩ in Hispania a fratre Hasdrubale ambo Scipiones ⟨fratres⟩ qui per multos annos uictores fuerant, interficiuntur, exercitus tamen integer mansit. casu enim magis erant quam uirtute decepti.

⟨In Campania Capua capta est a Quinto Fuluio proconsule. principes Campanorum ueneno mortem sibi consciuerant. senatum omnem Capuae etiam prohibente senatu Romano Fuluius suppliciis necauit. duae autem feminae e Campanis partibus id est Vescia Oppia materfamilias et Cluuia Falcula meretrix benignae pro statu fuere Romano. quippe una pro salute populi Romani semper deos precata est, altera militibus Romanis captiuis alimenta praebuit. pro quibus meritis

---

confulibuf *B* 1 fedecimum *BD* 2 fueffamumq, *B* 2--7 ⟨⟩ *D*: ufque ad quartum miliarium | urbif acceffit · equitef euf *B* 5 pugnacula *D* 7—19 ⟨⟩ *D*: mox confulem cum exercitu uenientium | metu · annibal ad campaniam fe rece|pit *B* 8 atiem *D* 16 cohercuit *D* 18 uoluutate *D* 19 frate *D* hafdrubalif *B* 25 omne capue *D* 28 benignigne *D* 29 faluf *D*

et libertatem in excidio Capuae et rem propriam retentarunt et optandi praemii priuilegia assecutae sunt.

Quo tempore etiam a consule Marcello Siciliae magna pars capta est, quam tenere Afri coeperant, et nobilissima ⟨ut dixi⟩ urbs Syracusana. praeda ingens Romam perlata est.

Laeuinus in Macedonia cum Philippo et multis Graeciae populis et rege Asiae Attalo amicitiam fecit et ad Siciliam profectus est, Hannonem quemdam Afrorum ducem apud Agrigentum ciuitatem cum ipso oppido cepit eumque Romam cum captiuis nobilissimis misit. quadraginta ciuitates in deditionem accepit, uiginti sex expugnauit. ita omnis Sicilia recepta, Macedonia fracta ingenti gloria Romam regressus est.

Hannibal ⟨itaque⟩ in Italia Gnaeum Fuluium consulem subito aggressus cum nouem milibus hominum interfecit.

Interea ⟨interfectis in Hispania duobus Scipionibus fratri- XV
bus cum omnibus incusso pauore cunctantibus Scipio se admodum adulescens ultro optulisset et pudenda penuria esset aerarii, Claudio Marcello et Valerio Laeuino auctoribus, qui tum consules erant, aurum argentumque signatum ad quaestores palam omnes senatores in publicum contulerunt ita ut nihil praeter anulos bullasque sibi ac filiis et deinde per filias uxoresque suas singulas tantum auri uncias et argenti non amplius quam singulas libras relinquerent. Scipio⟩ annos natus uiginti quattuor, uir Romanorum omnium et sua aetate et posteriore tempore fere primus — iste est ille qui dum senatores ob metum Hannibalis ⟨ut dixi⟩ Italiam relinquere deliberarent cum tribunus militum esset, districto gladio id fieri

---

2 optatı *D* 4 afrıſ ceperant et nouılıſſima *D* 5 ſıracuſana *D* 6 Leuınuſ *BD* gretıę *D* 8 Annonè *B* affrorum *D* 9 coepıt *B*, cępıt *D*, *deinde* eum *B*, eumque — 11 accepıt *om.* *D* 10 xl *B* 11 xxxvı expugnauıt *B* 12 reuerſuſ *B* 14 gneum fuluuım *D*, gñ fuluıo *B* conſule *B* 15 $\overline{\text{vııı}}$ȷ *B* (mılıa *D*) 16–24 ⟨⟩ *D*: ınterea ad hıſpanıaſ ubı occı|ſıſ duobuſ ſcıpıonıbuſ· malluſ romanuſ | duxerat publıuſ cornelıuſ ſcıpıo mıttıtur | fılıuſ publı ſcıpıonıſ quı ıbidem bellum geſſerat *B* 17 ammodū 18 utro *D'* punurıa *D* 19 leuıno *D* 23 uıncıaſ *D* 25 quattuor & xx omnıum romanorum uır *B* 26 ıſte &enım dum *B* 27 metu *D* 28 cum — eſſet *om.* *D*

uetuit — is ⟨imperium in Hispania proconsulare sortitus ultionem praecipue patris et patrui animo intendens, Pyrenaeum transgressus primo impetu⟩ Carthaginem ⟨nouam⟩ Hispaniae cepit ⟨ubi stipendia maxima, praesidia ualida, copiae auri argentique magnae Poenorum habebantur et nobilissimi obsides, quos ab Hispanis acceperant. ibi etiam Magonem fratrem Hannibalis captum cum ceteris Romam misit.⟩ Romae ingens laetitia post hunc nuntium fuit. Scipio Hispanorum obsides parentibus reddidit. denique cum quaedam adulto flore uirgo pulcherrima ab eo comprehensa fuisset, eam paterna pietate seruauit concedens parentibus ut eam redimerent. ad se etiam puellae sponsum, nobilissimi generis uirum, uenire persuadens ei ipsam quasi pius in matrimonio genitor tradidit, dotisque nomine puellae pretium, quod a parentibus eius acceperat, condonauit. pro quibus factis maxime adnitente puellae sponso eiusque parentibus omnes fere Hispaniae ad eum transierunt. postque Hasdrubalem Hannibalis fratrem uictum fugat et praedam maximam capit. praeterea octoginta ciuitates aut deditione aut bello in potestatem redigit Afrisque sub corona uenditis sine pretio dimisit Hispanos.

XVI ⟨Hannibal in Italia Gnaeum Fuluium proconsulem, undecim praeterea tribunos et septemdecim milia hominum interfecit. Marcellus consul cum Hannibale apud Nolam triduum continuum dimicauit. primo die pari pugna discessum est, sequenti uictus consul, tertio uictor octo milia hostium interfecit. ipsum Hannibalem cum reliquis fugere in castra compulit.⟩ interea consul Quintus Fabius Maximus Tarentum ⟨quae a Romanis

---

1 *post* uetuit *add.* primusque iurans ut patriae | defensor exister& · uniuersos similiter iurare coegit · romanosq, ad spem uitae | quasi ab inferis reduxit *B* hispaniam *D* 2 pyreneum *D* 3 kartaginē *D* 4 coepit *B* 4—7 ⟨⟩ *D:* in qua omne aurum | argentum & belli apparatum afri ha|bebant. Nobilissimos quoque obsides | quos ab hispanus acceperant · magonem | etiam fratrem annibalis ibidem capit · | quem romam cum alis mittit *B* 5 opsides *D* 8 leticio *D* hunc *scripsi*: hoc *DP* 10 pulcerrima *B* patena *D'* 13 prius in matrimonium *D* traddit *D* 14 nomini *B* 15 annitente *D* 19 redegit *D'P* afris *D* 21 gen̄ (n *supra*) *D* 22 et septem milia *D* 24 discesum *D* 26 *post* interea *add.* in italia *B* 27 publius fabius *BD* tarantum *B* 27—65, 2 ⟨⟩ *D:* recepit · in qua in | gentes copię annibalis

desciuerat iterum expugnauit et cepit ibique ingentes copias Hannibalis cum ipso duce eius Carthalone deleuit⟩ triginta quinque milia hominum captinorum uendidit, praedam militibus dispertiuit, pecuniam hominum uenditorum ad fiscum rettulit. tum multae ciuitates Romanorum, quae ad Hannibalem transierant, rursus se Fabio Maximo dediderunt. ⟨Hannibal utrumque consulem Marcellum et Crispinum insidiis circumuentos cum exercitu interfecit.⟩

Tertio anno postqnam Scipio ad Hispaniam profectus fuerat, rursum res inclitas gerit. regem Hispaniarum magno proelio uictum in amicitiam accepit et primus omnium a uicto obsides non poposcit. desperans Hannibal Hispanias contra Scipionem diutius posse retineri, fratrem suum Hasdrubalem ⟨ad Italiam⟩ cum omnibus copiis euocauit ⟨et maxime cum iussus Hasdrubal fuisset a Carthaginiensibus ut fratri cum copiis iungeretur, Appio Claudio Nerone et Marco Liuio Salinatore consulibus cum ab Hispaniis per Gallias ad Italiam ueniret, magna secum auxilia Hispanorum Gallorumque sumpta deduceret, et cum maturato aduentu descendisse iam ex Alpibus, consulibusqne proditus fuisset, ab exercitu Romano ignorante Hannibale⟩ apud Metaurum fluuium in insidias ⟨compositas⟩ incidit, strenue tamen pugnans occisus est. ⟨diu quidem incertus belli euentus fuit, elephantis maxime Romanam infestantibus aciem, qui a militibus Romanis, quos a uelitando uelites uocant, quod genus militiae paullo ante repertum fuerat, ut lecti agilitate iuuenes cum armis suis post ter-

---

eraut · & ıbı etıam | ducem andıbalıſ carthalonem occıdıt | *B* 1 dıſcıuerat *D* 2 karthalone *D* 2. 3 $\overline{XXV}$ *B* 4 retulıt *D* 6 famo *B* reddıderunt *B* 6—8 ⟨⟩ *D:* ınſequentı anno ſcıpıo ın hıſpanıa ęgre | gıaſ reſ egıt · & per ſe & per frm ſuum | lucıum ſcıpıonem · lxx cıuıtateſ rece|perunt · ın ıtalıa tamen male pugna|runt · nam claudıuſ marcelluſ conſul ab | annıbale occıſuſ eſt *B* 9 hıſpanıa *D* 10 rurſuſ *B* ınclytaſ *B* 11 amıcıtıa *D* 12 popoſſıt *D* 14 euocabıt *D* 15—21 ⟨⟩ *D:* ıſ uenıenſ a conſulıbuſ appıo cladˇ | ıo uerone & marco lıbıo ſalınatore *B* 15 iussus Hasdrubal fuisset *scripsi:* ıuſſu haſdrubalıſ fuıſſe *DP* 16 claudıone romae *D* 17 lıbıo *D* hıſpanıſ *D* 22–66, 12 ⟨⟩ *D:* lvııȷ . de eıuſ exercıtu perempta · $\overline{v}$ capta ſunt · | quadrıngentı $\overline{ııȷ}$ cıuılıum *B* 23 romam *D* 24 a multıb; *D* 25 paulo *BD* 26 ıubeneſ *D*

ga equitum sederent, et mox cum ad hostem uentum esset, equis desilirent et continuo pedites ipsi ex alia parte equitibus per quos aduecti fuerant dimicantibus, hostem proturbarent. ab his ergo uelitibus elephanti retro acti cum regi iam a suis non possent, fabrili scalpro inter aures adacto necabantur. id genus occidendae cum opus esset beluae idem dux Hasdrubal primus inuenerat.

XVII Fuit hoc proelio Poenis Metaurum flumen, ubi Hasdrubal uictus est, ut Trasumenus lacus Romanis et Caesena Piceni ciuitas ut uicus ille Cannensis. nam quinquaginta et nouem milia de exercitu Hasdrubalis ibi occisa sunt. capta quinque milia quadringenti. quattuor milia autem ciuium⟩ Romanorum inter eos reperta atque reuocata sunt, ⟨quod uictoribus consulibus solacio fuit. nam et de exercitu eorum octo milia ceciderunt.⟩ Magnum pondus auri atque argenti Romam relatum est. Hannibali caput fratris sui Hasdrubalis ante castra proiectum est. quo uiso et simul clade Poenorum cognita anno tertio decimo quam in Italiam uenerat, refugit in Brittios.

⟨Post haec anno continuo inter Hannibalem et Romanos quies a tumultu bellorum intercessisse uisa est, quia inquietudo morborum in castris erat et grauissima pestilentia uterque exercitus agebatur.⟩ post haec Hannibal diffidere iam de belli coepit euentu, Romanis ingens animus accessit. itaque et ipsi euocauerunt ex Hispania Publium Cornelium Scipionem ⟨qui iam uniuersam Hispaniam a Pyrenaeo usque Oceanum in prouinciae formam redegerat. igitur⟩ Romam cum ingenti gloria uenit.

Per idem tempus Hierosolymis pontifex Maximus Onias filius Simonis fuit.

Quinto Caecilio Lucio Valerio consulibus omnes ciuitates

---

1 refederent *D* 8 proelio *Gruterus ex Orosio:* prẹliū *D*, proelium *P* poenıſ metocurū *D* 9 ſecena *D* 13 repperta et deuaſtata *B* 14 ſolatıo *D* 15 argentıſ *D* 15. 16 relata ſunt *B* 16 capud *D* 17 pꝯnorum *D*, poena | rum *B* 18 xııı *B* ıtalıa *D* brıttıoſ *D:* brıttıam *B* 20 ınequıtudo *D* 21 erant *D* utrıque *D* 22 coepıt ıam de bellı *B* 23 cepıt *D* 24—26 ⟨ ⟩ *D:* ıſ *B* 25 pyreneo *D* 26 ıgıtur *om. D* 28 hyeroſolımıſ *D* 29 ſymonıſ fılıuſ *B* 30 Lucıo *om. D*

quae in Brittiis ab Hannibale tenebantur, Romanis se tradiderunt.

Anno quarto decimo posteaquam in Italia Hannibal uenerat, Scipio qui multa bene in Hispania egerat, consul ⟨cum Licinio Crasso creatus⟩ et in Africam missus. cui uiro diuinum quiddam inesse existimabatur adeo ut putaretur etiam cum numinibus habere sermonem. ⟨et re uera neque publica neque priuata negotia prius umquam attigit quam in cella Iouis Capitolini diutissime moraretur antequam uideretur a quoquam.⟩ is in Africa contra Hannonem ⟨Hamilcaris filium⟩ ducem Poenorum pugnat ⟨eumque interfecit⟩ exercitum eius ⟨partim caede partim captiuitate disperdidit⟩ castra ⟨eius⟩ capit. ⟨nam in eo proelio⟩ cum quattuor milibus quingentis militibus undecim ⟨milia Poenorum occidit. Sempronius consul cum Hannibale congressus et uictus Romam refugit. Scipio in Africa aggressus hiberna Poenorum atque alia Numidarum, quae utraque haud procul ab Vtica erant, noctu concubia fecit incendi. Poeni trepidi cum casu accidisse ignem putarent, inermes ad extinguendum concurrerunt. quare facile ab armatis oppressi sunt. in utrisque castris quadraginta milia hominum de Carthaginiensibus et Numidis igni ferroque consumpta sunt, capta quinque milia, duces ipsi miserabiliter ambusti aegre effugere. Hasdrubal dux Carthaginem profugus uenit. itaque Syphax et Hasdrubal mox plurimum reparauere exercitum atque iterum cum Scipione congressi sunt uictique fugerunt. Syphacem fugientem Laelius et Masinissa ceperunt. cetera multitudo ad Cirtam confugit, quam Masinissa obpugnatam in deditionem recepit. Syphacem ad Scipionem catenis uinctum deduxit.

XVIII

1 ım *B* 4. 5 ⟨⟩ *D:* eſt factuſ *B* 8 cello nouıſ *D* 10 ın *om. D'* annonem *D* hamılcharıſ *D* afrorum *B* 11. 12. ⟨⟩ *D:* ınterfecıt · ſecundo | proelıo *B* 13 mılıbuſ *om. B* 14—68, 3 ⟨⟩ *D:* mılıbuſ occı | ſıſ · Syfacem numıdıe regem quı ſe | afrıſ coniunxerant capit & caſtra | eıuſ ınuadıt · Syfax cum nobılıſſımıſ | numıdıſ & ınfinıtıſ ſpolııſ romam a ſcı | pıone mıttıtur *B* 14 Sımpnıuſ *D* 15 refuıt *D* 16 atque in alıa *D* 20 utrıq. *D* de Carthagınıenſıbuſ et Numıdıſ *om. D* 23 kᷓtagınem *D* ſyfax *D* 25 *et* 28 ſyfacen *D* 27 quam maſınıſſam *D'*

quem Scipio cum ingentibus spoliis plurimisque captiuis perducendum Romam Laelio tradidit. qui cum in custodia Tiburi defecisset, sumptu publico iussit senatus honoratissime sepeliri.⟩ qua re audita omnis fere Italia Hannibalem deserit, ipse a Carthaginiensibus redire in Africam iubetur, quam Scipio uastabat.

XVIIII Ita anno septimo decimo Italia ab Hannibale liberata est. quam flens dicitur reliquisse ⟨omnibus Italici generis militibus qui sequi nollent interfectis.⟩ legati Carthaginiensium pacem a Scipione petiuerunt. ab eo ad senatum Romam missi sunt et quadraginta quinque diebus his indutiae datae sunt quo usque ire Romam et regredi possent et triginta milia pondo argenti ab his accepta sunt. senatus ex arbitrio Scipionis pacem iussit cum Carthaginiensibus fieri. Scipio his condicionibus dedit ne amplius quam triginta naues haberent et quinquaginta milia pondo argenti darent, captiuos et perfugas redderent.

⟨Interea Hannibal ad Africanum litus propinquans iussit cuidam e nauticis ascendere in arborem nauis atque inde speculari quam regionem tenerent. sepulcrum dirutum se prospexisse respondit. abominatus dictum Hannibal deflexo cursu ad Leptim oppidum copias exposuit. qui continuo refecta multitudine Carthaginem uenit et⟩ pax turbata est multaque hostilia ab Afris facta sunt. legati tamen eorum ex urbe uenientes a Romanis capti sunt et iubente Scipione dimissi. Hannibal quoque frequentibus proeliis deuictus a Scipione petere etiam ipse coepit pacem ⟨et conloquium Scipionis. ubi cum se diu attoniti admiratione mutua duo clarissimi duces suspexissent et conloquium inter utrosque esset, Carthaginiensibus condiciones displicuerunt eo quod⟩ isdem condicionibus

---

7 xvii *B* 11 et *om. BD, deinde* quadringenta quinq. *D*, xlv *B* 13 ſcipionibuſ *D* 15 xxx *B* ut *B*, *deinde* quingenta milia *D* 18—23 ⟨⟩ *D*: interim annibale ueniente ad | africam *B* 18 propinquante *D* 23 kartaginem *D* multa *B* 25 iuuente *D* 26 pręliſ *B* uictuſ *D* 26. 27 ſcipione ĩter , etiã ipſe cępit *D* 27—30 ⟨⟩ *B*: cum uentum eſſ& ad colloquium *B* 28 ãmiratione *D* 30 conditioneſ *D* hiſdem *D* conditionibuſ *BD* date ſunt *D*

data est quibus prius additis milibus pondo, argenti centum milia librarum propter nouam perfidiam. Carthaginiensibus condiciones displicuerunt iusseruntque Hannibalem pugnare: infertur a Scipione et Masinissa rege alio Numidarum, qui amicitiam cum Scipione fecerat, Carthaginiensibus bellum.

Hannibal tres exploratores ad Scipionis castra misit, quos XX
captos Scipio circumduci per castra iussit ostendique his totum exercitum ⟨nihil de hostibus percontatus⟩ mox etiam prandium dari ⟨eisque refectis ac recreatis equis redire permisit⟩ ut renuntiarent Hannibali quae apud Romanos uidissent. interea proelium ab utroque duce ⟨consertum est, quod diu magnis ducum artibus dispositum, magnis copiarum molibus gestum⟩ quale uix ulla memoria fuit, cum peritissimi uiri ⟨ut diximus⟩ copias suas ad bellum educerent. Scipio uictor recedit. ⟨octoginta ibi elephanti uel capti uel occisi sunt. Carthaginiensium militum interfecta sunt uiginti milia quingenti. Hannibal omnia et ante proelium et in proelio expertus⟩ primum cum multis equitibus, deinde cum uiginti, postremo uix cum quattuor ⟨inter tumultum elapsus Adrumentum confugit. postea Carthaginem post sex et triginta annos quam inde paruus cum patre exierat uenit.⟩ inuenta in castris Hannibalis argenti pondo uiginti milia, auri octingenta, cetera supellectilis copiosa. ⟨iactet se licet Roma uictoriis, Hannibalem tamen Campaniae luxuriis immorantem prouincia deliciosa superauit. dum aquis innatat dum piscibus atque ostreis passim inficitur dum olet potat indormit, aquarum resolutio molliuit Punicam feritatem et quem alia durauerant, Seplasia oppidum Campaniae unguentis odoratis labefactauit ac soluit.

Igitur⟩ post id certamen ⟨Carthaginienses nullam esse XXI

---

1 pondenbuſ *BD* 2. 3. Carthagınıenſıbuſ — dıſplıcuerunt *om. D* 4. 5. infertur a — carthagınıenſıbuſ bellum *om. D* 5 quı amıcıtıam cum *iterata in B* 9 ⟨⟩ *D:* dımıttıque *B* 11. 12 ⟨⟩ *D:* ınſtructum eſt *D* 14—17 ⟨⟩ *D*: poene ıpſo annıbale capto. Quı *B* 16 xx *B* 19—21 ⟨⟩ *D:* euaſıt *B* 20 kartagıuē *D* ınde] ınter *D* 22 x̄x̄ aurı *B* cęteraſ *B* ſuplectılef *D,* ſupellectılef *B* 25 ınferıttur dum olet *D* 27 *ante* ſeplaſıa *add.* et *D* 28 ungeutıſ *D* 29 poſ id *D* 29 - 70, 6 ⟨⟩ *D*: Poſt ıd certamen pax cum | carthagınıenſıbuſ facta eſt · ſcıpıo | romam redıt *B*

residuam spem nisi in petenda pace persuasi, ut pax daretur denuo supplicauerunt. Gaio Cornelio Lentulo Publio Aelio Paeto consulibus Carthaginiensibus pax per Scipionem uoluntate senatus populique concessa est, naues tamen plus quam quingentae in altum productae in conspectu ciuitatis incensae sunt. Scipio iam tunc cognomento Africanus eum⟩ ingenti gloria ⟨triumphans urbem ingressus est. quem Terentius qui postea comicus, ex nobilibus Carthaginiensium subactorum ciuibus captus, pilleatus, quod insigne indultae sibi libertatis fuit, triumphantem post currum secutus est. anno ab urbe condita quingentesimo quadragesimo quinto bellum Punicum secundum finitum est⟩ post annum nonum decimum quam coeperat.

LIBER QVARTVS

I Transacto ⟨igitur⟩ Punico bello secutum est Macedonicum contra Philippum regem. quingentesimo et quinquagesimo primo anno ab urbe condita Titus Quintius Flaminius aduersus Philippum ⟨missus est. qui post multa et grauissima proelia quibus Macedones uicit pacem Philippo dedit⟩ his legibus ne Graeciae ciuitatibus, quas Romani contra eum defenderant, bellum inferret, ut captiuos et transfugas redderet, quinquaginta solas naues haberet, reliquas Romanis daret, per annos decem quaterna milia pondo argenti praestaret et obsidem filium suum daret Demetrium. ⟨deinde cum Lacedaemoniis pugnauit uicto Nabide duce ipsorum⟩ et quibus uoluit

1 pacem perfuafit *D* 1. 2 ut — fupplicauerunt *om. D* 3 P. Aelio Paeto] prelio peto *D* 5. 6. incenferunt; Scipio *D* 7—12 ⟨⟩ *D:* triumpha | uit · atque africanuf ex eo uocari coep | tuf eft · finem accepit fecundum punicum | bellum *B* 8 kartaginienfium captiuf pilleatur *B* 13 ceperat *D* *subscriptum* INCIPIT LIBER · IIII · *in B*, EXPLIC̄ LIB̄ III · INCIPIT LIBER QVARTVS *in D* 18 Qingentefimo lmo & primo *B* 19 aduerfum *D* 20. 21 ⟨⟩ *D:* & rem profpere | geffit · & pax ei data eft *B* 23 redderent *B* 24 l · *B* dederet *B* 25 anno *D* 26. 27 ⟨⟩ *D:* Tituf quintiuf · etiam lacedemoniif intulit bellum · ducem eorum abidem uicit *B* 27 nauide *D*

condicionibus in fidem accepit, ingenti gloria triumphauit. duxit ante currum nobilissimos obsides Demetrium Philippi filium et Armenem Nabidis. Romani captiui, qui sub Hannibale per Graeciam uenditi fuerunt, uniuersi recepti capitibus rasis ob detersam seruitutem currum triumphantis secuti sunt.

Eodem tempore Insubres et Boii, a quibus Ticinum ciuitas condita est, atque Caenomanni contractis in unum uiribus Hamilcare Poenorum duce, qui in Italia remanserat, Cremonam Placentiamque uastantes, difficillimo bello a Lucio Fuluio praetore superati sunt. consul Marcellus in Etruria a Boiis obpressus magnam partem exercitus perdidit. cui postea Furius alter consul auxilio accessit atque ita uniuersam Boiorum gentem igni ferroque uastantes propemodum usque ad nihilum deleuerunt.

⟨Postea Flaminius proconsul Philippum regem et cum eo II
Thracas Macedonas Illyrios multasque praeterea gentes, quae in auxilio ei uenerant, bello subegit. uicti Macedones castra amiserunt. octo milia hostium eo die caesa, quinque milia capta Polybius scribit. Valerius dicit quadraginta milia trucidata, Claudius uero triginta duo milia interfecta commemorat. sed haec uarietas scriptorum utique fallacia est. fallaciae autem causa profecto adulatio est dum uictoris laudes accumulare uirtutemque patriae extollere uel praesentibus uel posteris student. alioquin si inquisitus non fuisset numerus nec qualiscumque fuisset expressus. quod si gloriosum est duci et patriae plurimos hostium peremisse, quanto magis laetum patriae et ducibus beatum potest uideri suorum uel nullos uel paucissimos perdidisse? ita lucidissime paret quia simili impudentia mentiendi, qua occisorum hostium numero adicitur, sociorum quoque amissorum damna minuuntur uel etiam omnino reticentur.

---

1 conditionib; *D* 2 phillppi *D* 3 armem nauidiſ *D*, *deinde* filium *add. D* 5 ob deterſa ſerutude *D* 6 ciuitas *scripsi:* ciuitatiſ *D* 7 cenomanni *BD* 8 hamilchare *D*, amilchare *B* ducem *D* 10 oppreſſuſ *B* 18 miſerunt *D* 19 polypius *D* 21 fallatia *D* fallatie *D* 28 imbudentia *D* 29 quam *D* numero dicitur *D*

Igitur Sempronius Tuditanus in Hispania citeriore bello oppressus cum omni exercitu Romano interfectus est.⟩

III Transacto bello Macedonico secutum est Syriacum. ⟨Lucio Valerio Flacco Marco Porcio Catone consulibus Antiochus rex Syriae bellum contra populum Romanum struens in Europam transiit ex Asia. tunc etiam Hannibal propter excitandi belli rumores, qui de eo apud Romanos ferebantur, exhiberi Romam a senatu iussus, clam ex Africa profectus metu ne Romanis traderetur ad Antiochum migrauit. quem cum apud Ephesum inuenisset cunctantem, mox in bellum impulit.

Tunc etiam lex, quae ab Oppio Tribuno plebi lata fuerat, nequa mulier plus quam semiunciam auri haberet neue uersicolori uestimento nec uehiculo per urbem nec foras uteretur plus quam mille passibus nisi sacrorum causa exegisset, post uiginti annos abrogata est. sublato hoc edicto in quantam licentiam matronae uenerint quid attinet dicere cum sicut et uiri luxuriarentur?

Publio Cornelio Scipione Marco Acilio Glabrione consulibus Antiochus quamuis Thermopylas occupasset quarum munimine tutior propter dubios belli euentus fieret tamen commisso bello a consule Glabrione in Achaia superatus. castra eius⟩ nocturna pugna capta sunt, ipse ⟨uix cum paucis fugit e proelio Ephesumque peruenit. is habuisse fertur armatorum sexaginta milia, e quibus quadraginta milia caesa, plus quam quinque milia fugisse referuntur.

Alter consul Scipio cum Boiorum gente conflixit, in quo proelio uiginti milia hostium interfecit.⟩ Philippo, quia contra Antiochum Romanis fuisset auxilio, filius Demetrius redditus est.

---

1 ſimpronıuſ *D* 3—21 ⟨⟩ *D:* contra ‖ antıochum regem · | publıo · cornelıo - ſcıpıone · acılıo · | glabrıone conſulıbuſ · | huıc antıocho annıbal ſe ıunxerat · car | thagınem patrıam ſuam metu ne ro | manıſ traderetur relınqnenſ · acılıuſ gla | brıo · ın achaıa bene pugnauıt · | caſtra regıſ antıochı *B* 6 exercıtandı *D* 12 ſêuntiā *D* neque *P, deinde* nerſıcolorıſ *DP* 13 ueſtımenta *D'* 17 luxurıent *D* 19 thremopylaſ *D* 21 galabrıone *D* 22 ſunt] eſt *D* 22—27 ⟨⟩ *D:* fngatuſ *B* 25 fuıſſe *D*

Publio Scipione Africano iterum Tito Sempronio Longo consulibus apud Mediolanium decem milia Gallorum caesa, sequenti autem proelio undecim milia Gallorum, Romanorum uero quinque milia occisa sunt. Minucius a Liguribus in extremum periculi adductus et insidiis hostium circumuentus uix Numidarum equitum industria liberatus est.

⟨Post Digitius praetor in Hispania citeriore paene omnem amisit exercitum. Marcus Fuluius praetor Celtiberos cum proximis gentibus uicit regemque eorum cepit.

In utraque Hispania per Flaminium Fuluiumque praetores IIII
bella multum horrida cruentaque utrisque populis gesta sunt.⟩

Lucio Cornelio Scipione et Gaio Laelio consulibus Scipio Africanus fratri suo Lucio Cornelio Scipioni consuli legatus contra Antiochum profectus est ⟨qui cum Hannibale conloquium familiare habuit. sed infecto pacis negotio ab Antiocho discessit. sequenti anno Scipio Africanus Hannibalem, qui cum Antiocho erat, nauali proelio uicit.⟩ ipse postea Antiochus circa Sipulum Magnesiam ⟨Asiae⟩ ciuitatem a ⟨Lucio Cornelio Scipione consule⟩ ingenti proelio fusus est. auxilio fuit in ea pugna Romanis Eumenes Attali regis frater, qui Eumeniam in Phrygia condidit. quinquaginta milia peditum, tria milia equitum in eo certamine ex parte regis occisa sunt. tum rex pacem petiit ⟨filiumque Africani, quem utrum explorantem an in proelio cepisset incertum est, ultro remisit. pax autem⟩ isdem condicionibus data est a senatu quamquam uicto, quibus antea offerebatur, ut ex Europa et Asia recederet atque intra Taurum se contineret, decem milia talentorum et uiginti obsides praeberet, Hannibalem concitatorem belli dederet.

---

1 afrıco *D* ſımpromo *BD* 3 $\overline{\text{xı}}$ *B* 4 $\bar{\bar{\text{v}}}$ *B* 7 dıgnıcıuſ *D* poene *D* 8 celtıuerof *D* 12 lelıo *B* 13 ** (*uid. fuisse* lı) lucıo *D* ſcıpıone *D* leg*atoſ (*in ras. fuit* r) *B* 14—17 ⟨⟩ *D:* annıbal quı cum antıocho erat | nauali prelio uıctuſ eſt *B* 14 qui] equā *D*, *deinde* cum hannıbale lacrımabile conloqnıū famı | lıare habuıt *D* 15 dıſceſıt *corr. ex* dıſcent *D* 18 magneſię *B* 18. 19 ⟨lucıo — conſule⟩ *D:* conſule cornelıo cıprıano *B* 20 attılı *B* 21 frıgıam *D*, frıgıa *B* 23 petıt *B* 25 hıſdem *BD* 26 ante *B* 27 $\bar{\bar{\text{x}}}$ *B* xx *B* 28 – 74, 1 concıtatore | regnı deder& ϵmem *B*

Eumeni regi donatae sunt a senatu omnes Asiae ciuitates quas Antiochus bello perdiderat, et Rhodiis qui auxilium Romanis contra regem Antiochum tulerant, multas urbes concesserunt. Scipio Romam rediit, ingenti gloria triumphauit. nomen et ipse ad imitationem fratris Asiagenis accepit quia Asiam uicerat, sicuti frater ipsius propter Africam domitam Africanus appellabatur.

V ⟨Interea in Hispaniae ulteriore Lucius Aemilius proconsul a Lusitanis cum omni exercitu caesus interiit. deinde⟩ Lucius Baebius in Hispaniam proficiscens a Liguribus circumuentus cum uniuerso exercitu occisus est. unde adeo ne nuntium quidem superfuisse constat ut internitionem ipsam Romae Massilienses nuntiare curauerint.

⟨Fuluius consul de Graecia in Gallograeciam, quae nunc est Galatia, transuectus ad Olympum montem peruenit, ad quem uniuersi Gallograeci cum coniugibus et liberis confugerant, ibique acerbissimum bellum gessit. namque de superioribus locis sagittis grandibus saxis ceterisque telis Romani grauiter contriti tandem usque ad congressum hostium proruperunt. quadraginta milia Gallograecorum eo proelio interfecta referuntur.⟩

Marcius consul aduersus Ligures profectus superatusque quattuor milia militum amisit ⟨et nisi uictus celeriter refugisset in castra, eandem internitionis cladem, quam Baebius dudum ab isdem hostibus acceperat, pertulisset.

Marco Claudio Marcello Quinto Fabio Labeone consulibus Philippus rex, qui legatos populi Romani interfecerat propter Demetrii filii sui quem legatum miserat uerecundissimas preces, ueniam meruit eundemque continuo uelut Romanis amicum suique proditorem, fratre quoque ipsius parricidae patris ministro, nihil de utroque miserum mali suspicantem ueneno necauit.⟩

---

2 roduſ *B* 3 tulerunt *D* multe *BD* 10 bebıuſ *D*, beuıuſ *B* pſicıſſenſ *D* 12 ınternıcıonem *B* 13 curauerunt *D* 14 gretıam *D* 17 aceruıſſımum *D* 22 ꝍarcuſ *B* 23 $\overline{\text{ıııȷ}}$ *B* 24 ınternetıonıſ *D* bebıuſ *D* 25 ab *om.* *D* hıſdem *D* 29 contıno *D'* 30 fratrem *D* parricidae *scripsi:* parrıcıdıum *D*

Spurio Postumio Albino Quinto Marcio Philippo consulibus Marcus Fuluius de Aetolis triumphauit.

⟨Eisdem etiam diebus Hannibal uicto a Romanis Antiocho ad Prusiam Bithyniae regem fugit ne Romanis traderetur. repetitus etiam ab eo est⟩ per Titum Quintium Flamininum et cum tradendus Romanis esset, uenenum bibit et apud Libyssam in finibus Nicomediensium sepultus est.

⟨Philopoemenes dux Achiuorum a Messanis captus occisusque est.⟩

Eodem anno Scipio Africanus ab ingrata sibi urbe diu exulans apud Amiternum ⟨oppidum⟩ morbo periit ⟨iussitque sepulcro suo inscribi ‘ingrata patria, ne ossa quidem mea habes’.

In Sicilia⟩ tunc Vulcani insula, quae ante non fuerat, repente mari est edita. ⟨cum miraculo omnium usque ad nunc manet.⟩

His quoque diebus actum est, quod de Heliodoro Machabaeorum narrat historia.

⟨Quintus Fuluius Flaccus praetor in citeriore Hispania maximo proelio uiginti tria milia hominum fudit, quattuor milia cepit. Tiberius Sempronius Gracchus in Hispania ulteriore centum quinque oppida uacuata quassataque bellis ad deditionem coegit. eadem aestate etiam Lucius Postumius in citeriore Hispania quadraginta milia hostium bello interfecit, Gracchus praetor ibidem iterum ducenta oppida expugnauit et cepit.

Igitur⟩ Philippo rege Macedoniae mortuo, qui et aduersus VI
Romanos bellum gesserat et postea Romanis contra Antiochum

1 aluino *DP* marco philippo *B*, marco fuluio philippo *DP* 3 hisdem *D* 3—5 ⟨ ⟩ *D*: Annibal qui uicto antiocho ne romanis | traderetur · ad prusiam bythiniae | *deinde inferiore margine reciso unus uersiculus indicantibus hastarum supremis particulis periit in B* 3 hannibale *D* 4 prusyam bythinię *D* fugit *D* 5 titum *om. D* flamminium *B*, flaminium *D* 6 lybissam *D* 7 nicomedentium *B* 8 achciuorum · a missanis *D* 14 uulgani *B* 15 est *om. D* 17 eliodore *D* machabeorum *BD* 19 Quinatus *D* hispanie *D* 21 simpronius graccus *D* 24 hispanie *D* 27 aduersum *D*

auxilium tulerat, filius eius Perseus in Macedonia rebellauit ingentibus copiis adunatis.

⟨Gens Basternarum ferocissima Lepido et Mucio consulibus praedarum spe sollicitata, et transeundi Histri fluminis facultate sine ulla pugna uel aliquo hoste exercitus eius deletus est. nam tunc forte Danuuius, qui et Hister, crassa glacie superstratus pedestrem facile transitum patiebatur. itaque cum improuide toto et maximo simul agmine inaestimabilis hominum uel equorum multitudo transiret, enormitate ponderis et concussione gradientium concrepans gelu et glacialis crusta dissiluit uniuersumque agmen, quod diu sustinuerat, mediis gurgitibus uicta tandem et comminuta destituit atque eadem rursus fragmentis impedientibus superducta submersit. pauci ex omni populo per utramque ripam uix concisis uisceribus euaserunt.

Publio Licinio Crasso Gaio Cassio Longino consulibus, Macedonicum bellum gestum est merito inter maxima bella referendum. nam in auxilio Romanorum tota prius Italia deinde Ptolomaeus rex Aegypti et Ariarathes Cappadociae, Eumenes Asiae, Masinissa Numidiae fuerunt. Prusias autem Bithyniae rex quamquam Persei sororem uxorem haberet, utrisque se aequum praebuit. itaque aduenienti Licinio Crasso consuli Perseus cum Cotye Thraciae rege et rege Illyrici Gentio nomine, quos in auxilium habebat, occurrit commissoque proelio miserabiliter uicti fugere Romani. sequenti pugna

---

1 preberat *D* 2 adunatıſ *D:* paratıſ *B* 3—77, 8 ⟨⟩ *D:* Nam adıutoreſ | habebat cotum trachıę regem · et | regem hyllırıcı gentıum nomıne ‖ romanıſ autem ın auxılıum erat eume | neſ aſıę rex · arıaratuſ cappadocıae · | antıochuſ ſyrıę · ptolomeuſ aegyptı · | maſſınıſſa numıdıę pruſıaſ | autem bythınıę quam | quam perſeı uxorem habe | r& utrıſque ſe equum prębuıt · | dux romanorum publıuſ conſul contra | eum mıſſuſ eſt · a rege grauı pręlıo uıctuſ | neque tamen romanı quamquam ſuperatı | regı petentı pacem praeſtare uoluerunt · nıſı | hıſ condıcıonıbuſ ut ſe & ſuoſ ſenatuı | & populo romano deder& · | mox mıſſuſ gaoıncıuſ *B* 3 *ante* genſ *add.* ıd eſt *DP* munıtıo *D* 4 ſollıcıtatuſ *DP* hıſtorı *D* 9 ınormıtate *D* 10 gradıentum *D* 13 ſummerſıt *D* 19 ptolomeuſ *D* arıarateſ *D* 20 emeneſ *D'* maſıdıſſa *D* 21 bıthınıe regem *D* 23 cotum thratıe regem et regē | hıllırıcı gentıum *D*

paene pari clade partis utriusque in hiberna discessum est. deinde Perseus profligato multis proeliis exercitu Romano in Illyricum transgressus Sulcanum oppidum defensum a praesidiis Romanis pugnando cepit. ubi magnam Romanorum praesidiorum multitudinem partim occidit partim sub corona uendidit partim secum in Macedoniam duxit.

Mox missus contra eum Lucius Aemilius Paullus consul et VII
Illyricum Gaius Anicius⟩ praetor contra Gentium. sed Gentius facile uno proelio uictus mox se dedidit. mater eius et uxor et duo filii, frater quoque simul in potestatem Romanorum uenerunt. bello intra triginta dies peracto ante cognitum est Gentium uictum quam coeptum bellum nuntiaretur. cum Perseo autem Aemilius Paullus consul tertio nonas Septembres dimicauit uicitque eum. uiginti milibus peditum eius occisis equitatus cum rege interfugit. Romanorum ⟨exercitus⟩ centum milites amiserat ⟨Macedones uero⟩ Romanis se dediderunt. ipse rex cum desereretur ab amicis, uenit in Paulli potestatem. sed honorem ei Aemilius Paullus consul non quasi uicto habuit. nam et uolentem ad pedes sibi cadere non permisit et iuxta se in sella collocauit. ⟨quin Publius Vatienus ad urbem Romam noctu uadens uidit duos iuuenes albis equis sedentes, qui iusserunt ut die sequenti senatui nuntiaret Perseum regem Macedonum a Paullo esse captum. Vatienus quidem libens laeta exsecutus est sed iussu senatus missus in carcerem est tamquam temerarius incertorum locutor. mox litteris Paulli de die uictoriaque certa res patuit. Vatienus solutus custodia agrum dono accepit. et Vatieno idem gemini uisi ad lacum Iuturnae sudorem suum equorumque abluentes.

Interea⟩ Macedoniis et Illyriis hae leges a Romanis datae VIII

---

1 utriuſ in hiuernia diſceſum *D* 2 in *om. D* 3 hyllıricum *D* Sulcanum *Gruterus ex Orosio:* ſulcamum *PD* 4 magnum *D* 7 paulıſ *D* 8 hyllıricū *D* gaıonıcıuſ pretor *D*, caıonıcıuſ praetor *P* 9 prōlio *B* 10 poteſtate *B* 11 bellum *B* xxx *B* perfecto *B* 12 ceptū *D* 13 emılıuſ *B* pauluſ *BD* 14 x̄x̄ *B* 15 exercıtuſ *om. D* 16 ammıſerat *D* Macedoneſ uero *om. D* dederunt *B* 17 deſeretur *D* paulı *BD* 18 emılıuſ *B* pauluſ *BD* 23 paulo *D* 24 lęta exercıtuſ eſt *D* 25 paulı *D* 27 uıſo *D* 29 hyllıriſ *BD* hęc *D*

ut liberi essent et dimidium eorum tributorum praestarent, quae regibus praestitissent, ut appareret populum Romanum pro aequitate magis quam auaritia dimicare. itaque in conuentu finitimorum populorum Paullus hoc pronuntiauit et legationes multarum gentium, quae ad eum uenerant, magnificentissimo conuiuio pauit dicens eiusdem hominis esse debere et bello uincere et in conuiuii apparatu elegantem esse. mox septuaginta ciuitates Epiri quae se rebellabant cepit, praedam militibus distribuit, Romam ingenti pompa rediit in naue Persei, quae inusitatae magnitudinis fuisse traditur adeo ut sedecim ordines habuisse dicatur remorum. triumphauit autem magnificentissime in curru aureo cum duobus filiis utroque latere adstantibus. ducti sunt ante currum duo regis filii et ipse Perseus quadraginta quinque annos natus ⟨et postea apud Albam in custodiam defecit. senatus quaestorem misit qui eum inpensa populi Romani regie sepeliret. filius eius iunior fabricam aerariam ob tolerandam inopiam Romae didicit ibique consumptus est.⟩ post eum etiam Gaius Anicius de Illyriis triumphauit: Gentius cum fratre et filiis ante currum ductus est. ad hoc spectaculum reges multarum gentium Romam uenerunt. inter alios etiam Attalus atque Eumenes Asiae reges et Prusias Bithyniae ⟨gratulatum uenit⟩ magno honore excepti sunt. ⟨Prusiae autem senatus quaestorem Publium Cornelium Scipionem Capuae iussit occurrere hospitiumque optimum Romae et largissimum praebuit sumptum ut alii armis subditi alii capti moribus deseruirent. igitur⟩ permittente senatu dona quae ⟨reges⟩ attulerunt, in Capitolio posuerunt. Prusias etiam filium suum Nicomedem senatui commendauit. ⟨plurima praeterea et satis diuersis prouentibus bella multarum ubique gentium gesta sunt, quae breuitatis causa praetermisi.⟩

2 apparerent *B* 4 finitorum *D*, infinitorum *B* paulus *BD* 5 qui *B* 6 conbibio *D* homines *D* deuere *D* 7 conbibu *D* elegantes *BD* lxx *B* 8 epyri *B* coepit *B* 11 dicatur habuisse *B* 13 astantibus *D* 14 xlv *B* 18 etiam gaionicius *D* etiam anicus *B* hyllirus *BD* 20 ducti sunt *B* expectaculum *DP* 21 emenes *D* asyę *B* 22 brusias *B* bithinię *D*, bythinię *B* 23—26 ⟨⟩ *D*: et *B* 29 promouentib; *D*

Anno ab urbe condita sexcentesimo Lucio Licinio Lucullo VIIII
Aulo Postumio Albino consulibus cum omnes Romanos ingens Celtiberorum metus inuasisset et ex omnibus non esset qui ire in Hispania uel miles uel legatus auderet, Publius Scipio qui post Africanus erit, ultro se militaturum in Hispania optulit cum tamen in Macedoniam sorte iam deputatus esset. itaque profectus in Hispaniam magnas strages gentium dedit, saepius etiam militis quam ducis usus officio. nam et barbarum prouocantem singulariter congressus occidit. Sergius autem Galba praetor a Lusitanis magno proelio uictus est uniuersoque exercitu amisso ipse cum paucis uix elapsus euasit. insequenti anno Lucius Mummius in Lusitania bene pugnauit. Marcellus postea consul res ibidem prospere gessit.

⟨Eodem tempore Messalla censor primus theatrum lapideum in urbe construi censuit. quod ne tunc fieret Scipio Nasica grauissima oratione obstitit dicens inimicissimum hoc fore bellatori populo ad nutriendam desidiam lasciuiamque commentum, adeoque mouit senatum ut non solum uendi omnia theatro comparata iusserit sed etiam subsellia ludis poni prohibuerit, ut neque urbani neque qui a foris mille passibus abessent sedentes ludos spectarent, ne fortitudo illorum mollesceret.

Igitur in Hispania Sergius Galba praetor Lusitanos citra Tagum flumen habitantes cum uoluntarios in deditionem recepisset, per scelus interfecit. simulans enim de commodis se acturum fore ac circumpositis militibus cunctos inermes incautosque prostrauit. quae res postea uniuersae Hispaniae propter Romanorum perfidiam causa maximi tumultus fuit.

Eodem tempore Tuccia uirgo Vestae arguebatur incesti. at illa purgare se argumentis dedignata mortalibus ad Tibe-

---

1 condita *om.* *D*, *deinde* dc· *B* 2 Aulo *om.* *BD* altino *BDP* 3 elthinberorum *B* 5 hispaniam *D* obtulit *B* 6 machedoniam *B* 7 magna strage *D* 11 amiso *D'* 12 numius *D*, nummius *P* 13 *mar*cellum *B'* 14—80, 8 ⟨ ⟩ *D:* Tertium deinde bellum contra | carthaginem suscipitur · sexcentesimo & | altero anno ab urbe condita · Lucio · mallio · | censurino · & marco mallio consulibus · anno | primo postquam secundum punicum transactum est · | hi profecti carthaginem *B* 14 messala *D* 17 lasciuiq. *D* 21 molescerent *D* 25 ac] a *D*

rim detulit cribrum ibique submersit prece addita 'Vesta' inquit 'si pia castaque sum, hanc e Tiberi aquam ad templum tuum perferam' et pertulit.

X Anno ab urbe condita sexcentesimo secundo Lucio Manlio Censorino et Marco Manlio consulibus tertium Punicum bellum exortum est. igitur cum senatus delendam Carthaginem censuisset, profecti in Africam consules et Scipio tunc tribunus militum prope Vticam maioris Africani castra tenuerunt. ibi⟩ Carthaginiensibus euocatis iussisque ut arma et naues traderent ⟨nec moratis⟩ tanta uis armorum repente tradita est ut facile tota ex his Africa potuisset armari. ⟨sed Carthaginienses⟩ postquam arma tradiderunt et derelicta urbe recedere procul a mari decem milibus passuum iussi sunt, dolorem ad desperationem contulerunt aut defensuri ciuitatem aut cum ipsa per ipsam sepeliendi, moxque sibi duos Hasdrubales duces creauerunt armaque facere adgressi postquam aes ferrumque defecit aurea argenteaque fecere. consules cum aliquantam muri partem machinis diruissent ⟨tamen⟩ a Carthaginiensibus uicti sunt atque repulsi. quos fugientes Scipio tunc tribunus militum repulso intra muros hoste defendit. Famea dux alius equitatui Carthaginiensium praeerat. igitur Scipio tunc Scipionis Africani nepos, tribunus ut dictum est militum, ibi militabat. huic apud omnes ingens metus et reuerentia erat. nam et paratissimus ad dimicandum et consultissimus habebatur. itaque per eum multa a consulibus gesta sunt neque quicquam magis uel Hasdrudal uel Famea uitabant quam contra eam Romanorum partem committere ubi Scipio dimicaret. per idem tempus Masinissa rex Numidarum per annos sexaginta fere amicus populi Romani anno uitae nonagesimo septimo mortuus ⟨est, ualentissimo corpore semper perseuerans. hic est uir

1 ıdq ſūmſerıt *D* 2 ınquıd *D* ſ ı (*fuit* c) *D* 4 malho *D* 5 mallıo *D* 6 kartagınem *D* 9 ıuſſique *B* 10 uı *D* 11 ex ea | tota afrıca *B* ⟨⟩ *D*: quı *B* 12 tradıderunt relıcta *B* 13 x *B* paſſum *D*' carthagınıenſeſ dolorem *B* 15 aſdrubaleſ *B* creauerat *D* 16 aggreſſı *B* 17 facere *B* 18 dıruıſſ& *B* 22 nepuſ *B* 23 huıc] ıſ *D*, huınſ *B* 25 multı *D* 27 dımıcauerat *D*, dımıcarat *B* 28 lx *B*

qui numquam in imbri uel maximo caput texit aut frigore tamque diu in uno uestigio stetit ut prius iuuenes lassitudine cederent quam ille loco in quo steterat moueretur. si stetisset, ne membrum quidem tota die mouebat. si iter fuerat ingressus eques, non descendebat: pedes, non ascendebat. solebatque equitans in exercitu diem nocti saepissime iungere et sui custodiam tutelamque saeuissimis canibus committebat. post octogesimum et sextum annum filium genuit, cui nomen Mechinia fuit. nihil quod iuuenis fecerat, aeui ultimo praetermisit. igitur Masinissa mortuo⟩ quadraginta quattuor filiis relictis Scipionem diuisorem inter filios suos esse iussit.

XI ⟨Scipio postquam Masinissae filiis Numidiae regnum diuisit, Carthaginem est reuersus. Manlius Tezacam urbem expugnauit atque diripuit. duodecim milia ibi Afrorum caesa, sex milia capta sunt. Hasdrubal Poenorum dux Masinissae nepos subselliorum fragmentis in curia a suis propter suspicionem proditionis occisus est. anno ab urbe condita sexcentesimo sexto id est anno quinquagesimo primo post bellum Punicum secundum, Gnaeo Cornelio Lentulo Lucio Mummio consulibus⟩ cum igitur clarum Scipionis nomen esset, iuuenis adhuc consul est factus et ⟨delere Carthaginem suprema sorte molitus, Cothonem ingreditur ubi dum sex continuis diebus noctibusque pugnatur⟩ ultima Carthaginienses desperatio ad deditionem traxit petentes ut quos belli clades reliquos fecisset, saltim seruire liceret. ac primum agmen mulierum satis miserabile, post uirorum magis deforme descendit. nam fuisse mulierum uiginti quinque milia, uirorum triginta milia ⟨memoriae⟩ traditum est. rex Hasdrubal se ultro dedit ⟨suam tantum salutem optinuit.⟩ transfugae qui Aesculapii templum occu-

---

1 capud *D* 3 ſi ſtiſſet *D* 5 pedeſ, pedes *uulgo* 9 methuma *D*, methma *P* 10 xliiij *B* 13 kartagnē *D* mallhuſ *D* 19 gneo *D* lucio mēmmio *D* 21—23 ⟨⟩ *D:* | contra carthagnem eſt miſſuſ · | contra quam cum ſex continuſ diebuſ | noctibuſ que pugnaſſet *B* 21 kartaginem *D* 23 ultimo *D* 24 fecit *D* 27 ·XXV· *B* XXX *B* 28 dedidit *B* 29 qui eſcolapii tranſfuge *B* eſcolapii *D*

pauerant, uoluntario praecipitio dati igne consumpti sunt. ⟨quosquos habere potuit Romanos transfugas Scipio crucibus affixit, Latinos securi percussit.⟩ uxor Hasdrubalis ⟨cum ardentem Carthaginem adspexisset, occurrit uiro suo una cum duobus liberis eique dixit 'uiue tu, qui superstes esse Carthaginis potes. nam frustra pro nobis rogasses'. et tum uolentibus filiis uirili dolore furore femineo⟩ in medium se iecit incendium ⟨eundem nunc mortis exitum faciens nouissima regina Carthaginis quem quondam prima fecisset.⟩ ipsa autem ciuitas decem et septem continuis diebus arsit miserumque spectaculum ⟨de uarietate condicionis humanae⟩ uictoribus suis praebuit.

XII Diruta est autem Carthago omni murali lapide in puluerem comminuto, cuius fuisse situs huius modi dicitur. uiginti duo milia passuum amplexa muro tota paene mari cingebatur absque faucibus, quae tribus milibus passuum aperiebantur. is locus murum triginta pedes latum habuit saxo quadrato in altitudine cubitorum quadraginta. arx cui Byrsae nomen erat paullo amplius quam duo milia passuum tenebat. ex una parte murus communis erat urbis et Byrsae imminens mari, quod mare stagnum dicitur quoniam obiectu protentae linguae tranquillatur. spolia ibi inueuta, quae uariarum ciuitatum excidiis Carthago collegerat et ornamenta urbium ciuitatibus Siciliae Italiae Africae reddidit, quae sua recognoscebant. ita Carthago septingentesimo anno postquam condita erat, deleta est.⟩ multitudo omnis captiuorum exceptis paucis principibus uenum data est. ita quarto quam coeptum fuit anno bellum ⟨Punicum⟩ tertium terminatum est. Scipio nomen quod auus eius acceperat meruit, scilicet ut propter uirtutem etiam ipse Africanus iunior uocaretur. ⟨igitur a Romanis Carthagine

3—7 ⟨ ⟩ *D:* ſe ſuoſque filioſ · ſe cum femineo furore | *B* 4 kartaginem aſpexit *D* 5 *et* 9 kartaginiſ *D* 7 ſe *om.* *B* 10 ſedecim diebuſ continuiſ *D* 11 ſuiſ uictoribuſ *B* 13 kartago *D* 14 huiſmodi *D*[1] 15 muro *om.* *D* 18 byrſe *D* 19 paulo *D* 23 *et* 25 kartago *D* 13 autem — 26 deleta eſt *solus habet B, in quibus tamen* 11 $\overline{xxii}$ *B* 15 muro amplexa *B* poene *B* 17 xxx *B* 18 a ſaxo cubyrſe *B* 19 erat *om.* *B* paulo *B* 20 byrſe *B* 22 ſtrangulatur *B* 23 colligerat *B* 27 uenundata *BD* ceptum *D* 30 igitur

capta spoliatus Apollo ueste aurea: inuentae sunt cum crustis tunicae manus eorum qui abstulerant.⟩

Interim in Macedonia quidam Pseudophilippus arma mouit et Romanum praetorem Publium Iuuentium contra se missum ad internitionem uicit. post eum Quintus Caecilius Metellus dux a Romanis contra Pseudophilippum missus est et uiginti quinque milibus occisis Macedoniam recepit, ipsum etiam Pseudophilippum in potestatem suam redegit.

⟨Anno ab urbe condita sexcentesimo sexto hoc est eodem XIII
anno quo et Carthago deleta est Gnaeo Cornelio Lentulo Lucio Mummio consulibus ruinam Carthaginis euersio Corinthi subsecuta est duarumque potentissimarum urbium paruo unius temporis interuallo per diuersas partes mundi miserabile conluxit incendium. nam cum Metellus praetor Achaeos Boeotiosque coniunctos duobus bellis hoc est primo apud Thermopylas, iterum in Phocide deuicisset, quorum priore bello occisa esse uiginti milia, secundo septem milia caesa Claudius historicus refert. Valerius etiam Antias in Achaia pugnatum et uiginti milia Achaeorum cum duce suo Diaeuo cecidisse confirmat. Polybius autem Achiuus quamuis tunc in Africa cum Scipione fuerit, tamen quia domesticam cladem ignorare non potuit, semel in Achaia pugnatum Critolao duce asserit, Diaeuum uero adducentem ex Arcadia milites ab eodem Metello oppressum cum exercitu docet. sed de uarietate discordantium historicorum aliquanta iam diximus, quorum sufficiat detecta haec et male nota mendaciorum nota, quia parum credendum in ceteris euidenter ostendunt qui in his quoque quae ipsi uidere diuersi sunt.

romanı kartagıne *DP* 5 ınternıcıonem *BD* quınatuſ cecılıuſ metalluſ *D* 6 xxv mılıbuſ *B* 8 pſeudophılıppo *B* 9—84, 21 ⟨⟩ *D*: | Corınthıſ quoque bellum ındıctum eſt nobılıſſı|me grecıę cıuıtatı propter ınıurıam lega|torum romanorum · hanc mummıuſ con|ſul coepıt & dıruıt. Treſ ıgıtur romę ſımul | *B* 10 kartago *D* gneo *D* 11 kartagınıſ *D* 13 ınterballo *D* 14 metalluſ *D* acheoſ byotıoſque *D* 15 thremopylaſ ıterum cum focıſ *D* 18 referat *D* et anthıaſ *D* 19 ſuo *corr. ut uid. ex* ſuı *in D* 20 tunc *om. D* 23 archadıa *D* metallo *D* 26 mendatıorum *D* 27 quı] quıa *D*

XIIII Igitur post extincta totius Achaiae praesidia destitutarum euersionem urbium Metello praetore meditante consul Mummius repentinus cum paucis uenit in castra. qui dimisso statim Metello Corinthum nobilissimam Graeciae ciuitatem propter iniuriam legatorum Romanorum siue mora expugnauit toto tunc orbe longe clarissimam: omnium artificum atque artificiorum officina et emporium commune Asiae atque Europae per multa retro saecula fuit. permissa crudeliter etiam captiuis praedandi licentia, sic omnia caedibus ignibusque consumpta sunt ut de murorum ambitu quasi e camino in unum apicem coartatum exundaret incendium. itaque plurima parte populi ferro flammisque consumpta reliqua sub corona uendita est. urbe incensa muri funditus diruti sunt, muralis lapis in puluerem redactus, praeda ingens erepta est. saue cum propter multitudinem et uarietatem statuarum simulacrorumque in illo ciuitatis incendio permixta in unum auri argenti atque aeris omniaque simul metalla fluxissent, nouum genus metalli factum est. unde usque in hodiernum diem siue ex ipso siue ex imitatione eius aes Corinthium, sicut memoriae traditum est, et Corinthia uasa dicuntur.

Eodem tempore tres simul Romae⟩ celeberrimi triumphi fuerunt: Africani ex Africa ante cuius currum ductus est Hasdrubal, Metelli ex Macedonia ⟨cuius currum praecessit Andariscus⟩ idem qui et ipse Pseudophilippus, Mummii ex Corintho ante quem signa aenea et pictae tabulae et alia urbis clarissimae ornamenta praelata sunt.

Iterum in Macedonia Pseudoperses, qui se Persei filium esse dicebat, collectis seruitiis rebellauit et cum iam sedecim milia armatorum haberet, a Tremellio quaestore superatus est.

XV ⟨Interea Gnaeo Cornelio Lentulo Lucio Mummio consulibus

---

2 *et* 4 metallo *D* 5 tota *D* 6 clariſſima *om. DP* omnium longe omnium *D* 7 officina *om. DP* emptorium *D* 9 cōpleta *D* 22 fuerant *D* 23 currum prȩceſſit anda | riſcuſ · & ante quem ductuſ eſt haſdrubal | metelli *B* andaricuſ *D'* 24 mummiuſ *D* 25 enee *B* 26 cla|riſſima *B* 28 xvi *B* 29 armatorum *praeter* arm *in ras. in D* 30—86, 8 ⟨⟩ *D:* hiſ diebuſ *B* 30 gneo *D*

Viriatus in Hispania, genere Lusitanus homo pastoralis et latro primum infestando uias, deinde uastando prouincias, postremo exercitus praetorum et consulum Romanorum uincendo fugando subigendo maximo terrori Romanis omnibus fuit. si quidem Hiberum et Tagum, maxima et diuersissimorum locorum flumina, late transgredienti et peruaganti Gaius Vetilius praetor occurrit. qui continuo usque ad internitionem paene omni exercitu suo deleto uix ipse praetor cum paucis fuga lapsus euasit. deinde Gaium Plautium praetorem idem Viriatus multis proeliis fractum fugauit. post etiam Claudius Vnimanus cum magno instructu belli contra Viriatum missus quasi pro abolenda superiore macula turpiorem ipse auxit infamiam. nam congressus cum Viriato uniuersas, quas secum deduxerat copias maximasque uires Romani amisit exercitus. Viriatus trabeas fasces ceteraque insignia Romana in montibus suis tropaeum praefixit. eodem tempore trecenti Lusitani cum mille Romanis in quodam saltu contraxere pugnam, in qua septuaginta Lusitanos, Romanos autem trecentos uiginti cecidisse Claudius refert.` cum uictores Lusitani sparsi ac securi abirent, unus ex his longe a ceteris segregatus cum circumfusis equitibus pedes ipse deprehensus, unius eorum equo lancea perfosso, ipsius equitis ad unum gladii ictum caput desecuisset, ita omnes metu perculit ut prospectantibus cunctis ipse contemptim atque otiosus abscederet.

Appio Claudio Quinto Caecilio Metello consulibus Appius Claudius aduersus Salassos Gallos congressus et uictus quinque

---

3 et *om. D'* 4 ſubgendo *D* 6 uecıluıſ *D*, ueceluıſ *cod. Pithoei* 7 ınternıcionē *D* 9 plaucıū *D* 10 unımāmuſ *DP* (*de B uide ad p.* 86, 9 *sqq.*); *eodem modo hic homo appellatur ubicunque eius nomen in uetustis codicibus occurrit, apud Florum* 54, 1 *Iahn. in Bambergensi; apud Orosium p.* 292 *Hav. est* unımamuſ *in Laurentiano saeculi* VI *uel* VII, unimammuſ *in Vaticano* 3340 *saec.* XI; *aliter nomen solum Victor uir. illustr.* 71, 1 *exhibet: nam aut* unımannum *aut* mummanum *aut* mınımam *libri habent saeculorum* XV, XIII, XIIII · *in nummo plenum nomen non legitur* (*Mommsen. de re nummaria R. p.* 508 *sq.*) *cf. Corp. Inscript. L. I p.* 554 *n.* 1501 OINVMAMA 11 abolıenda *D* 16 tropeum *D* 19 referat *D* 22 capud *D* 23 contemptım *Orosius*, contemptuſ *D* ocıoſuſ abſederet *D* 26 congeſſuſ *D'*

milia militum perdidit, reparata pugna quinque milia hostium occidit. sed eum iuxta legem, qua constitutum erat ut quisquis quinque milia hostium peremisset, triumphandi haberet potestatem, iste quoque triumphum expetisset, propter superiora uero damna non impetrauisset, infami inpudentia atque ambitione usus priuatis sumptibus triumphauit.

XVI Lucio Caecilio Metello Quinto Fabio Maximo Seruiliano consulibus inter cetera prodigia⟩ androgynus Romae uisus iussu aruspicum in mare mersus est. ⟨sed nihil impiae expiationis procuratio profecit. nam tanta subito pestilentia orta est ut ministri quoque faciendorum funerum primum non sufficerent, deinde non essent. iamque etiam magnae domus uacuae uiuis plenae mortuis remanserunt, largissimae introrsum hereditates et nulli penitus heredes. denique iam non solum in urbe uiuendi sed etiam adpropinquandi ad urbem negabatur facultas: tam saeui per totam urbem tabescentium sub tectis atque in stratis suis cadauerum putores exhalabantur. expiatio illa crudelis et uiam mortis hominum, mortem hominis instruens, tandem Romanis inter miserias suas erubescentibus quam misera et uana esset innotuit. ante enim in suffragium praeueniendae cladis est habita et sic pestilentia consecuta est, quae tamen sine ullis sacrificiorum satisfactionibus, tantum modo secundum mensuram arcani iudicii expleta correptione sedata est. quam si artifices illi circumuentionum

---

1 ſeparata *D* 2 quiſq. *D* 5 non *om.* *D* 7 fabio *om.* *D* 8 androginuſ *D* 9—87, 18 ⟨⟩ *D:* ϵodem tempore metelluſ in celtiberiam | apud hiſpanoſ reſ egregiaſ geſſit · ſucceſ | ſit ei quintuſ pompeiuſ · nec multo poſt | quintuſ quoque coepio ad idem bellum | miſſuſ eſt · quod quidam uiriatuſ coutra | romanoſ in luſitania gerebat · quo metu | uiriatuſ a ſuiſ interfectuſ eſt · cum xiiimo | anno hiſpaniaſ aduerſuſ romanoſ moniſſ& · | paſtor primo fuit · mox latro · non dux · | Poſtremo tantoſ ad bellum populoſ concitanit | ut adſertor contra romanoſ hiſpanie pu taretur · huic namque primum ſextuſ | uecihuſ prętor occurrit · qui toto exercitu | cęſo uix fuga lapſuſ euaſit · | deinde gaium plautium prętorem idem || uiriatuſ multiſ proeliſ fractum fugauit · | Poſt hęc claudium unimammium cum | omni exercitu ſuperauit · | denique cum interfectoreſ eiuſ proemium | a coepione conſule peterent · reſponſum eſt *B* 16 ſaeui] ſiue *D* 17 exalabantur *D*

aruspices sub ipsa ut adsolet declinatione morborum forte celebrassent, procul dubio sibi dis et ritibus suis reductae sanitatis gloriam uindicassent. igitur Fabius consul in Celtiberia contra Lusitanos et Viriatum dimicans Bacciam oppidum quod Viriatus obsedebat, depulsis hostibus liberauit et in deditionem cum plurimis aliis castellis recepit. fecit autem facinus etiam ultimis barbaris Scythiae non dicam Romanae fidei et moderationi execrabile. quingentis enim principibus eorum, quos societate inuitatos deditionis iure susceperat, manus praecidit.

Quintus Pompeius sequentis anni consul fines Numantino- XVII
rum ingressus, accepta maxima clade discessit non solum exercitu paene omni profligato uerum etiam plurimis nobilium, qui ei militiae aderant, interemptis. Viriatus autem cum per quattuordecim annos Romanos duces atque exercitum protriuisset, insidiis suorum interfectus est in hoc solo Romanis circa eum fortiter agentibus quod percussores eius indignos praemio iudicarunt dicentes⟩ numquam Romanis placuisse imperatores a suis militibus interfici.

⟨At ego non modo nunc uerum etiam saepe intertexere Orientis illa execrabilia bella poteram, quae raro umquam nisi sceleribus aut incipiunt aut terminantur. sed Romanorum, cum quibus nobis actio est, tanta sunt ut iure fastidiantur aliena. Mithridates tunc si quidem rex Parthorum sextus ab Arsace, uicto Demetrii praefecto Babylonem urbem finesque eius uniuersos uictor inuasit. omnes praeterea gentes quae

1 harufpicef *D* ut affo forte celebraffent *omissis reliquis D* 2 dıf *D* 3 fabıuf metelluf conful *DP* 4 baccıa *D* 6 autem *om. D* 8 moderatione *D* 9 ınuıtatıf *D* 13 poene *D* 20—90, 10 ⟨ ⟩ *D*: eo tempore romę puer ex ancılla natuf eft | quadrupef quadrımanuf · oculıf quattuor | anrıbuf totıdem · naturam uırılem duplıcem | habenf · ın bononıenfı agro · frugef ın arbo | rıbuf nate funt · quıntuf pompeıuf deınde con | ful a numentınıf quę hıfpanıe fuıt opulen | tıffıma fuperatuf pacem ıgnobılem fecıt · | Poft eum gaıuf hoftılıuf mancınuf conful | ıterum cum numantınıf pacem fecit ın | famem quam populuf & fenatuf ıuffıt | ınfrıngı · atque ıpfum mancınum hoftıbuf tradı · ut ın ıllo quafı auctorem foederıf | uındıcarent · || cumqne per contınuof annof xıııȷ confu | lıbuf xl romanorum protrıuıffent · | *B* 20 ergo *D* 21 execrabılı abella *D* 24 mıtrıdatef *D*

iuter Hydaspen fluuium et Indum iacent, subegit. ad Indiam quoque cruentum extendit imperium. Demetrium ipsum secundo sibi bello occurrentem uicit et cepit. quo capto Diodotus quidam cum Alexandro filio regnum eius et regium nomen usurpauit. qui postea ipsum Alexandrum filium, quem participem periculi in peruadendo regno habuerat, ne in optinendo consortem haberet occidit.

XVIII Marco Aemilio Lepido Gaio Hostilio Mancino consulibus prodigia apparuerunt diuersa et quantum in ipsis fuit ex more curata sunt, sed non semper aucupatoribus euentuum et structoribus fallaciarum aruspicibus opportuni casus suffragantur. namque Mancinus consul postquam a Popillio apud Numantiam suscepit exercitum, adeo infeliciter proelia cuncta gessit atque in id suprema desperatione perductus est ut turpissimum foedus cum Numantinis facere cogeretur quamuis et Pompeius iam aliud aeque infame foedus cum eisdem Numantinis paullo ante pepigisset. senatus dissolui foedus et Mancinum dedi Numantinis praecepit. qui nudato corpore manibusque post tergum reuinctis ante portas Numantinorum expositus ibique usque ad noctem permanens a suis desertus ab hostibus autem non susceptus lacrimabile utrisque spectaculum praebuit. is contra Numantinos bellum acturus Laniniique sacrificaturus cum esset, emisit cauea pullarius pullos, qui in siluam euolauerunt nec reperti sunt diu multumque quaesiti. nauigaturus idem e portu Herculis sine auctore uocis audiuit 'Mancine mane' cumque scapham conscendisset, immensum anguem illic exhorruit. tribus prodigiis nuntiata sunt infelicia tria: pugna foedus deditio. interea Brutus in ulteriore Hispania sexaginta milia Gallaecorum, qui Lusitanis auxilio uenerant, asperrimo bello et difficili quamuis incautos circumuenisset oppressit. quorum in eo proelio quadraginta milia occisa, sex milia capta referuntur, pauci fuga euaserunt. in citeriore Hispania Lepi-

1 inter hyſpendaſ *D* 3 diodothuſ *D* 4 alexandri *D* 8 marco] M *D* 10 euentum *D* 11 haruſpicibuſ oportuni caſſuſ *D* 12 manc · nuſ *D* popilio *D* 14 ſuppma *D* 16 feduſ *D* iſdem *D* paulo *D* 17 feduſ *D* 18 poſ *D* 19 reuictiſ *D* 21 iſ cum contra *D* 26 manet *D*' 28 feduſ *D* 29 gallecorum *D*

dus pro consule Vaccaeos innoxiam gentem et supplicem etiam senatu prohibente pertinaciter expugnare temptauit sed mox accepta clade grauissima improbae pertinaciae poenas luit. sex milia quippe Romanorum in hoc iniusto bello iustissime caesa sunt, reliqui exustis castris armis etiam perditis euaserunt. nec minus turpis haec sub Metello clades quam sub Mancino fuit.

Seruio Fuluio Flacco Quinto Calpurnio Pisone consulibus XVIIII Romae puer ex ancilla natus quadripes quadrimanus, oculis quattuor, auribus totidem, natura uirili duplex. in Sicilia mons Aetna uastos ignes eructauit ac fudit, qui torrentum modo per prona praecipites proxima quaeque corripientibus exussere flammis, longinquiora autem fauillis calidis cum uapore graui late uolitantibus torruerunt. quod Siciliae semper uernaculum genus monstri non portendere malum adsolet sed inferre. in Bononiensi agro fruges in arboribus natae sunt.

Igitur in Sicilia bellum seruile ortum est, quod adeo atrox et graue multitudine seruorum instructu copiarum et magnitudine uirium fuit ut non dicam praetores Romanos, quos penitus profligauit, sed consules quoque terruerit. nam septuaginta milia seruorum tunc in arma conspirantium fuisse referuntur excepta urbe Messana quae seruos liberaliter habitos in pace continuit. ceterum Sicilia in hoc solo miserior quia insula et numquam erga pactum suum iuris idonei nunc tyrannis subiecta nunc seruis, uel illis dominatu improbo exigentibus seruitutem uel istis praesumptione peruersa commutantibus libertatem maxime quia clausa undique mari egerere foras non facile potest intestinum malum. uiperinam quippe conceptionem perditionis suae aluit sua libidine auctam sua morte uicturam. in hoc autem seruilis tumultus excitatio quanto rarior ceteris tanto truculentior est, quia intentione commouetur libera multitudo ut patriam augeat, seruilis ut perdat.

---

1 uacceoſ *D* 2 pertınatıter *D* 3 ptınatıe pęnaſ *D* 4 ıuſtıſſıma *D* 7 mancıo *D*' 9 quadrıman· *D* 11 etna *D* 15 aſſolet *D* 16 bononenſı *D* 18 ınſtructu magnıtudıne copıarum uırıū *D* 24 ıurıſ ıdoneı *Orosius:* ıurı ſıdone *D* 28 bıperınam *D* 29 aucteam *D*

XX Anno ab urbe condita sexcentesimo uicesimo eum maior paene infamia de foedere apud Numantiam facto quam apud Caudinas quondam furculas pudorem Romanae frontis oneraret, Scipio Africanus consensu omnium tribuum secundo consul creatus atque ad oppugnandam Numantiam cum exercitu missus est. Numantia autem citerioris Hispaniae haud procul a Vaccaeis et Cantabris in capite Gallaeciae sita ultima Celtiberorum fuit. haec per annos quattuordecim cum solis quattuor milibus suorum quadraginta milia Romanorum non solum sustinuit sed etiam uicit pudendisque foederibus affecit.⟩ post tantam igitur ignominiam, qua a Numantinis bis Romani exercitus fuerant subiugati, Publius Scipio Africanus ⟨ad expugnandam ut diximus Numantiam est missus. is Hispaniam ingressus non se ilico hostibus ingessit, ut quasi incautos circumueniret, sciens numquam id genus hominum adeo in otium corpore atque animo resolutum, ut non ipsa qualitate habitudinis suae apparatus aliorum praecelleret, sed aliquandiu militem suum⟩ uitiosum et ignauum exercendo magis quam puniendo sine aliqua acerbitate ⟨in castris uelut in scholis exercuit. deinde omnia quae uoluptatis causa haberentur in castris seuero mox submoueri iussit edicto. denique scortorum duo milia cum lixis e procinctu loci eius eiecta sunt. tantumque subito sub districto duce profecit exercitus ut Numantiam diu perniciosissimam Romanis breui solo exaequaret. igitur cum partem aestatis totamque hiemem ne attemptata quidem pugna transegisset, sic quoque parum propemodum hac profecit industria. namque ubi copia pugnandi facta est⟩ exercitus Romanus oppressus impetu Numantinorum terga uertit. sed increpatione et minis obiectantis se consulis ⟨manuque re-

---

2 federe *D* 3 onerare *D* 4 tribunum *D* 7 bacceiſ *D* 10 pudediſq. fęderib; *D* 11 quam *BD* 12—18 ⟨⟩ *D:* | ſecundo conſul factuſ eſt & ad numanticam | miſſuſ eſt · Iſ primum militem *B* 16 torpore *P* (co *in* corpore *in ras. in D*) 17 aliquandiu *D* 19 aceruitate *BD* 19—27 ⟨⟩ *D:* correxit · mox | pugna cum amantiſuſ commiſſa *B* 19 ſcoliſ *D* 22 tantamq. *D* 26 ſicq. parum *D* 28 conuertit *B* 29 ſeſe *B* conſulibuſ *D*

tinentis⟩ tandem indignatus in hostem rediit et quem fugiebat fugere compulit. ⟨difficilis tunc in relatu fides, Numantinos effugauere et fugientes uidere Romani.⟩ unde quamuis Scipio ⟨quia praeter spem acciderat laetatus et gloriatus esset⟩ tamen ultra bellum aduersum eos audendum non esse professus est. itaque urbem obsidione conclusit ⟨fossa etiam circumdedit, cuius latitudo pedibus decem, altitudo uiginti fuit. ipsum deinde uallum sudibus praestructum crebris turribus communiuit.

XXI Numantia autem in tumulo sita haud procul a flumine Durio tria milia passuum ambitu muri amplexabatur, quamuis aliqui asserant eam et paruo situ et sine muro fuisse. unde credibile est, quia hoc spatii cura alendorum custodiendorumque pecorum uel etiam exercendi ruris commodo cum bello premerentur incluserint, ipsi arcem paruam natura munitam obtinentes. alioquin tantam paucitatem hominum tam amplum muri spatium non munire magis quam prodere uidebatur. igitur conclusi diu Numantini et fame trucidati deditionem sui optulerunt si tolerabilia iuberentur, saepe enim orantes iustae pugnae facultatem ut tamquam uiris mori liceret. ultime omnes duabus subito portis eruperunt larga prius potione usi non uini, cuius ferax is locus non est, sed suco tritici per artem confecto, quem sucum a calefaciendo c e l i a m uocant. suscitatur enim ignea illa uis germinis madefactae frugis ac deinde siccatur et post in farina redacta molli suco admiscetur, quo fermento sapor austeritatis et calor ebrietatis adicitur. hac igitur potione post longam famem recalescentes bello sese optulerunt.⟩ atrox diu certamen et usque ad periculum Romanorum fuit. iterumque Romani pugnare se aduersum Numantinos fugiendo probauissent nisi sub Scipione pugnassent. Numantini inter-

4 ⟨⟩ *D:* lętatuſ ſıt *B* 5 bello *B* aduerſuſ *B* 6—26 ⟨⟩ *D:* uallo cırcumdedıt || cumque dıu concluſı fame laborarent | pugneque facultatem expoſcerent · ut morı | eıſ quaſı uırıſ lıceret · nouıſſıme larga prıuſ | potıone calefactı quę madefactıſ frugıbuſ | confıcı ſol& · ſubıto ſuper romanoſ ınrupere | *B* 12 cuſtodıendarumq. *D* 23 ıllo uı *D* 24 ammıſcatur *D* 25 hanc *D* 27 et *om.* *B* ad perıculum uſque *B* 29 probaſſent *B*

fectis suorum fortissimis bello cedunt compositis tamen ordinibus nec sicut fugientes in urbem reuertuntur. corpora interfectorum ad sepulturam oblata accipere noluerunt. ⟨nouissima spe desperationis in mortem omnes destinati clausam urbem ipsi introrsum succenderunt cunctique⟩ pariter ferro ueneno atque igne consumpti sunt. Romani nihil ex his ⟨penitus habuere uictis praeter securitatem suam. neque euersa Numantia uicisse se magis Numantinos quam euasisse⟩ dixerunt. unum Numantinum uictoris catena non tenuit ⟨unde triumphum dederit Roma⟩. quicquid supellectilis fuit ignis absumpsit.

XXII ⟨Igitur ea tempestate cum haec apud Numantiam gesta sunt, apud Romam Gracchorum seditiones agitabantur.⟩ tunc Scipio Tyresum quendam Celticum principem consuluit qua de causa Numantia, haud prius inuicta ⟨durasset et⟩ post euersa fuisset. Tyresus respondit 'concordia uictoriam, discordia excidium praebuit' ⟨quod Romani tamquam sibi ac de se dictum exempli loco acceperunt. quippe quibus iam de seditionibus discordantis totius urbis nuntiabatur⟩.

Hac tempestate apud Iudaeos occiso Iuda Machabaeo frater eius Ionathas pontifex habetur.

Tunc etiam claruit apud Brundisium Pacuuius tragoediarum scriptor.

Igitur Scipio multas Hispaniae ciuitates partim cepit, partim in deditionem accepit. ⟨Numantiam a solo euertit, reliquam prouinciam in fidem accepit⟩.

Eodem tempore Attalus rex Asiae frater Eumenis mortuus est heredemque populum Romanum reliquit. ita imperio Romano per testamentum Asia accessit.

---

1 ſuiſ *B* 3—5 ⟨⟩ *D*: clauſaque urbe cuncti *B* 6 ex hiſ nihil *B* 6—8 ⟨⟩*D*: aliud quam ſęcu|ritatem adepti ſunt · ſeque magiſ | euaſiſſe numantinoſ | quam uiciſſe ‖ *B* 10 romam *D* ſupellectile *D* 11 aſſumpſit *D*, conſumpſit *B* 12 igitur a *D* 15 haud] aut *B* ⟨⟩ *D*: aut *B* 20 machabeo *D* 22 brundiſinū *D*' 24 ſpanię *D* coepit *B* 28 reliquid *BD*

XXIII

⟨Igitur Carthagine Numantiaque deleta oritur apud Romanos utilis de prouisione conlatio, et oritur infamis de ambitione contentio. Gracchus tribunus plebi iratus nobilitati, cur inter auctores Numantini foederis notatus esset, agrum a priuatis eatenus possessum populo diuidi statuit. Octauio tribuno plebis obsistenti ademit imperium, et successorem Minucium dedit. his causis senatum ira, populum superbia inuasit. Gracchus gratiam populi pretio appetens legem tulit uti pecunia quae fuisset Attali, populo distribueretur. obsistente Nasica etiam Pompeius spopondit se Gracchum cum primum magistratu abisset accusaturum. Gracchus cum niteretur ut ipse tribunus plebi subsequente anno permaneret, pullarium domi consuluit ab eoque ire in campum prohibitus est. sed cum pertinaciter pergeret, sic illisit mox extra ianuam pedem ut eius excideretur articulus. deinde tres corui prodeunti cum uocibus aduersis inuolauerunt et compugnantes tegulam ante pedes eius deiecerunt. cumque in Capitolio consuleret, similia auspicia habuit. et cum comitiorum die seditiones populi accenderet, auctore Nasica inflammata nobilitas fragmentis subselliorum plebem fugauit. Gracchus per gradus qui sunt super Calpurnium fornicem detracto amiculo fugiens ictus fragmento subsellii corruit, rursusque adsurgens alio ictu clauae cerebro impactae exanimatus est. ducenti praeterea in ea seditione interfecti eorumque corpora in Tiberim proiecta sunt. ipsius quoque Gracchi inhumatum cadauer extabuit.

XXIIII

Interea orta in Sicilia belli seruilis contagio multas late infecit prouincias. nam et Minturnis quadringenti quinqua-

---

1—94, 18 ⟨ ⟩ *D:* mox etıam decımuſ ıunıuſ brutuſ · de callecıſ | & lnſıtanıſ magna glorıa trıumphauıt · Et poſt ſcıpıo afrıcanuſ de numantınıſ ſecundum ‖ trıumphum egıt · xıııȷmo anno poſtquam | prıorem de afrıca egerat · ınterea ın ſıcılıa | bellum eſt ſeruıle exhortum · ac per fuluıum | & rutılıum amplıuſ quam x̄x̄ tunc ſeruorum | trucıdata ſunt · mınturnıſ ccccl ſeruı ın | cruce ſuſpenſı ſunt · apud ſınueſſam uero ıııȷ | ſeruorum a quınto metellıo & gn̄ ſeruılıo | oppreſſa narrantur *B* 1 kartagıne *D* deletę *D* 3 pleuı *D* nobılıtate *D* 4 fędenſ *D* 6 mınutıum *D* 7 ſupuıa *D* 8 gr̄a *D* 14 ptı | natıter *D* 18 commotıorum *D* 21 ammınıculo *D* 25 ınumatum *D* 27 quadrıngentıſ *D'*

ginta serui in crucem acti et Sinuessae ad quattuor milia seruorum a Quinto Metello et Gnaeo Seruilio Caepione oppressa sunt. in metallis quoque Atheniensium idem tumultus seruilis ab Heraclito praetore discussus est. apud Delon etiam serui nouo motu intumescentes oppidanis praeuenientibus pressi sunt, absque illo primo Siciliensis mali fomite, a quo uelut scintillae emicantes diuersa haec incendia seminarunt. in Sicilia enim post Fuluium consulem Piso consul Mamertium oppidum expugnauit, ubi octo milia fugitiuorum interfecit, quos autem capere potuit patibulo suffixit. cui cum Rutilius consul successisset, idem quoque Tauromenium et Hennam, firmissima fugitiuorum refugia, bello recepit. amplius quam uiginti milia seruorum trucidata referuntur. misera profecto talis belli et inextricabilis causa. pereundum utique dominis erat, nisi insolescentibus seruis ferro obuiam iretur, sed tamen in ipsis quoque infelicissimis damnis pugnae et infelicioribus lucris uictoriae quanti periere uicti tantum perdidere uictores.

XXV Anno ab urbe condita sexcentesimo uicesimo secundo⟩ motum interim in Asia bellum est ab Aristonico Eumenis filio, qui ex concubina susceptus fuerat. ipse Eumenes frater Attali fuerat. missus aduersus eum ⟨cum instructissimo exercitu Publius⟩ Licinius Crassus ⟨consul et pontifex maximus⟩ habens ⟨insuper⟩ infinita regum auxilia. nam et Bithyniae rex Nicomedes Romanos iuuit et Mithridates ⟨Ponti et Armeniae⟩ cum quo bellum postea grauissimum fuit, et Ariarates Cappadox, et Pylaemenes Paphlagon ⟨eorumque maximis copiis adiutus conserto tamen bello uictus est⟩ Crassus et ⟨cum exercitu post plurimam caedem in fugam acto ipse⟩ ab hostibus captus est, qui magis mori eligens quam a barbaro abduci, uirgam qua equum agebat in oculum se tenentis iniecit. ⟨barbarus autem

---

1 ſinueſſe *D* 2 gneo *D* cepione *D* 7 ſintille *D* 8 conſul a | mertum *D* 14 peundē *D* 19 eumenu *D* 20 exceptuſ *B* iſ *B*, *deinde* eumenıſ *BD* 21 aduerſuſ eum miſſuſ *B* 21. 22 ⟨⟩ *D:* poſt *B* 23 bithinie *D*, bythinie *B* 24 iubit *D* mitridateſ *BD* ⟨⟩ *D:* pontiſeuſ *B* 26 polemeneſ *BDP* paflagon *BD* 26. 27 ⟨⟩ *D:* uictuſ eſt tamen *B* 29 elienſ *D* 30 - 95, 3 ⟨⟩ *D:* moxque ab eo confoſſuſ eſt *B*

cum ira et dolore exarsisset, latus Crassi gladio transuerberauit. ita ille excogitato genere mortis effugit cum dedecore seruitutem.⟩ caput eius Aristonico oblatum, corpus Smyrnae sepultum est. ⟨iste tam cito Graece in castrensibus expeditionibus studuit ut sociis Aristonici ceu Graecus omni parte illius linguae sine interprete responderet.⟩ postea Perpenna consul Romanus, qui successor Crasso ueniebat, audita belli fortuna ad Asiam celerauit. ⟨Aristonicum recenti uictoria feriatum inprouiso bello adortus nudatumque omnibus copiis in fugam uertit. cumque Stratonicen urbem, ad quam ille confugerat, obsidione cinxisset, trucidatum fame ad deditionem coegit⟩ Aristonicus iussu senatus Romae in carcere strangulatus est. triumphari enim de eo non poterat, quia Perpenna ⟨consul⟩ apud Pergamum Romam rediens diem obierat.

⟨Eodem anno Ptolomaei Alexandrinorum regis misera uita miseriorem uitae exitum dedit. is enim sororem suam stupro cognitam ac deinde in matrimonio receptam nouissime turpius quam duxit abiecit. priuignam uero suam hoc est filiam sororis et coniugis coniugem adsciuit, filium quem ex sorore susceperat nec non et filium fratris occidit. quam ob rem tantis incestis parricidiisque execrabilis ab Alexandrinis regno pulsus est.

Isdem temporibus Antiochus non contentus Babylonia atque Ecbatana totiusque Mediae imperio aduersum Phrahaten Parthorum regem congressus et uictus est. qui cum in exercitu suo centum milia armatorum habere uideretur, ducenta milia amplius calonum atque lixarum immixta scortis et hi-

---

1 cum] et *D* uerberaunt *D'* 5 arıſtonıcıſ *D* ceu Graecuſ *scripsi:* ſeu greca *DP* 6 lıngua *P* ınterpreteſ *DP* 8—11 ⟨ ⟩ *D:* | & acıe uıctum arıſtonıcum apud ſtratonı | cenſium cıuıtatem quo confugerat fame | ad dedıtıonem compulıt · *B* 12 ſtragulatuſ *D* 13 poterant *D* 15—97, 7 ⟨ ⟩ *D:* hıſ dıebuſ tantam per tantam afrıcam | lucuſtarum multıtudo conualuıt · | ut ſımul frugeſ · herbaſ · arborum folıa · | cortıceſque corroderent · quę repentıno uento | ſubleuate ın afrıcano ſunt pelago | demerſę · Sed cum earum aceruoſ fluc | tuſ per extenta lıtora pertulıſſent · || peſtıferum odorem *B* 23 hıdem *D* babylona *D* 24 etbatana *D* totaq. *D* 27 ımmıxtaſ cohorteſ et *D*

strionibus trahebat. itaque facile cum uniuerso exercitu suo Parthorum uiribus oppressus interiit.

XXVI Gaio Sempronio Tuditano et Marco Acilio consulibus Publium Scipionem Africanum pridie pro contione de periculo salutis suae contestatum quod sibi pro patria laboranti ab improbis et ingratis denuntiari cognouisset, alio mane exanimem in cubiculo suo repertum non temere inter maxima Romanorum mala recensuerim praesertim cum tantum in ea urbe Africani uigor et modestia ualeret, ut facile uiuo eo neque sociale neque ciuile bellum posse existere crederetur. hunc quidam uxoris suae Semproniae, Gracchorum autem sororis, dolo necatum ferunt ne scelerata ut credo familia ad perniciem patriae suae nata inter impias seditiones uirorum non etiam facinoribus mulierum esset immanior. causa autem interitus eius haec fuit. Gaius Carbo tribunus plebi cupiens necem uindicare Gracchanam et excitare seditionem sopitam, Publium Scipionem Africanum eruta Numantia reuertentem in contione interrogauit quid de Gracchi morte sentiret? cui Africanus iure caesum uideri dixit.

Marco Aemilio Lucio Oreste consulibus Aetna uasto tremore concussa exundauit igneis globis. rursusque alio die Lipara insula et uicinum circa eam mare in tantum efferbuit ut adustas quoque rupes dissoluerit, tabulata nauium liquefactis ceris extorruerit, exanimatos pisces supernatantesque excoxerit, homines quoque nisi qui longius potuere diffugere, reciprocato anhelitu calidi aeris adustis introrsum uitalibus suffocarit.

XXVII Marco Plautio Hypsaeo Marco Fuluio Flacco consulibus uixdum Africam a bellorum excidiis quiescentem horribilis et inusitata perditio consecuta est. namque cum per totam Africam immensae locustarum multitudines coaluissent et non modo

4 conten ¦ tione *D* pericolo *D* 7 non tenere *D* 8 recenſurim *D* 10 quidem *D* 11 ſemprone *D* 12 permitiem *D* 13 deditioneſ *D* 16 grachanam *D* ſeditionem *om. D* 17 africanum ſcipionem *D* 19 iurem *D* dixit *om. D* 20 etna *D* 26 anhelatu *D* 28 marcio *ante* plautio *D*

iam cunctam spem frugum abrasissent herbasque omnes cum parte radicum, folia arborum cum teneritudine ramorum consumpsissent, uerum etiam amaras cortices atque arida ligna praeroderent, repentino abreptae uento atque in globos coactae portataeque diu per aerem Africano pelago immersae sunt. harum cum immensos aceruos longe undis urgentibus fluctus per extenta late litora propulissent, retrum nimis atque ultra opinionem pestiferum odorem tabida et⟩ putrefacta congeries exhalauit. unde omnium ⟨pariter⟩ animantium ⟨tanta pestilentia consecuta est ut auium pecudum ac bestiarum corruptione aeris dissolutarum putrefacta passim cadauera uitium corruptionis augerent. at uero quanta fuerit hominum lues ego ipse dum refero toto corpore perhorresco. si quidem in Numidia, in qua tunc Micipsa rex erat, octingenta milia hominum, circa oram uero maritimam quae maxime Carthaginiensi atque Vticensi litori adiacet, plus quam ducenta milia perisse traditum est. apud ipsam uero Vticam ciuitatem triginta milia Romanorum militum, quae ad praesidium totius Africae ordinata fuerant, extincta atque abrasa sunt. quae clades tam repentina ac tam uiolenta institit ut tunc apud Vticam sub una die, per unam portam ex illis iunioribus plus quam mille quingentos mortuos elatos fuisse narretur. uerum tamen pace et gratia omnipotentis dei dixerim, de cuius misericordia et in cuius fiducia haec loquor, quamuis et temporibus nostris exoriantur aliquando et hoc diuersis terrae partibus locustae et plerumque etiam sed tolerabiliter laedant, numquam tamen temporibus Christianis tanta uis inextricabilis mali accidit ut pernicies locustarum, quae nullo modo ferri uiua potuisset, mortua plus noceret et qua diu uiuente peritura erant omnia, ea perdita pereuntibus magis omnibus optandum fuerit ne periret.

---

6 longiſ *D* ſurgentibuſ *D* 9 exalauit *D* animantum *D* 9–98, 1 ⟨ ⟩ *D:* auium | pecudumque ac beſtiarum peſtiſ exiſtenſ · | uitium corruptioniſ amplificanit · | Qua peſtilentia in numidia d$\overline{\text{ccc}}$ hominum | circa carthaginem nero pluſ quam $\overline{\text{cc}}$ perierunt · Romanorum uero militum que | ibi ad pręſidium erant · $\overline{\text{xxx}}$ extincta ſunt · *B* 10 pecodù *D* 11 putrefacto *B* 14 micipra *D* 15 maritima *D* kartagin∗enſi (*fuit* i) *D* 22 uerum tamen — 30 ne periret *om. D* (*add. P?*)

XXVIII Anno ab urbe condita sexcentesimo uicesimo septimo⟩ Lucio Caecilio Metello et Tito Quintio Flaminio consulibus Carthago in Africa ⟨restitui iussa uicesimo secundo demum anno quam⟩ fuerat euersa ⟨deductis ciuium Romanorum familiis quae eam incolerent, restituta et repleta est magno ante prodigio praecedente. nam cum mensores ad limitandum Carthaginiensem agrum missi stipites terminorum indices fixos et nocte a lupis reuulsos mordicus conrososque repperissent, aliquam diu haesitatum est utrum Romanae paci expediret Carthaginem reformari.

Eodem anno Gaius Gracchus, Gracchi illius qui iam occisus in seditione fuerat frater, tribunus plebi per tumultum creatur: magna rei publicae pernicies fuit. nam cum saepe populum Romanum largitionibus promissisque nimiis in acerbissimas seditiones excitauisset, maxime legis agrariae causa, pro qua etiam frater eius Gracchus fuerat occisus, tandem a tribunatu Minucio successore decessit. Minucius tribunus plebi cum maxima ex parte decessoris sui Gracchi statuta conuulsisset legesque abrogasset, Gaius Gracchus cum Fuluio Flacco ingenti stipatus agmine Capitolium, ubi contio agitabatur, ascendit. ibi maximo tumultu excitato quidam praeco a

---

2 flammınıo *B* 3 kartago *D* 3. 4 ⟨⟩ *D:* ıuſſu ' ſenatuſ reparata eſt · quę uunc manet · | annıſ duobuſ & xx euolutıſ poſtquam a ſcıpıone *B* 4—101, 7 ⟨⟩ *D:* deductı ſunt cı | ueſ romanın · Anno ſexcenteſımo uıce | ſımo ſeptımo ab urbe condıta gaıuſ · | caſſıuſ · longınuſ · & ſextuſ domıtıuſ · cal | uınuſ conſuleſ · gallıſ tranſalpınıſ bellum | ıntulerunt · & arbeunorum tunc nobılıſ | ſıme cıuıtati atque eorum ducı uıtuıto | ınfinıtamque multıtudınem ıuxta || rodanum fluuıum ınterfecerunt · | denıque cum uıtuıtuſ paucıtatem roma|norum uıx ad eſcam canıbuſ quoſ ın ag|mıne habebat ſufficere poſſet · & ıpſe | cl$\overline{xxx}$ armatorum haber& · conſerta pugna a romauıſ ſuperatuſ eſt · Ex cuıuſ | exercıtu partım ın bello · partım ſubmerſı | cum ponte quem ſıbı ıunctıſ nauıbuſ ſu | pra rodanum extruxerant · $\overline{cl}$ mılıa | perıerunt · Pręda ex torquıbuſ gallorum | ıngenſ romam perlata eſt · uıtuıtuſ | ſe domıtıo dedıt · atque ab eo romam deduc | tuſ eſt · magnaque glorıa conſuleſ ambo | trıuınphauerunt · marcıo porcıo catone | & quınto marca rege conſulıbuſ · ſexcen | teſımo trıceſımo & tertıo anno ac urbe | condıta narbone ın gallıa *B* 7 mıſı *D* 8 mordıcoſ *D* 9 alıquandıu *D* 10 kartagınē *D* 14 aceruıſſımaſ *D* 17 munıcıo *D* 21 ibi] abı *D*

Gracchanis interfectus uelut signum belli fuit. Flaccus duobus filiis armatis cinctus comitante etiam Graccho togato breuemque gladium sub sinistra occultante quamuis et praeconem frustra praemisisset, qui seruos ad libertatem uocaret, Ianium tamquam arcem occupauit. contra Decius Brutus uir consularis, a cliuo publicio cum ingenti certamine irruit. ibi Flaccus diu obstinatissime dimicauit. Gracchus postquam in templum Mineruae secesserat, gladio incumbere uolens interuentu Laetorii retentus est. itaque cum diu anceps bellum agitaretur, tandem sagittarii ab Opimio missi consertam multitudinem disturbauerunt. duo Flacci pater filiusque cum per aedem Lunae in priuatam domum desiluissent foresque obiecissent, rescisso craticio pariete confossi sunt. Gracchus diu pro se amicis pugnantibus ac pereuntibus aegre ad pontem Sublicium peruenit ibique ne uiuus caperetur ceruicem seruo suo praebuit. caput Gracchi excisum consuli adlatum est, corpus ad Corneliam matrem Misenum oppidum deuectum est. haec autem Cornelia, Africani maioris filia, Misenum ut dixi prioris filii morte secesserat. bona Gracchi publicata sunt. Flaccus adulescens in robore necatus est. ex factione Gracchi ducenti quinquaginta in Auentino monte caesi fuisse referuntur. Opimius consul sicut in bello fortis fuit, ita in quaestione crudelis. nam amplius tria milia hominum suppliciis necauit, ex quibus plurimi ne dicta quidem causa innocentes interfecti sunt.

XXVIIII Isdem temporibus Metellus Baleares insulas bello peruagatus edomuit et piraticam infestationem, quae ab isdem tunc exoriebatur, plurima incolarum caede compressit.

Gnaeus quoque Domitius pro consule Allobrogas Gallos iuxta oppidum Vindalium grauissimo bello uicit maxime cum elephantorum noua forma equi hostium hostesque conterriti diffugissent. uiginti milia ibi Allobrogum caesa referuntur, tria milia capta sunt.

---

2 brebemq. gladu ſup' *D* 4 praemisisset] pemiſſet *D* ıanıu *DP cod. Pithoei, Orosius* 5 occupauit] uocauıt *D* 6 clıuo publıcıo *DP*, caluio publio *cod. Pith.* irruit] ınſuıt *D* 12. 13 recıſſo gratıcıo parıetı *D* 14 ſubſılıcıū *D* 16 capud *D* 20 adoleſcenſ *D* 25 hıdē *D* ualcareſ *D* 26 hıſdē *D* 27 exorıebantur *D*

Eodem tempore Aetna mons ultra solitum exarsit et torrentibus igneis superfusis lateque circumfluentibus Catinam urbem finesque eius oppressit ita ut tecta aedium calidis cineribus praeusta et praegrauata corruerent, cuius leuandae cladis causa senatus decem annorum uectigalia Catinensibus remisit.

Anno ab urbe condita sexcentesimo uicesimo octauo Gaius Cassius Longinus et Sextus Domitius Caluinus consules Bituito regi Aruernorum Galliae ciuitatis bellum maximo instructu comparanti adeo cum paruo exercitu Domitius occurrit ut Bituitus paucitatem Romanorum uix ad escam canibus, quos in agmine habebat, sufficere posse iactaret. qui cum sibi ad transferendas copias unum pontem Rhodani fluminis parum esse intellegeret, alium compactis lintribus catenisque conexum superstratis confixisque tabulis instruxit. conserta pugna et diu grauiter agitata uicti Galli conuersique in fugam dum quisque sibi timet coaceruatis inconsulte agminibus et praepropero transitu pontis uincla ruperunt ac mox cum ipsis lintribus mersi sunt. centum octoginta milia armatorum in exercitu Bituiti fuisse traduntur; ex quibus centum quinquaginta milia uel caesa uel mersa sunt. tum quidam Romanus miles nomine Sertorius insequendo Gallos iaculo in oculo accepto loricatus [hastam quam in oculo acceperat fixa] Rhodanum transnatauit et ad suos reuersus est. praeda ex torquibus Gallorum ingens Romam perlata est. Bituitus a Domitio sub dolo pacis captus atque ab eo Romam deductus est magnaque gloria consules ambo triumphauerunt.

Anno ab urbe condita sexcentesimo tricesimo tertio Marco Porcio Catone et Quinto Marcio Rege consulibus Quintus Marcius consul Gallorum gentem sub radice Alpium sitam bello adgressus est. qui cum se Romanis copiis circumsaeptos ui-

---

1 etna *D* 4 corruerunt *D* 6 octauo Fabıuſ conſul bıtuito (*P*) 8 regı arben | norum *D* 9 maxımum ınſtructum cōparantıa adeo *D* 13 *et* 18 lyntrıbuſ *D* 16 ınſulte *D* 20 tum *scripsi:* quam *DP* 21 iaculo *scripsi*: ıaculum *DP* 22 accepto lorıcatuſ aſtam (*ita P*) quam ın oculo *om. D, solus habet P* 23 rodanum *D* *post* tranſnatauıt *add.* ad *D* 24 perlata *scripsi:* prelata *D*, praelata *P* uıtuıtuſ *DP* a *P:* ac *D* 26 trıumpharunt *P* 28 marcıo rege *P:* marco rege *D*

derent belloque impares fore intellegerent, occisis coniugibus ac liberis in flammas sese proiecerunt. qui uero praeoccupantibus Romanis peragendae tunc mortis suae copiam non habuerant captique fuerant, alii ferro alii suspendio alii abnegato cibo sese consumpserunt nullusque omnino uel paruulus superfuit qui seruitutis condicionem uitae amore tolerarit. et Narbone⟩ colonia deducta est ⟨et de his triumphatum est⟩ annoque post a Licinio Metello et Quinto Mucio Scaeuola consulibus de Dalmatia triumphatum est.

Anno ab urbe condita sexcentesimo tricesimo quinto Gaius Cato consul Scordiscis intulit bellum ignominioseque pugnauit.

Gaio Caecilio Metello Gnaeo Carbone consulibus duo Metelli fratres eodem die alterum ex Thracia alterum ex Sardinia triumphum egerunt.

Publio Scipione Nasica et ⟨Lucio⟩ Calpurnio Bestia con- XXX
sulibus Iugurthae Numidarum regi bellum ⟨consensu populi Romani senatus indixit. igitur Iugurtha, Micipsae Numidarum regis adoptiuus, heres inter naturales eius filios factus primum coheredes suos id est Hiempsalem occidit, Adherbalem bello uictum Africa expulit. deinde Calpurnium Bestiam consulem aduersum se missum pecunia conrupit atque ad turpissimas condiciones pacis adduxit, quae⟩ a senatu inprobata est. ⟨praeterea cum Romam ipse uenisset, omnibus pecunia aut corruptis aut adtemptatis seditiones dissensionesque permiscuit. quam cum egrederetur infami satis notauit elogio dicens ‘o urbem uenalem et mature perituram si emptorem inuenerit’.⟩

---

3 peragendam et *D* 8 ſceuola *B*, ſeuola *D* 9 dalmatıo *D* 10 ab urbe condıta anno *B* tricesimo] xxx *B* 11 cordıcıſ *BD* ıgnomınıoſe *B* 12 & *post* metello *add. D* gñ *B* 13 tracıa *BD* 14 *post* egerunt *add.* | Nuntıatumque romę eſt cymbroſ e gal|lıa ın ıtalıa tranſıſſe poſt *B* 15 publıo *om. B* ſcıpıonem | naſıa *B* 16 ıugurte *B* 16—22 ⟨ ⟩ *D:* ınla|tum eſt · quod adherbalem et hıemſalem | micıpſe filıoſ frſ ſuoſ regeſ & populı roma | nı amıcoſ ınterımıſſet · *m*ıſſuſ aduer | ſuſ eum conſul calpurnıuſ beſtıa · cor | ruptuſ regiſ pecunıa · pacem cum eo | flagıtıoſıſſımam fecıt · & *B* 17 ıugurthā hıc ıpſe *D* 19 atherbalem *D* 20 expolıt *D* 22 addıxıt *D* 22—26 ⟨ ⟩ *D:* poſtea contra eundem *B* 24 aut adtempeſtatıſ (*post.* ſ *in ras.*) *D*

insequenti anno ⟨Spurium Postumium Albinum, Postumii consulis fratrem, quem is quadraginta milium armatorum exercitui praefecerat, apud Galamam urbem thesauris regiis conditis inhiantem bello pressit cuique uicto ignominiosissimum foedus exegit, uniuersam paene Africam a Romanis deficientem regno suo iunxit.⟩ tertio missus Quintus Caecilius Metellus consul. is exercitum ingenti seueritate et moderatione correctum cum nihil in quemquam cruentum faceret ad disciplinam Romanam reduxit. Iugurtham duobus proeliis uicit, elephantos eius occidit uel cepit, multas ciuitates ipsius cepit. et cum iam ⟨uidit se praesente uastari Numidiam suam et non posse defendi ab eo ad deditionem coactus, trecentos obsides dedit, insuper frumentum atque alios commeatus persoluturum sese spopondit, tria milia amplius perfugarum reddidit. exin cum incertus in pace improbos non prohiberet excursus, Gaii Marii consulis non minore paene quam ipse praeditus erat astutia Romanisque uiribus fractus est maxime postquam Marius urbem Capsam ab Hercule Phoenice ut ferunt conditam, regiis tunc thesauris confertissimam dolo circumuenit et cepit.

XXXI Diffidens deinde propriis rebus et uiribus Iugurtha societatem cum Boccho Maurorum rege fecit, cuius equitatu in immensum auctus Marianum exercitum creberrimis incursionibus fatigauit. postremo apud Cirtam urbem antiquam Masinissae regiam aduersum Romanos expugnationem eius parantes sexa-

---

1—6 ⟨⟩ *D:* ſpuriuſ poſtumiuſ | albiuuſ profectuſ eſt · ‖ Iſ quoque per ſrm̄ ignominioſę contra nu | midaſ pugnauit *B* 1 aluiˉ poſthumii *D* 2 milia exercitu *D* 4 fęduſ *D* 6 cęcilio *B* 9 iugurtam *B* duobus] uariſ *B* pręliſ *B* elefantoſ *B* 10 coepit *B et postea* cępit *D*, coepit *B* 10 uidit preſenteſ | et uaſtari *D* 10—104, 11 ⟨⟩ *D:* finem bello poſituruſ | eſſet · ſucceſſumeſt ei a gaio mario · | iſ iugurtam et bocchum mauritanię | regem qui auxilium iugurtę ferre coepe|rat · pariter ſuperauit x̄c̄ armatorum | ad internicionem cęcidit · Aliquanta | & ipſe oppida numidię coepit · belloque ter | minum poſuit · capto iugurta per queſ | torem ſuum cornelium | ſyllam ingentem | uirum tradente bocho iugurtam qui pro eo | ante pugnauerat · *B* 12 trecenti *D* inſuper *om. D* 13 cōmeatoſ pſoluiturum ſe reſ | pondit *D* 14 reddit exim *D* 15 perhiberet *DP* 16 pęrdituſ *D* 17 chapſam *D* 18 phęnicę *D* 21 equitatum *D* 23 poſttremo *D*

ginta milibus equitum instructus occurrit. numquam ulla Romano militi tumultuosior pugna et terribilior fuit adeo ut discursu et fremitu circumcursantium et impetentium equitum, suscitatus puluis caelum subtexuerit diem ademerit noctemque obduxerit, tantus autem telorum nimbus ingruerit ut nulla pars corporis ab ictu tuta esset, quippe quibus et uisus ad prospiciendum impedimento caliginis et expeditio ad cauendum compressione multitudinis deerat. nec laborabat eques Maurus ac Numida ut bene conlocatum hostem opportuno teli impetu rimaretur sed potius in incertum pila mittebant certi quod uulnera incerta non essent. ita coacti in unum Romani pedites densabantur. intercapedinem tanti periculi nox interueniens dedit. eadem posterea die et belli periculi facies. erumpere in hostem quamuis stricto miles gladio non ualebat, eminus enim iaculis repellebatur, fugere non poterat: undique enim uelocior ad persequendum eques incluserat. iam tertia dies et nullum undecumque suffragium, dira undique mortis facies obiciebatur. tandem Marius consul forti desperatione spei uiam fecit, uniuerso simul agmine prorupit e uallo campoque se simul et proelio dedit. et cum iterum circumfusi hostes XXXII
non solum agminis extrema laniarent uerum etiam media excussis procul telis caederent turbatosque Romanos insuper etiam aestus solis, intolerantia sitis, mortis circumstantia usque ad extremum desperationis defatigarent, subito notum illud Romanorum aduersus Afros tempestatum imbriumque suffragium caelo missum insperatae saluti fuit si quidem repentina pluuia sitientibus Romanis et aestuantibus refrigerium potumque praebuit. porro autem Numidis hastilia telorum, quae manu intorquere sine ammentis solent, lubrica ac per hoc inutilia reddit. scuta etiam, quae elephanti corio extento atque durato habilia et tuta gestabant, cuius ea natura est ut acceptum imbrem tamquam spongia ebibat ac per hoc intractabile re-

---

1 mılıa *D* 3 equıtatũ *D* 4 nocteq. *D* 9 nmıda *D* oportuno *D* 12 ıntercapıdınem *D* 13 facıeuſ *D* 21 excurſıſ *D* 23 eſtu *D* 24 defatıgaret *D* 27 eſtuentıbuſ *D* 29 ãmentıſ *D* ac] hac *D* 32 ſpongıę bıbat *D*

pentino pondere fiat, quia circumferri non poterant, defendere nequiuerunt. ita ex insperato conturbatis destitutisque Mauris ac Numidis Bocchus et Iugurtha fugerunt. post hoc nonaginta milia armatorum nouissimo bello ab isdem regibus obiecta. haec quoque usque ad internitionem Romanis uincentibus caesa referuntur. ex eo Bocchus spem belli abiciens pacem petiuit atque in pretium pacis Iugurtham dolo captum catenisque obrutum per Cornelium Sullam quaestorem legatum Marii misit ad Marium.

XXXIII Interea nuntiatum Romae est Cimbros e Gallia in Italiam transire meditari, qui⟩ a Marco Iunio Silano ⟨consule⟩ collega Quinti Metelli in Gallia uicti sunt.

Ipso eodemque rursus tempore etiam a Minucio Rufo in Macedonia Scordisci et Triballi et a Seruilio Caepione in Hispania Lusitani uicti sunt et duo triumphi de Iugurtha, primus per Metellum, secundus per Marium acti sunt. ante currum tamen Marii ⟨in triumphum⟩ Iugurtha cum duobus filiis ductus est catenatus et mox iussu consulum in carcere strangulatus est.

His apud Hierosolymam diebus Iohannes dux Iudaeorum et pontifex extitit, qui ab eo quod Hircanos bello uicerat, Hircani nomen accepit.

Per id etiam tempus Cicero Arpini nascitur matre Heluia nomine, patre equestris ordinis ex regio Volscorum genere.

Eodemque tempore ⟨obscenum prodigium ac triste uisum est. Lucius Heluius eques Romanus cum uxore et filia⟩ de Roma in Apuliam ⟨rediens tempestate correptus cum filiam consternatam uideret, ut citius proprioribus tectis succederet, relictis uehiculis arreptisque equis filiam uirginem equo insidentem in medium agmen accepit. puella continuo⟩ ictu ful-

2 neq · uerunt *D* 4 hſdẽ *D* 8 ſylla *D* 10 cybroſ *D* 11 meditarentur a *D* 12 *ante* in *add.* cymbri *B* 13 ⟨⟩ *D:* et *B* *post* ſunt et (*ita D*) *om.* ipſo eodemque — tempore etiam *BD* rufo *B:* rofu *D* 14 tribelli *BD* cipione *B* 15 iugurta *B* 17 iugurta *B*, iurtha *D* 18 conſuliſ *B* 20 hieroſolimã *B* 21 hyrcanoſ *B* 22 hyrcani *B* 23 ẹluia *P* 24 equeſtri *D* uulſcorum *BD* 25 eodem *B* 25—26 ⟨⟩ *D:* quẹdam uirgo *B* 27—30 ⟨⟩ *D:* pergenſ *B*

minis exanimata est ⟨sed⟩ omnibus sine scissura aliqua uestimentis ademptis ac pectoris pedumque uinculis ⟨dissolutis⟩ monilibus etiam anulisque discussis ⟨ipso quoque⟩ corpore inlaeso ⟨nisi quod obscenum in modum⟩ nuda ⟨et lingua paulum exserta⟩ iacuit. equus quoque ⟨ipse quo utebatur straturis⟩ frenis et cingulis ⟨dissolutis passim ac dispersis exanimis procul iacuit.

Paruo post hoc intercessu temporis Lucius Veturius eques Romanus Aemiliam uirginem Vestalem furtiuo stupro polluit. duas praeterea uirgines Vestales eadem Aemilia ad participationem incesti sollicitatas contubernalibus sui corruptoris exposuit ac tradidit. indicio per seruum facto supplicium de omnibus sumptum est.

Isdem praeterea Iugurthini belli temporibus Lucius Cas- XXXIIII
sius consul in Gallia Tigurinos usque Oceanum persecutus rursusque ab isdem insidiis circumuentus occisus est. Lucius quoque Piso uir consularis legatus Cassii consulis interfectus est. Gaius Publius alter legatus, ne residua exercitus portio, quae in castra confugerat, deleretur, obsides et dimidiam partem rerum omnium Tigurinis turpissimo foedere dedit. qui Romam reuersus a Caelio tribuno plebi die dicta eo quod Tigurinis obsides dederat in exilium profugit. Caepio pro consule capta urbe Gallorum, cui nomen est Tolossae, centum milia ponderis auri et argenti centum et decem milia e templo Apollinis sustulit. quod cum ad Massiliam amicam populi Romani urbem cum praesidiis misisset, interfectis clam, sicut quidam contestantur, quibus ea custodienda et peruehenda commiserat, cuncta per scelus furatus fuisse narratur, unde etiam magna quaestio post Romae acta est.⟩

---

2 pectorıbuſ *D* 3 munıhb; *D* ınleſo corpore *B* 5 exerta *D* ⟨ıpſe — ſtraturıſ⟩ *D:* eıuſ parı modo *B* 6—29 ⟨⟩ *D:* peremptuſ | ıacuıt dıſſolutıſ *B* 12 factū *D* 14 hıſdē *D* 20 federe *D* 24 e *om.* *D* *subscriptum* JNCIP LIBER · V · *in* *B*, EXPLICIT LIBER · IIII · | INCIPIT LIBER · V · *in* *D*

LIBER QVINTVS

1 Dum bellum in Numidia contra Iugurtham geritur ⟨anno ab urbe condita sexcentesimo quadragesimo secundo Marcus Manlius consul et⟩ Quintus Caepio ⟨pro consule aduersum Cimbros et Teutonas et Tigurinos et Ambronas Gallorum Germanorumque gentes, quae tum imperium Romanorum extinguere conspirauerant, missi prouincias sibi Rhodano flumine medio diuiserunt. ubi dum inter se grauissima inuidia et contentione discertant, cum magna ignominia et periculo Romani nominis uicti sunt. si quidem in ea pugna Marcus Manlius consul captus atque interfectus est, duo filii consulis caesi, octoginta milia Romanorum sociorumque ea tempestate trucidata, quadraginta milia calonum atque lixarum interfecta Antias scribit. ita ex omni penitus exercitu decem tantum modo homines qui miserum nuntium ad augendas miserias reportarent superfuisse referuntur. hostes binis castris atque ingenti praeda potiti noua quadam atque insolita execratione cuncta quae ceperant pessum dederunt. uestis scissa et proiecta est, aurum argentumque in flumen abiectum, loricae uirorum concisae, phalerae equorum disperditae, equi ipsi gurgitibus immersi, homines laqueis collo inditis ex arboribus suspensi sunt ita ut nihil praedae uictor, nihil misericordiae uictus agnosceret. maximus tunc Romae non solum luctus uerum etiam metus⟩ fuit quantus uix Hannibalis tempore Punicis bellis ⟨ne confestim Cimbri Alpes transgrederentur Italiamque delerent.

1 ıugurtam *B* 1—3 ⟨⟩ *D:* romanı confulef · marcuf · | malluf & *B* 3 malluf *DP* coepıo *B* 3—23 ⟨⟩ *D*: a cymbrıf | & teutonıf & tıgurınıf & ambronıbuf | que erant germanorum & gallorum gentef | uıctı funt ıuxta flumen rodanum · & in | gentı ınternıcıone etıam caftra fua & mag|nam partem exercıtuf perdıderunt · Tımor romę grandıf *B* 9 malluf confularıf *D* 12 anchı ınfcrıbıt *D* 16 noba *D* 17 ueftef fcıffaf *DP*, *em. ex Orosio Gruterus* 19 falere *D* 23 quantum *D* 23—107, 5 ıterum | gallı romam uenırent · ϵrgo *B*

His temporibus Quintus Fabius Maximus filium suum adulescentem rus relegatum cum duobus seruis parricidii ministris interfecit ipsosque continuo seruos in pretium sceleris manu misit. die dicta Gnaeo Pompeio accusante damnatus est.

II Igitur〉 Marius post uictoriam Iugurthinam secundo consul est factus bellumque ei contra Cimbros et Teutones decretum est. tertio quoque ei et quarto delatus est consulatus, quia bellum Cimbricum protrahebatur. sed in quartum consulatum collegam habuit Quintum Lutatium Catulum 〈et cum iuxta Isarae Rhodanique flumina, ubi in sese confluunt, castra posuisset, Teutones Cimbri et Tigurini et Ambrones postquam continuo triduo circa Romanorum castra pugnarunt, siquo pacto eos excuterent uallo atque in aequor effunderent, tribus agminibus Italiam petere destinarunt. Marius post digressum hostium castra mouit et collem occupauit, qui campo et fluuio, ubi hostes sese diffuderant, imminebat. cumque exercitui eius aqua ad potandum deesset querelisque omnium coargueretur, aquam quidem in conspectu esse respondit sed eam ferro uindicandam. primis itaque calonibus cum clamore in pugnam ruentibus subsecutus exercitus, mox iusto certamine compositis ordinibus bellum gestum et uicere Romani. quarto die rursus productae utrimque in campum acies usque ad meridiem paene pari pugnauere discrimine. post ubi incalescente sole fluxa Gallorum corpora in modum niuium tabuerunt, usque in noctem caedes potius quam pugna protracta est. ducenta milia armatorum Gallorum in eo bello interfecta sunt, octoginta milia capta, uix tria milia fugisse referuntur. dux quoque eorum Teutobodus occisus est. mulieres eorum constantiore animo

1 adoleſcentem *D* 2 rure legatū *DP*, *em. ex Orosio Gruterus* 6 cymbroſ *BD* 8 cymbricū *BD* 9 lutacium *B* 9–108, 22 〈〉 *D:* | Cum cymbriſ itaque conflixit · & duo | buſ prelıſ · $\overline{cc}$ hoſtıum cecidit $\overline{lxxx}$ | coepit · & ducem eorum teutomodum | $\overline{pp}$ quod meritum abſenſ conſul eſt, factuſ. Interea cymbri & teutoneſ | quorum copia adhuc infinita erat · | ad italiam tranſierunt · Iterum a gaio | mario & quinto catulo contra eoſ dimi | catum eſt · ‖ Sed catuli parte feliciuſ · nam proelium | quod ſimul ambo geſſerunt · $\overline{cxl}$ aut | in pugna aut in fuga cęſa ſunt l$\overline{x}$ capta | *B* 10 iuſare *D* 17 deeſſeut *D* eo argueretur *D* 19 primuſ *D* calōnibuſ *D* 22 poene *D* 28 conſtantioreſ *D*!

quam si uicissent, consuluere consulem ut si inuiolata castitate uirginibus sacris ac dis seruiendum esset, uitam sibi reseruarent. itaque cum petita non impetrauissent, paruulis suis ad saxa conlisis cunctae sese ferro ac suspendio peremerunt. haec de Tigurinis et Ambronibus gesta sunt.

III Teutones autem et Cimbri integris copiis Alpium niues emensi Italiae plana peruaserant, quorum adeo feritas erat: laeti perire in bello, in morbo cum lamentis, amisso duce uiuere inlicitum eis uidebatur. igitur cum plana Italiae peruasissent et ibi cum rigidum genus diu blandioribus auris poculis cibis ac lauacris emolliretur, Marius quinto consul et Catulus aduersum eos missi. die ad pugnam et campo dato Hannibalis secuti ingenium in nebula disposuere pugnam, in sole pugnarunt. prima si quidem perturbatio Gallorum fuit quod Romanam aciem prius offendere dispositam quam adesse senserint, cumque ilico uulnerati equites retro in suos cogerentur totamque multitudinem indisposite adhuc aduentantem conturbarent et sol cum uento ortus ex aduerso emicuisset, uisus eorum puluis oppleuit et splendor hebetauit. ita factum est ut tanta ac tam terribilis multitudo minima Romanorum clade, sua autem ultima internitione caederetur. centum quadraginta milia eorum tunc in bello caesa, sexaginta milia capta dicuntur〉, Romani milites ex utroque exercitu trecenti perierunt. tria et triginta Cimbris signa sublata sunt. ex his exercitus Marii duo reportauit, Catuli exercitus triginta unum. sed ab eorum mulieribus grauiorum paene quam ab ipsis pugnam Romani experti sunt. hae et enim plaustris in modum castrorum dispositis ipsae desuper propugnantes diu obstitere Romanis. sed cum ab eis nouo caedis genere terrerentur — abscissis enim cum crine uerticibus inhonesto satis uulnere turpes relinquebantur — ferrum quod in hostes sumpserant, in se suosque

2 dıſ *D* 4 perhemerunt *D* 10 aurı poculıſ cıuıſ *D* 13 hanıbalıſ hannıbalıſ *D* 14 pugnarent *D* 15 ſenſerunt *D* 19 habıtauıt *D* 23 ccc *B* 23. 24 trıa & xxx *B* 24 cymbrıſ *BD* 25 xxxı · *B* 26 poene *B* penam quã *D* pugna *BD* 29 abſcıſıſ *B* 30 ınhoneſtıſ *B* 31 ın *om.* *B* ſuaſque *B*

uerterunt. namque aliae concursu mutuo iugulatae, aliae adprehensis in uicem faucibus strangulatae, aliae funibus per equorum crura ⟨consertis ipsisque continuo equis extimulatis, postquam suas isdem funibus ad sua colla ligatis equorumque cruribus nexuerant, indidere ceruices⟩ protractae ⟨atque exanimatae sunt⟩ aliae laqueo de subrectis plaustrorum temonibus pependerunt. ⟨inuenta est etiam quaedam quae⟩ duos filios traiectis per colla eorum laqueis ad suos pedes ⟨uinxerit et cum se ipsa suspendio moritura dimisisset, secum traxerit occidendos. inter haec multa et miserabilia mortis genera reguli quoque duo strictis in se gladiis concurrisse referuntur. Lucius et Boiorix reges in acie ceciderunt. Claodicus et Cesorix capti sunt.⟩ ita in his duobus proeliis trecenta quadraginta milia Gallorum occisa et centum quadraginta milia capta sunt absque innumera mulierum multitudine, quae se suosque paruulos femineo furore ⟨ui autem uirili⟩ necauerunt. his bellis finis fuit triumphus utrique decretus.

⟨Igitur talem Marii triumphum Romanamque uictoriam in- IIII credibile facinus et numquam antea Romanis cognitum Romae subito perpetratum uersa in horrorem ac maerorem tota urbe fuscauit. Publicius quidam Malleolus seruis annitentibus matrem suam interfecit, damnatus parricidii insutusque in culleum in mare proiectus est. impleueruntque Romani et facinus et poenam, unde et Solon Atheniensis decernere non ausus fuerat, dum fieri posse non credit, et Romani qui se ortos a Romulo scirent, etiam hoc fieri posse intellegentes, supplicium singulare sanxerunt.

Anno ab urbe condita sexcentesimo quadragesimo quinto post Cimbricum et Teutonicum bellum et quintum Marii con-

---

1 apprehenſiſ *D* 2 faſ* ſcibuſ (aſ ſci *a manu recentiore, uid. fuisse* faucibuſ) *B* 5 incidere *D* proſtrate *D* atque — ſunt *D:* interierunt *B* 7 ⟨⟩ *D:* quędam dum ſe ſuſpenderet *B* 8—12 ⟨⟩ *D:* uincxit *B* 12 in *om. B* 13 pręluſ cccxl gallorum *B* 14 et *om. B* cxl *B* 14. 15 multitudine mulierum *B* 15 furore femineo ſe ſuoſque paruuloſ *B* 16 utrique *B:* uariaſq. *D* 17 *post* decretuſ *add.* eſt *D* 21 publiuſ *B* 24 penā *D* 27 ſaxerunt *D* 29 cȳbricū *D, deinde* et *om. D*

sulatum quo status imperii Romani iure conseruatus indicatur, sexto consulatu eiusdem Gaii Marii ita labefactatus est ut paene usque ad extremum intestina clade conciderit. euoluere ac percurrere mihi discordiarum ambages et inextricabiles seditionum causas incommodum simul ac longum uidetur. sane breuiter strinxisse me sufficiat quia primus Lucius Apuleius Saturninus excitati tumultus auctor extiterit Quinto Metello Numidico, uiro sane primario acerrimus inimicus, qui eum censorem creatum protractum domo atque in Capitolium confugientem armata multitudine obsedit. unde equitum Romanorum indignatione deiectus est plurima ante Capitolium caede facta. Aulum Nunnium deinde competitorem suum Saturninus et Glaucia fraude Gai Marii consulis occiderunt. subsequente anno Marius sexto consul et Glaucia praetor et Saturninus tribunus plebis conspirauerunt Metellum Numidicum in exilium quacumque ui agere. die dicta suppositis eiusdem factionis iudicibus per scelus innocens Metellus damnatus in exilium cum totius urbis dolore discessit. idem Saturninus Memmium uirum acrem et integrum fieri consulem timens orta subito seditione fugientem per Publium Mettium satellitem informi stipite comminutum interfecit.

V Fremente pro tantis rei publicae malis senatu populoque Romano Marius consul accommodato ad tempus ingenio consensui bonorum sese immiscuit commotamque plebem leni oratione sedauit. Saturninus infamibus ausibus contionem domi suae habuit ibique ab aliis rex, ab aliis imperator est appellatus. Marius manipulatim plebe descripta alterum consulem cum praesidiis in colle disposuit, ipse portas communiuit. in foro proelium commissum est. Saturninus a Marianis foro pulsus in Capitolium confugit. Marius fistulas quibus eo aqua deducebatur incidit. bellum deinde in atrium Capitolii horridum

2 ſextuſ conſulatuſ *D* ut] et *D* 3 conciderat et uoluere *D* 5 longuſ *D*[1] 9 protractum *om. D* 11 Aulum numum *P*: Annium *D* (A. Nunnium *coni. Gruterus*) 12 glautia *D* 16 iudiubuſ *D* 17 scelus] ſceli *D* 23 acōmodato *D* conſenſu *D* 24 commotaq. (taq. *in ras.*) *D* 25 ſaturninuſ infamibuſ — 26 eſt appelatuſ *om. D, de P nihil adnotauit Gruterus* 27 man*pulatim (*fuit* i) *D* plebē *D*

satis actum est. multi circa Saufeium et Saturninum caesi. Saturninus palam clamitans Marium auctorem esse omnium molitionum suarum contestatus est. cum autem ipse Saturninus et Saufeius et Labienus cogente Mario in curiam confugissent, per equites Romanos effractis foribus occisi sunt. Gaius Glaucia extractus e domo Claudii trucidatus est. Furius tribunus plebi bona omnium publicanda decreuit. Gnaeus Dolabella Saturnini frater per forum holitorium fugiens cum Lucio Geganio interfectus est. itaque auctoribus tantae seditionis occisis quies populo fuit. tunc Cato atque Pompeius rogationem de reditu Metelli Numidici totius urbis gaudio promulgarunt. quae ne perficeretur Marii consulis et Furii tribuni plebis factionibus intercessum est. Rutilius quoque uir integerrimus adeo fidei atque innocentiae constantia usus est ut die sibi ab accusatoribus dicta usque ad cognitionem neque capillum barbamue demiserit neque sordida ueste humiliue habitu suffragatores conciliarit, inimicos permulserit, iudices temperarit, orationem quoque a praetore concessam nihilo summissiorem quam animum habuerit, cum euidenti obpugnaretur calumnia et opinione bonorum omnium iure absoluendus putaretur, periurio iudicum condemnatus est. qui Smyrnam commigrans litterarum studiis intentus consenuit.⟩

Auno ab urbe condita sexcentesimo quinquagesimo nono VI
Sexto Iulio Caesare et Lucio Marcio Philippo consulibus cum prope alia ⟨omnia⟩ bella cessarent ⟨intestinis causis sociale bellum totam commouit Italiam.⟩ qui cum annis numerosis iam populo Romano oboedirent, tum libertatem sibi aequam asserere coeperunt. perniciosum admodum hoc bellum fuit. Rutilius consul in eo occisus est, Caepio nobilis iuuenis, Porcius Cato alius consul. duces autem aduersus Romanos Picen-

---

1 fauferiũ *D*. 8 giganio *D* 18—19 nihilo fum mifior equã *D* (fummiffiore *P*) 21 zmyrnam *D* 24 Sexto iulio cęfare & lucio · marco · | philippo confulibuf · dcmo vııȷ | anno ab urbe condita *B* fexta *D* 25. 26 ⟨⟩ *D:* in italia grauif|fimum bellum picenfef · marfi · pelignique ¦ mouerunt *B* 26 tota *D* italia *D* 27 obędirent *D* 28 ceperunt pernitiofum ammodum *D* 29 coepio *B* 30 ducef autem — 112, 2 cluentiuf aliuf *om.* *D* (*P*)

tibus et Marsis fuerunt Titus Vettius, Hierius Asinius, Titus Herennius, Aulus Cluentius. ⟨interea Liuius Drusus tribunus plebis Latinos omnes spe libertatis inlectos cum placidum explere non posset, in arma excitauit. eo accessit ut maestam urbem prodigia dira terrerent⟩. nam sub ortu solis globus igneus a regione septemtrionis cum maximo caeli fragore emicuit. apud Arretinos ⟨cum panes per conuiuia frangerentur⟩ cruor e ⟨mediis⟩ panibus quasi e uulneribus corporum fluxit. ⟨praeterea⟩ per septem continuos dies grando lapidum inmixtis etiam testarum fragmentis terram latissime uerberauit. in Samnitibus uastissimo hiatu terrae flamma prorupit et usque in caelum extendi uisa est. ⟨complures praeterea in itinere uidere Romani globum coloris aurei caelo ad terram deuolui maioremque factum rursus a terra in sublime ad orientem solem ferri ac magnitudine sua ipsum solem obtexisse. Drusus tantis malis anxius domi suae incerto quidem auctore interfectus est. igitur Picentes Vestini Marsi Peligni Marrucini Samnites Lucani cum adhuc occultam defectionem meditarentur Gaium Seruium praetorem legatum ad se missum apud Asculum occiderunt statimque clausa ciuitate omnes ciues Romanos indicta caede iugularunt. continuo atrocissimam perniciem infamissima praecessere prodigia. namque⟩ omnium generum animalia quae ⟨manus hominum blande perpeti atque⟩ inter

1 Tituſ huettiuſ · Geriuſ aſianuſ tituſ legenniuſ cluentiuſ aluuſ *B*, *quae ex Eutropio correxi* 2—5 ⟨⟩ *D:* a romanıſ contra eoſ bene pugna | tum eſt · a g̃ marıo quı ſexıeſ conſul fue | rat et a gn̅ pompeıo · maxıme tamen | a lucıo cornelıo ſylla quı ınter alıa | egregıa ıta cluentıum hoſ | tıum ducem cum magnıſ | copııſ fudıt · ut ex ſuıſ · unum amıtter& · Quadrı | ennıo cum grauı tamen | calamıtate hoc bellum trac | tum eſt · quınto decımo anno finem accepıt · | per lucıum cornelıum ſyllam conſulem | cum antea ıu eodem bello ıpſa multa | ſtrenue ſed prętor geſſıſſ& · ıpſo ın | tempore dyra prodıgıa uıſa ſunt · | *B* 2 lıbıuſ *D* 3 placıto* (*fuit* ſ) *D* 5 urbe *D* hortu (*non est* hornı *sed* t *solum male picta*) *B* 6 ıgnıſ *B* ſeptentrıonıſ *B* emıcuıt cum maxımo cęlı | fragore *B* 7 ⟨⟩ *D:* ın conuıuıo *B* conbıbıa *D* 8 e *post* quaſı *om. D* 10 textarum *B* beruerant *D* 11 terrę hıatu *B* 12—22 ⟨⟩ *D:* tunc etıam *B* 13 celı̃ *D* 14 ad *om. D* 19 aſcalū *D* 21 atrocıſſıma *D* pernıcıem ınfamıſſıma *om. D*, *legebantur ut uid. in P* 22 proceſſere *D*

homines uiuere solita erant, relictis stabulis pascuisque cum balatu hinnitu mugituque miserabili ad siluas montesque fugerunt. canes quoque, quorum natura est extra homines esse non posse, lacrimosis ululatibus uagi luporum ritu oberrarunt. nec mora post haec tam grauia prodigia ciuilia bella secuta sunt.

Apud Iudaeos ea tempestate primus Aristobulus rex pariter et pontifex diadematis sumpsit insigne.

VII ⟨Igitur Gnaeus Pompeius praetor cum Picentibus iussu senatus bellum gessit et uictus est. postquam sibi Samnites Papium Mutilum ducem praefecerant, Marsi autem Agamemnonem archipiratam praeoptauerant, Iulius Caesar Samnitum pugna uictus caeso fugit exercitu. Rutilius consul Marium propinquum suum legatum sibi legit, quem assidue submonentem moram bello utilem fore et paulisper in castris exerceri militem oportere tironem, dolo id eum agere ratus contempsit seseque in insidias Marsorum et uniuersum agmen exercitus sui incautus iniecit, ubi ipse consul occisus et multi nobiles interfecti et octo milia militum Romanorum caesa sunt. arma et corpora interfectorum in conspectu Marii legati Tolenus fluuius pertulit atque in testimonium cladis euexit. Marius raptis continuo copiis uictores insperatos oppressit, octo milia et ipse Marsorum interfecit. Caepio autem a Vestinis et Marsis deductus in insidias cum exercitu trucidatus est. Lucius uero Iulius Caesar postquam apud Aeserniam uictus aufugerat, contractis undique copiis aduersum Samnitas et Lucanos dimicans multa hostium milia interfecit. cumque ab exercitu imperator appellatus esset Romamque nuntios de uictoria misisset, senatus saga hoc est uestem maeroris, quam exorto sociali bello sumpserat, hac spe arridente deposuit atque antiquum togae decorem recuperauit. Marius deinde sex milia Marsorum occidit, septem milia armis exuit. idem Marius Syram mulierem in castris habebat sacri-

7 arıſtoboluſ *BD* 14 ſubmontē *D* 21 cladıſ] gladıuſ *D* 30 arrıdente] gaudente (*sed in ras.*) *D* 31 cecıdıt *D* 32 exſuıt *D*

colam, ex cuius auctoritate asserebat se omnia aggredi. interea Lucius Cornelius Sulla praetor cum uiginti et quattuor cohortibus Aeserniam missus, ubi artissima obsidione Romani ciues militesque premebantur, maximo bello et plurima caede hostium urbem sociosque seruauit. Gnaeus Pompeius Picentes graui proelio fudit. qua uictoria senatus laticlauia et cetera dignitatis insignia recepit, cum togas tantum modo uictoria Caesaris primum respirante sumpsisset. Porcius Cato praetor Etruscos, Plotius legatus Vmbros plurimo sanguine impenso et difficillimo labore uicerunt. Sulla proeliaturus simulacrum Apollinis Delphis ablatum suppliciter orabat in conspectu militum ut promissa praestaret et uidebatur fretus inire bellum.

VIII Igitur Gnaeo Pompeio Lucio Porcio Catone consulibus Pompeius diu obsedit Asculum ciuitatem nec tamen expugnauisset nisi populum in campum prorumpentem grauissima oppressione uicisset. decem et octo milia Marsorum in ea pugna cum Franco duce suo caesa sunt, capta tria milia. quattuor milia autem Italici uiri ex ea caede profugi iugum montis coacto in unum agmine forte conscenderant, ubi oppressi exanimatique niuibus miserabili morte riguerunt. namque ita ut attoniti timore hostium steterant, alii stipitibus uel saxis reclines, alii armis suis innitentes, patentibus cuncti oculis dentibusque nudatis uiuentium in modum uisebantur. nec ullum erat procul intuentibus mortis indicium nisi diuturna immobilitas, quam nullo modo humanae uitae uegetatio diu perpeti potest. eadem die Picentes congressi et uicti sunt, quorum dux Iudacilius conuocatis ducibus suis post magnificas epulas largaque pocula cunctos ad exemplum sui prouocans hausto ueneno absumptus est cunctis factum eius laudantibus sed nemine subsequente.

VIIII Anno ab urbe condita sexcentesimo sexagesimo primo cum ad obsidendos Pompeios Romanus isset exercitus et Postumius

2 ſylla *D* 4 mılıteſ *D* 6 latıclauıo *D'* 8 Portıuſ *D* 10 Sylla apollonıſ *D* 12 ınhıre *D* 13 portıo *D* 15 prorupente *D* 17 frauco *DP* 19 confcenderat *D* 21 hoſtrum *D* ſturpıbuſ *DP*, ſturpıtıbuſ *Palatinus Orosii codex* 26 ıudacılıuſ *D* 31 ad *om. D*

Albinus uir consularis tunc Lucii Sullae legatus intolerabili superbia omnium in se militum odia suscitasset, lapidibus occisus est. Sulla consul ciuilem cruorem non nisi hostili sanguine expiari posse testatus est. cuius rei conscientia motus exercitus ita pugnam adorsus est ut sibi unus quisque pereundum uideret nisi uicisset. decem et octo milia Samnitum illo proelio caesa sunt. Iuuentium quoque Italicum ducem et magnum ipsius populum persecutus occidit. Porcius Cato consul Marianas copias habens cum aliquanta strenue gessisset, gloriatus est Gaium Marium non maiora fecisse et ob hoc cum ad lacum Fucinum contra Marsos bellum gereret, a filio Gaii Marii in tumultu belli quasi ab incerto auctore prostratus est. Gaius Gabinius legatus in expugnatione hostilium castrorum interfectus est. Marrucini Vestinique Sulpicio legato Pompeii persequente uastati sunt. Pompedius et Obsidius Italici duces ab eodem Sulpicio apud flumen Theanum horribili proelio oppressi et occisi sunt. Pompeius Asculum ingressus praefectos centuriones cunctosque principes eorum uirgis cecidit securique percussit, seruos praedamque omnem sub hasta uendidit, reliquos liberos quidem sed nudos et egentes abire praecepit et cum de hac praeda opitulationem aliquam in usum stipendii publici senatus fore speraret, nihil tamen Pompeius ex ea egenti aerario contulit. namque eodem tempore cum penitus exhaustum esset aerarium et ad stipendium frumenti deesset expensa, loca publica, quae in circuitu Capitolii pontificibus auguribus decem uiris et flaminibus in possessionem tradita erant cogente inopia uendita sunt et sufficiens pecuniae modus qui ad tempus inopiae subsidio esset acceptus est. equidem tunc in sinus ipsius ciuitatis euersarum omnium urbium nudatarumque terrarum abrasae undique opes congerebantur, cum ipsa Roma turpi adigente inopia praecipuas suas partes auctionabatur. quam ob rem consideret tunc tempora sua, cum quasi

1 alunuſ *D* ſylle *D* legatuſ — 3 Sulla *om. D, add. (P)* 4 regı *D'* 14 pompeı *D* 15 obſediuſ *D* 16 theano *D* 17 prefectuſ centunarıoneſ *D* 18 cecidit] cedıt *D* 19 hasta] acta *D* 21 prede *D* 22 ex agentı erarıo *D* 24 exauſtum *D*

inexplebilis uenter cuncta consumens et semper esuriens cunctis urbibus, quas miseras faciebat, ipsa miserior nihil relinquens nihil habebat et stimulo domesticae famis ad continuationem bellicae inquietudinis trudebatur.

Isdem temporibus rex Sothimus cum magnis Thracum auxiliis Graeciam ingressus cunctos Macedoniae fines depopulatus est tandemque a Gaio Sentio praetore superatus redire in regnum coactus est.⟩

X Anno ab urbe condita sexcentesimo sexagesimo secundo ⟨nondum finito sociali bello quod per quinque annos gestum est⟩ Romae primum ciuile bellum commotum est. eodem anno etiam Mithridaticum. causam bello ciuili Gaius Marius sexies consul dedit. nam cum Sulla consul contra Mithridatem gesturus bellum, qui Asiam et Achaiam occupauerat, mitteretur isque exercitum in Campania paulisper teneret, ut belli socialis, de quo diximus, quod intra Italiam gestum fuerat, reliquiae tollerentur, Marius affectauit ⟨septimum consulatum et⟩ ut ipse ad bellum Mithridaticum mitteretur. ⟨quo Sulla cognito impatiens re uera iuuenis intemperataque ira percitus cum quattuor legionibus primum ante urbem consedit, ubi Gratidium Marii legatum quasi primam uictimam belli ciuilis occidit. mox urbem cum exercitu inripuit, faces ad inflammandam urbem poposcit, omnibus metu abditis per sacram uiam citato agmine in forum uenit. Marius cum permouere nobilitatem, inflammare plebem, equestrem denique ordinem perarmare aduersus Sullam frustra adtemptasset, postremo seruis spe libertatis et praedae ad arma sollicitatis nequicquam pugnare ausus tandem in Ca-

---

1 ınexpleuılıſ *D* 2 relınquenſ nıhıl *in extremo folio om. D* 5 hıſdē *D* ſotımuſ *D* 9 urbıſ condıte dclxmo ſecundo *B* 10 quod] quı *D* 11 prımum romę *B* commotum exhortum eſt *B* 12 *et* 18 mıtrıdatıcum *BD* 13 *et* 18 ſylla *BD* mıtrıdatem *BD* 14 et agaıam *B* 15 *post* ıſque *add.* cum *man. rec. in P* 18 - 117, 14 ⟨⟩ *D:* | Qua re ſylla commotuſ cum exercıtu ad ur|bem uenıt · ıllı contra marıum & ſul|pıcıum dımıcauıt · prımuſ ın urbem | armatuſ ıngreſſuſ eſt · ſulpıcıum ınter|fecıt · marıum fugauıt · atque ıta ordı|natıſ conſulıbuſ ın futurum annum gn̄ | octauıo & cornelıo cınna *B* 23 cıto *D* 25 ſyllā *D* 27 nequaquam *uulgo* (nequicquam repugnare *Orosius*) tandem *Orosius:* tamen *DP*

pitolium concessit. sed cum in eo Sullanae cohortes inruissent, magna suorum caede diffugit. ibi tunc Sulpicius Marii collega seruo suo prodente prostratus est. seruum uero ipsum, quod hostem indicauerat manu mitti, quod uero dominum prodiderat saxo Tarpeio deici consules decreuerunt. Marius fugiens cum persequentium instantia circumsaeptus esset, in Minturnensium paludibus sese abdidit, e quis infeliciter luto oblitus ignominioseque protractus, turpi autem spectaculo Minturnas deductus contrususque in carcerem percussorem ad se missum solo uultu exterruit. deinde lapsus e uinculis in Africam transfugit sollicitatoque ex Vtica filio, ubi in custodia obseruabatur, continuo Romam regressus Cornelio Cinnae consuli societate scelerum coniunctus est.

Igitur Sulla⟩ ad Asiam profectus est. Mithridates qui XI
Ponti rex erat atque Armeniam minorem et totum Ponticum mare in circuitu cum Bosporo tenebat, primo Nicomedem amicum populi Romani Bithynia uoluit expellere senatuique mandauit bellum ⟨se ei⟩ propter iniurias quas passus fuerat inlaturum. a senatu responsum Mithridati est, si id faceret, quod bellum a Romanis et ipse pateretur. qua re iratus Cappadociam statim occupauit et ex ea Ariobarzanem regem et amicum populi Romani fugauit. mox etiam Bithyniam inuasit et Paphlagoniam pulsis ex ea regibus amicis populi Romani Pylaemene et Nicomede. inde Ephesum contendit et per omnem Asiam litteras misit ut ubicumque inuenti essent ciues Romani uno die occiderentur ⟨factumque est. nam octoginta milia ciuium Romanorum per omne regnum suum morantium sub uno die interfecta sunt. quis maeror plurimarum prouinciarum, quis gemitus occidendorum pariter atque occidentium fuerit, cum singuli quique aut prodere innocentes hospites et amicos

1 ſyllanę *D* 2 Marii] mıſıt *D* 3 uero *om. D'* 6 instantia *Orosius:* ınfamıa *DP* mynturnenſium *D* 8 mynturnaſ *D* 12 cynne *D* 14 Sulla] marıuſ *D* 14 mıtrıdataſ *BD*, *deinde* quı pontıfex erat *D* 16 cum] ın *B*, *deinde* boſphoro *BD* 17 bıthınıa *D*, bythınıa *B* 19 mıtrıdatı *BD* facere *D* 21 arıorbarzenem *B* 22 bıthınıam *D*, bythınıam *B* paflagonıam *BD* 23 polemene *BD* 24 effeſum *D* 27 omnē *D* 28 maeror] memor *D*

aut ipsi periclitari poena hospitum cogerentur!⟩ interea etiam Methone ciuitas Achaiae ab Aristone Atheniensi Mithridati tradita est. miserat enim iam ad Achaiam Mithridates Archelaum ducem suum cum centum et triginta milibus equitum ac peditum, per quem etiam ⟨Atheuae et⟩ reliqua Graecia occupata est.

XII Sulla ⟨cui post consulatum Mithridaticum bellum obuenerat⟩ Archelaum apud Piraeum ⟨Atheniensium portum septemplici muro communitum diu⟩ obsedit ⟨ipsam Atheniensium urbem ui⟩ cepit, postea ⟨iusto proelio cum Archelao conflixit. centum decem milia de exercitu Archelai interfecta, uix decem milia superfuisse referuntur.⟩ ex Sullae exercitu tredecim tantum homines iuterficerentur. ⟨comperta clade Mithridates lectissima septuaginta milia militum Archelao in subsidium misit ex Asia. secundo proelio quindecim milia ex his interfecta sunt ibique⟩ Diogenes Archelai filius ⟨trucidatus est. tertio bello omnes copiae, quas Archelaus habebat, extinctae sunt. nam uiginti milia militum eius in paludem pulsa cum Sullae fidem inplorarent, insatiabili uictoris ira interfecta sunt totidemque alia in flumen coacta ac necata. reliqui miserorum passim trucidati sunt. porro autem Mithridates iu Asia nobilissimarum urbium principes occidere bonaque eorum publicare animo intenderat. cumque iam mille sexcentos ita interfecisset, Ephesii exemplum uerentes excluso praesidio eius portas obcerunt. similiter Smyrnaei Sardi Colophonii Trallianique

1 pęna *D* 2 mothone *D*, mathone *B* mıtrıdatı *BD* 3 mıtrıdataſ *BD* 4 c & xxx mılıbuſ *B* 5 athenaſ *D* gręcıa *D* 7 ſylla *BD* mıtrıdatıcū *D* 8 pyreum *B* 8. 9 ⟨⟩ *D:* non longe ab athenıſ *B* 9. 10 ⟨⟩ *D:* ıpſaſ *B* 10 coepıt *B* 10—12 ⟨⟩ *D:* commıſſo pręlıo | contra archelaum ıta eum uıcıt · ut ex cxx mılıbuſ uıx x · archelao ſuper | eſſent *B* 12 ſylle *BD* xııı *B:* tredecım mılıa *D* 13—16 ⟨⟩ *D:* | hanc pugna mıtrıdateſ cognıta lxx | electıſſıma ex aſıa archelao mıſıt ‖ contra quę ſylla ıterum commıſıt | prımo pręlıum · xv hoſtıum ınter | fecta ſunt & · *B* 13 mıtrıdateſ *D* 15 quınquagınta mılıa (*P*) 16 fılıuſ archelaı dıogeneſ *B* 16—119, 1 ⟨⟩ *D:* | ſecundo omneſ mıtrıdateſ copıe extınc|te ſunt · Archelauſ ıpſe trıduo nuduſ | ın paludıbuſ latuıt · hac re audıta | *B* 16 trucıdatū (*fuit* trucıdatū) *D* 18 pulſam *D* ſylle *D* 21 mıtrıdateſ *D* 24 porta *D* 25 colophonı tranlıanıq. *D*

fecerunt. perturbatus⟩ Mithridates iussit eum Sulla de pace agi. interim eo tempore Sulla etiam Dardanos Scordiscos Dalmatas et Moesos partim uicit, partim in fidem accepit. sed eum legati a rege Mithridate qui pacem petebant uenissent, non aliter se daturum Sulla esse respondit nisi rex relictis his quas occupauerat ⟨ciuitatibus⟩ ad regnum suum redisset. postea tamen ad colloquium ambo uenerunt, pax inter eos ordinata est ut Sulla ad bellum ciuile festinans a tergo periculum non haberet.

XIII ⟨Igitur Marius et Cinna⟩ dum Sulla in Achaia atque Asia Mithridatem uicit ⟨ad profligandam uniuersam rem publicam exercitum sibi in quattuor partes diuiserunt. tres si quidem legiones Mario datae, parti copiarum Gnaeus Carbo praepositus est, partem Sertorius accepit — ille scilicet Sertorius iam hic ciuilis belli incentor et particeps, qui etiam hoc finito aliud post in Hispania bellum excitauit, quod per multos annos maximis Romanorum cladibus traxit — cetera uero exercitus portio Cinnam secuta est. porro autem Gnaeus Pompeius, qui a senatu cum exercitu accersitus erat ut rei publicae opitularetur, et diu sese nouarum rerum aucupatione suspenderat, contemptus a Mario uel Cinna ad Gnaeum Octauium alterum consulem sese contulit et mox cum Sertorio conflixit. infelicem pugnam interuentus noctis diremit. sexcenti ex utraque parte milites trucidati sunt. postera die cum permixtim corpora ad sepulturam discernerentur, miles Pompeianus fratris sui, quem ipse interfecerat, corpus dum spoliat agnouit. dictis in deos conuiciis corpus rapuit et sub Pompeianis castris rogo indidit, ilico pectus suum gladio transuerberans simulque lacrimans et sanguinem fundens, super fraternum sese cadauer igni ad-

1 mitridateſ *D* 1 *et* 2 *et* 5 *et* 8 *et* 10 ſylla *BD* 3 meſſoſ *B* alioſ ın *B* 4 mitritade *BD* 6 hiſ quę *B*, hiſq. *D* 10 ⟨⟩ *D:* nam *B* cinnam *D* 11 mitridatem *BD* 11—120, 10 ⟨⟩ *D:* mariuſ qui | fugatuſ erat & corneliuſ cinna unuſ ex con|ſulibuſ bellum in italia reparauerunt· | & ingreſſi urbem romam nobiliſſimoſ e ſenatu | & *B* 14 ſeratoriuſ *D* accepit ille ſcilicet Sertoriuſ *om.* *D* 15 intentor *DP*, inceptor *Orosii Palat.* 19 erat *om.* *D* 25 mili|teſ *D* 26 spoliat] ſepeliat *D* 27 et ſuppōpeianiſ *D* 28 illico *D* 29 abiecit *D*

iecit. igitur Marius coloniam Ostiensem ui ingressus omnia ibi genera libidinis auaritiae et crudelitatis exercuit. Pompeius fulmine afflatus interiit, exercitus uero eius pestilentia correptus paene totus absumptus est. nam undecim milia uirorum de castris Pompeii mortua, sex milia autem de parte Octauii desiderata sunt. Marius Antium et Ariciam ciuitates hostiliter inrupit, cunctosque in his praeter proditores interfecit, bona suis diripienda permisit.

XIIII Post Cinna consul cum legionibus et Marius cum fugitiuis urbem ingressi nobilissimos quosque e senatu et plurimos⟩ consulares uiros interfecerunt, multos proscripserunt: ipsius Sullae domo euersa, filios et uxorem ad fugam compulerunt. ⟨igitur Marius cum interfectorum ciuium capita inlata conuiuiis, oblata Capitoliis, conlata rostris ad spectaculum ornatumque congereret, maxime caput Marci Antonii eximii oratoris abscissum, cum etiam tum inde sanies manaret, in ipso conuiuio manu pertractauit insultans insuper illudensque conuiciis conplexusque est Publium Annium, qui caput illud cruentus attulerat. ac idem cum septimum consulatum cum Cinna tertium consule peruasisset, in exordio consularis imperii sera tandem morte praereptus est. quis non iure miretur septem eius consulatus et duos triumphos? quis non in eum merito stupeat amplissimum testimonium Scipionis? namque cum Scipio interrogatus esset in cena siquid de eo ipso Scipione fataliter actum fuisset, quem magnum imperatorem res publica esset habitura, cumque circumtulisset oculos 'uel hunc' inquit. ad Marium enim tota animositate respexerat. interea Cinna bonorum neces malorum caede suppleuit. nam cum introducta per Marium fugitiuorum manus insatiabilis praedandi esset nullamque partem auctoribus praedae consulibus ministraret, in forum

1 oſtenſẽ *D* 2 lıuıdınıſ *D* 5 caſtrı pompeı *D* 6 | ſiderata *D* 11 ſyllę *BD* 12—121, 8 ⟨⟩ *D*: Unıuerſuſ relıquuſ ſenatuſ · ex | urbe fugıenſ ad ſyllam ın grecıam uenıt | oranſ ut patrię ſubuenıret *B* 13 ınlatam | conbıbıſ *D* 15 capud *D* abſcıſũ* (*fuit* ſ) *D* 16 ınde *om. D* ſanıaſ *DP* conbıbıo *D* 18 capud *D* 19 ıdem cum *om. D* conſulem *D* 21 de ſeptẽ *D* 26 ınquıd *D* 27 ınna *D* 30 phorum *D*

quasi stipendii causa sollicitata, militibus circumdata inermis extincta est. caesa sunt in illa die in foro urbis octo milia fugitiuorum. idemque Cinna quarto consul ab exercitu suo interfectus est.

XV

Igitur residui senatorum qui potentiam Cinnae, saeuitiam Marii, insaniam Fimbriae, Sertorii audaciam fuga euaserunt, transuecti in Graeciam coegere precibus Sullam ut periclitanti, immo iam paene perditae patriae opem ferret.⟩ ille in Italiam traiecit, bellum ciuile gesturus aduersum Norbanum et Scipionem consules. ⟨mox ut Campanum litus attigit⟩ primo proelio contra Norbanum dimicauit non longe a Capua. ⟨tunc septem milia Romanorum Romani interfecerunt, sex milia eorundem ab isdem capta sunt. centum uiginti quattuor suos⟩ amisit. inde etiam ad Scipionem se conuertit et ante proelium totum eius exercitum sine sanguine in deditionem accepit. sed cum Romae mutati consules essent et Marius Marii filius ac Papirius Carbo consulatum accepissent, ⟨Sullae duces plura proelia aduersum Marianas partes infelicissima felicitate gesserunt. nam et Quintus Metellus Carrinatis copias cecidit et castra peruasit et Gnaeus Pompeius Carbonis equitatum grauiter trucidauit. Damasippus praetor incentore Mario consule Quintum Scaeuolam Gaium Carbonem Lucium Domitium Publium Antistium in curiam quasi ad consulendum uocatos crudelissime occidit. corpora interfectorum per carnifices unco tracta atque in Tiberim missa sunt.⟩

XVI

Sulla ⟨deinde⟩ contra Marium iuniorem dimicauit. ⟨maximum tunc proelium apud Sacriportum fuit in quo de exercitu Marii caesa sunt uiginti quinque milia sicut Claudius scribit, et ex Sullae parte quadringenti perierunt. Pompeius Carbonem etiam castris exuit fugientemque insecutus nunc caedendo

1 ſollicita *D* 2 phoro *D* 3 fugatiuorū *D* 5. 6 cinne marii crudelitate infaniam *D* 7 ſyllā *D* 9 aduerſuſ *B* 10 ⟨⟩ *D*: & *B* prelio *B*, *quod amplius non notabo* 11—13 ⟨⟩ *D*: Tum $\overline{\text{vi}}$ eiuſ | occidit · vi coepit · xxiiij ſuoſ *B* 13 āmiſit *D* 15 ſanguinem *D'B* 16 papyriuſ *B* 17 ſylle *D* 22 ſceuolū *D* antiſticium *D* 24 tracto *D'* 26 Sylla *BD* 26—122, 8 ⟨⟩ *D*: & $\overline{\text{xv}}$ eiuſ occiſiſ · cccc de ſuiſ | pdidit · *B* 29 ſylle *D* carbone *D*

nunc ad deditionem cogendo plurima exercitus eius parte priuauit. Metellus Norbani agmen oppressit, ubi nouem milia Marianae partis occisa sunt. Lucullus cum a Quintio obsideretur, erupit et repentina pugna obsessorem deleuit exercitum. nam plus quam decem milia ibi tunc caesa referuntur. Fabius uero Hadrianus, cui imperium pro praetore erat, regnum Africae seruorum manu affectans a dominis eorum apud Vticam coniectis sarmentis cum omni familia uiuus incensus est.⟩ Sulla deinde cum Lamponio Samnitum duce et ⟨Carrinatis⟩ reliquis copiis ⟨ante ipsam urbem portamque⟩ Collinam ⟨ad horam diei nonam⟩ signa contulit ⟨grauissimoque proelio tandem uicit. octoginta milia hominum ibi fusa dicuntur. duodecim milia sese dediderunt. reliquam multitudinem in fugam uersam insatiabilis uictorum ciuium ira consumpsit.

XVII Sulla mox ut urbem uictor intrauit,⟩ tria milia hominum ⟨qui se per legatos dederant, contra fas contraque⟩ fidem datam inermes ⟨securosque interfecit. plurimi tunc quoque ut non dicam innocentes sed etiam ipsius Sullanae partis occisi sunt, quos fuisse plus nouem milia ferunt. ita liberae per urbem caedes percussoribus passim uagantibus ut quemque uel ira uel praeda sollicitabat agitabantur. igitur cunctis iam quod singuli timebant aperte frementibus⟩ Quintus Catulus palam Sullae dixit 'cum quibus tandem uicturi sumus si in bello armatos, in pace inermes occidimus?' ⟨tunc Sulla auctore Lucio Furfidio primipilari primus infamem illam tabulam proscriptionis induxit. prima proscriptio octoginta hominum fuit, in quibus quattuor consulares erant Carbo Marius Norbanus et Scipio, et inter eos Sertorius tunc maxime pertimescendus. item alia cum quingentis nominibus proposita est. quam cum Lolius

---

3 Lucılluſ *D* 8 *et* 15 Sylla *D* 9 Lamponio *uulgo:* cāpama *BD*, campanıo *P* ſamnıtıum *B* 10 ⟨ante —⟩ *D:* ad portam *B* 11—15 ⟨⟩ *D:* l$\overline{xxx}$ homınum | occıdıt · *m*ox etıam urbem ıngreſſuſ *B* 11 grauıſſımaq. *D'* 16 data *B* 17—22 ⟨⟩ *D:* peremit · cumque magna cru | delıtate aduerſuſ ſonteſ ınſonteſque ſeuırent | *B* 17 *et* 24 ınhermeſ *BD* 18 ſyllane *D* 21 cunctı *D* 22 frentıb; *D, deinde* quıntu *D'* 23 ſyllę *B*, ſylle *D* 24—123, 8 ⟨⟩ *D:* Sylla delınc *B* 24 ſylla *D* 25 furſıdıo *D* prımıpılarıı *D*

quippe securus nihilque sibi conscius legeret ubi suum repente nomen offendit, dum se trepidus adoperto capite foro subtrahit interfectus est. sed ne ipsis quidem tabulis fides ac finis malorum uidebantur. namque alios quos proscripserant iugulabant, alios autem postquam iugulauerant proscribebant nec ipsius mortis erat uia simplex aut una condicio ut in nece ciuium saltem ius hostium seruaretur, qui nihil a uictis praeter uitam exigunt.⟩

Marcum Marium si quidem de caprili casa extractum uin- XVIII
ciri ⟨Sulla⟩ iussit ductumque trans Tiberim ⟨ad Lutatiorum sepulcrum⟩ effossis oculis membrisque minutatim desectis uel etiam defractis trucidari. ⟨post hunc Publius Laetorius senator et Venuleius triumuir occisi sunt. Marci Marii caput Praenesten missum. quo uiso Gaius Marius ultima desperatione correptus ubi a Lucretio obsedebatur, ne in manus incideret inimicorum cum Telesino mutua morte concurrit. dumque uiolentius ipse in concurrentem manus adigit, circa suum uulnus manus percutientis hebetauit. ita eo interfecto ipse leuiter uulneratus ceruicem seruo suo praebuit. Carrinatem praetorem Sulla iugulauit. inde Praeneste profectus omnes Marianae militiae principes hoc est legatos quaestores praefectos et tribunos iussit occidi.⟩

Rursus pugnam grauissimam habuit contra Lamponium et XVIIII
Carrinatem duces partis Marianae ad portam Collinam. septuaginta milia hostium in eo proelio contra Sullam fuisse dicuntur. duodecim milia se Sullae dederunt, ceteri in acie in castris in fuga insatiabili ira uictoris consumpti sunt. ⟨Pom-

---

2 phoro *D* 3 quide *D* 6 erant *D* conditio *D* 9 marco marium *B* 10 *et* 20 ſylla *D* 10 tyberim *BD* ſepulchrum *D* 11 ‖ membriſ minutatim exſectiſ *B* 12 etiam *om.* *B* fractiſ *B* 12—22 ⟨⟩ *D:* marium marii filium pręneſte | pſecutuſ obſedit · & ad mortem compulit *B* 13 uenulla eiuſ *D* capud *D* preneſtē *D*, Praeneſten *P* 15 lucrecio *D* incidere *D* 18 ebetauit *D* 19 ceruice *D* 23 habuit contra lamponium *B* 24 carinatem *D*, carrinateſ *B* partiſ marie *B* lxx *B* 25 ſyllam *BD* 26 xii *B* ſylle *D*, ſyllę *B* dediderunt *B* 27–124, 5 ⟨⟩ *D:* G quoque | carbo conſul alter ab arimino in ſiciliam fugit & ibi per gn pompeium inter|fectuſ eſt · quem aduleſcentem ſylla | atque annoſ unum

peius Gnaeum Carbonem alterum consulem fugientem ab Arimino ad Cossuram insulam in Aegyptum fugere conantem cepit et in Sicilia retractum compluresque cum eo socios eius occidit. Sulla cognita Pompeii adulescentis industria annos unum et uiginti nati⟩ tantis exercitibus ⟨eum⟩ praefecerat ut secundus a Sulla haberetur. occiso ergo Carbone Siciliam Pompeius recepit ⟨et in Africam transgressus eruptione circa Vticam facta decem et octo milia hominum interfecit. quo bello Domitius dux Marianus dum inter primores pugnat occisus est. idemque Pompeius Hiarbam Numidiae regem persecutus fugientemque a Bogude Bocchi Maurorum regis filio spoliari omnibus copiis fecit quem continuo Bullam reuersum tradito sibi oppido interfecit.⟩ post haec Sulla de Mithridate ingenti gloria triumphauit. Gnaeus etiam Pompeius quod nulli Romanorum tributum erat quartum et uicesimum annum agens de Africa triumphauit. ⟨Sulla dictator creatus est, et ut dominationis et crudelitatis libido honesti praecipuique nominis reuerentia et armaretur et uelaretur, uisus est tandem priuatus.

XX Creatis itaque Publio Seruilio et Appio Claudio consulibus hoc fine conclusa sunt⟩ duo bella funestissima sociale Italicum et ciuile ⟨Sullanum. haec per annos decem tracta sunt.⟩ consumpserunt autem ultra centum quinquaginta milia Romanorum: uiros consulares triginta tres, praetorios septem, aedilicios sexaginta, senatores ducentos absque innumeris totius Italiae populis qui passim sine consideratione deleti sunt.

Post haec tamen Sulla mortuo Lepidus Marianae partis

& xx natum cognita | eiuſ induſtria *B* 2 a Cossura insula *Orosius* 4 ſylla *D* pompei *D* adoleſcentiſ *D* 5 natum *D* praeferebat *D* 6 ſylla *BD* *quod amplius non notabo* 7—13 ⟨⟩ *D:* tranſgreſſuſ inde ad africam | domitium mariane partiſ ducem · & ier|dam regem mauritanię qui domitio au|xilium ferebat occidit · *B* 8 utica *D* 10 hiertam *DP* 13 mitridate *BD* 14 gn̄ *B* 16—20 ⟨⟩ *D:* hunc finem habuerunt *B* 17 liudo *D* 20 finem *D* italicum quod et ſociale dictum eſt *B* 21 ſyllanū *D* ⟨⟩ *D:* quę ambo tracta ſunt per annoſ x *D* tractata *P* 22 aū pluſ quam c̄l hominum uiroſ *B* 23 xxiij · *B* vij · *B* 24 lx *B* *ante* ſenatoreſ *add.* milia *D* fere · cc · *B* 26 lępiduſ *B*

⟨assertor⟩ aduersus Catulum Sullanum ducem surgens ⟨rediuiuos bellorum ciuilium cineres suscitauit.⟩ bis tunc acie certatum est, plurimi Romanorum ⟨ipsa iam paucitate miserorum et adhuc illo furore insanientium caesi sunt.⟩ Albanorum ciuitas pro eo quod illic Scipio ⟨Lepidi filius confugisset, obsidione obpugnata est atque excruciata fame ultima miserabilium reliquiarum deditione seruata est. ibi Scipio Lepidi filius captus atque occisus est.⟩ Brutus in Cisalpinam Galliam fugiens ⟨persequente Pompeio⟩ apud Rhegium interfectus est. ⟨ita hoc bellum ciuile non magis clementia Catuli quam taedio Sullanae crudelitatis ut ignis in stipula eadem celeritate qua exortum est euanuit.⟩

Hoc tempore Hierosolymis Alexandra uxor Alexandri regnabat, ex cuius aetate Iudaeos rerum confusio et uariae clades oppressere.

LIBER SEXTVS

Marco Aemilio Lepido Quinto Catulo consulibus ⟨anno ab I urbe condita sexcentesimo septuagesimo tertio sonantibus undique nouis bellorum fragoribus, quorum unum in Hispania erat, aliud⟩ in Pamphylia et Cilicia, tertium in Macedonia, quartum in Dalmatia. nam Sertorius ⟨uir dolo atque audacia potens cum⟩ partium Marianarum fuisset, timens fortunam ceterorum qui interempti erant ⟨fugiens ex Africa delapsus in Hispanias bellicosissimas gentes Hispaniae in arma excitauit. aduersum hunc ut breuiter definiam, duo duces missi.⟩ Quin-

1 ſyllanũ *D*, ſylanum *B* conſurgenſ *B* 1—2 ⟨ ⟩ *D*: bellum reparauit *B* 3—4 ⟨ ⟩ *D*: extincti *B* 5–8 ⟨ ⟩ *D*: lepiduſ confugiſſet · | expugnata & capta eſt · *B* 9 regium *D* 11 ſyllane *D* 12 exorta ſit *D* 13 hieroſolimiſ *D* *subscriptum* INCIPIT LIBER · VI · *in B*, EXPLIC' LI[B]ER (B *add. man. rec.*) · V · | INCIPIT LIBER · VI · *in D* 17—20 ⟨ ⟩ *D*: cum ſylla rem publicam | compoſuiſſ& · bella noua exarſerunt · | unum in hiſpania · alium *B* 20 pamphilia *B*, pamphiliã (˜ *rursus deletum*) *D* macedoniã *D* 21 dalmatiã *D* 21. 22 ⟨ ⟩ *D*: qui *B* 22 *fol.* 30 *u. explicit in uerba* cũ partiũ, *fol.* 31 *r. incipit* et profecto cepiſſet (128, 27) *in imi fol.* 30 *u. margine manus paullo recentior scripsit* deeſt *in D*: *quae igitur in hac parte in* ⟨*uncinis*⟩ *posita sunt, solus habet P* fuerat *B* 23—25 ⟨ ⟩ *P*: ad bellum commouit hiſpanaſ · | miſſi ſunt contra eum duceſ *B*

tus Caecilius Metellus, filius eius qui Iugurtham regem uicit, et Lucius Domitius praetor. ⟨quorum Domitius ab Hirtuleio Sertorii duce cum exercitu oppressus est, Manlius pro consule Galliae in Hispaniam cum tribus legionibus et mille quingentis equitibus transgressus iniquam cum Hirtuleio pugnam conseruit. a quo castris copiisque nudatus in oppidum Hilerdam paene solus refugit. postea cum impar pugnae solus Metellus putaretur, Gnaeus Pompeius ad Hispaniam missus est. Metellus multis proeliis fatigatus per deuia oberrans hostem mora fatigabat donec Gnaei Pompeii castris sociaretur.⟩ ita duobus ducibus aduersis Sertorius fortuna uaria saepe pugnauit.

II ⟨Pompeius contracto apud Pallantiam exercitu Lauronem obtinuit ciuitatem, quam tunc Sertorius superato fugatoque Pompeio captam crudelissime depopulatus est. reliquum agmen Lauronensium, quod caedibus superfuerat, miserabili captiuitate in Lusitaniam transduxit. Pompeium autem hoc est illum Romanorum ducem a se uictum fuisse gloriatus est, quem magna praeditum fiducia ad hoc bellum non pro consule sed pro consulibus Roma misisset. fuisse tunc Pompeio triginta milia peditum, mille equites Galba scribit, Sertorium autem septuaginta milia peditum, octo milia equitum habuisse commemorat. postea uero Hirtuleius cum Metello congressus apud Italicam Baeticae urbem uiginti milia militum perdidit uictusque in Lusitaniam cum paucis refugit. Pompeius Belgidam nobilem Celtiberiae urbem cepit. Sertorius deinde cum Pompeio congressus decem milia militum eius interfecit. ex alio cornu uincente Pompeio tantundem ipse perdidit. multa inter eos praeterea proelia gesta sunt. Memmius quaestor Pompeii idemque uir sororis eius occisus est, Hirtuleii fratres interfecti. Perpenna, qui se Sertorio iunxerat, comminutus est. postremo ipse Sertorius⟩ octauo decimo demum anno ⟨belli inchoati is-

2—10 ⟨⟩ *P:* a ſertorii duce hirtuleio domitiuſ occiſuſ eſt | metelluſ uario ſucceſſu contra ſertorium | dimicauit· Poſtea cum impar pugne | ſoluſ metelluſ putaretur gn̄ pompeiuſ | ad hiſpaniaſ miſſuſ eſt· *B* 3 malliuſ *P* 11 aduerſuſ *B* 12 palantiam *P* 13 obtinuit *om. P* 14 *post* Pompeio *add.* Lauronem *P* 30 perpenna *ita P* 31 octabo *P* 31—127, 1 ⟨⟩ *P:* per ſuoſ occiſoſ *B*

dem quibus et Viriatus suorum dolis interfectus⟩ est. finis ei bello datur per Gnaeum Pompeium ·adulescentem et Quintum Metellum Pium atque omnes prope Hispaniae ciuitates in dicionem populi Romani redactae ⟨Romanisque uictoriam sine gloria dedit. quamuis Perpennam postea pars exercitus eius secuta sit, qui a Pompeio uictus cum uniuerso exercitu suo interfectus est. ciuitatibus uero cunctis ultro ac sine mora per deditionem receptis duae tantum restiterunt hoc est Vxama et Calagurris, quarum Vxamam Pompeius euertit, Calagurrim Afranius iugi obsidione confectam atque ad infames escas miseranda inopia coactam id est uxorum cadauera atque liberorum facientes sibi cibos ultima caede incendioque deleuit. percussores Sertorii praemium ne petendum quidem a Romanis esse duxerunt quippe qui meminissent antea Viriati percussoribus denegatum.

Interea Macedonicum bellum Appius Claudius sortitus⟩ III
leuia proelia habuit contra uarias gentes, quae Rhodopam prouinciam incolebant ⟨et Macedoniam crudelissime depopulabantur. nam inter cetera dictu audituque horrenda, quae in captiuos agebant, raptis cum poculo opus esset, humanorum capitum ossibus cruentis capillatisque adhuc ac per interiores cauernas male effuso cerebro oblitis utebantur. quarum cruentissimi atque immanissimi Scordisci erant. has itaque, ut dixi, Claudius pellere Macedoniae finibus bello putauit magnisque se molibus obiecit malorum. unde cum animo aeger et curis circumsaeptus morbo insuper correptus esset, interiit.⟩ missus ei successor Gaius Scribonius Curio post consulatum ⟨qui attemptatarum superiore bello gentium uim declinans in Dardaniam arma conuertit eamque superauit⟩ et usque ad Danubium penetrauit triumphumque meruit et intra triennium bello finem dedit.

Ad Ciliciam et Pamphyliam missus est Publius Seruilius

---

1 *post* eſt *add.* & *B* 2 datuſ *B* gn̄ *B* 3 cıuıtateſ *om.* *B* 4 redacta *B*, reductae *P* 4—16 ⟨⟩ *P:* Ad macedonıam mıſſuſ eſt appıuſ clau¦dıuſ poſt conſulatum *B* 17 rodo|pam *B* 18—26 ⟨⟩ *P:* atque | ıbı morbo mortuuſ eſt *B* 27—29 ⟨⟩ *P:* ıſ dardanoſ uıcıt *B* 30 triumphumque *P:* trıumphum *B* 31 pamphılıam *B* publius] poſt *B*

ex consule, uir strenuus. is Ciliciam ⟨et Pamphyliam crudelissime adortus dum subdere studet paene deleuit. Lyciam et urbes eius obsessas oppressasque cepit. praeterea Olympum montem peruagatus Phaselidem euertit, Corycum diruit. Tauri quoque montis latera in Ciliciam uergentia peruagatus Isauros bello fractis in⟩ deditionem redegit atque intra triennium bello finem dedit. primus omnium Romanorum ⟨per Taurum duxit exercitum ac limitem itineris⟩ fecit. is reuertens triumphum accepit et nomen Isaurici meruit.

Atque in Illyricum missus est Gaius Cosconius pro consule. is ⟨protrita subactaque Dalmatia Salonas urbem florentissimam tandem expugnauit et⟩ cepit et composito bello Romam post biennium rediit.

Isdem temporibus consul Marcus Aemilius Lepidus Catuli collega ciuile bellum uoluit promouere, intra unam tamen aestatem motus eius oppressus est. ita uno tempore multi simul triumphi fuerunt Metelli ex Hispania, Pompei secundus ex Hispania, Curionis ex Macedonia, Seruilii ex Isauria.

IIII Anno urbis conditae sexcentesimo septuagesimo sexto Lucio Licinio Lucullo et Marco Aurelio Cotta consulibus mortuus est Nicomedes rex Bithyniae et testamento populum Romanum heredem fecit. ⟨interea Fimbria, Marianorum scelerum satelles, homo omnium audacissimus, Flaccum consulem cui legatus erat apud Nicomediam occidit ac mox arrepto exercitu Mithridatis filium ex Asia Miletopolim uenientem fugat, stationem Mithridatis inuadit ipsumque Pergamo pellit fugientemque insecutus apud Pithanam obsedit. et profecto cepisset si Lucius Lucullus ciuilibus discordiis curam rei publicae praetulisset eumque mari coartare obiecta classe uoluisset. inde Fimbria Iliensibus iratus, a quibus pro Sullanae partis studio obiectu

1—6 ⟨⟩ *D:* ſubegit · lycię urbeſ cla|riſſimaſ oppugnauit & coepit in hiſ | faſelidam · Olympum coracum | cilicie iſauroſ quoque adgreſſuſ ad *B* 2 Lyciam *Gruterus ex Orosio:* ciliciam *P* 6 redigit *B* 7. 8 ⟨⟩ in tauro iter *B* 10 hyllиricum *B* g · *B* 11—12 ⟨⟩ *P:* multam partem dalma,tie ſubegit · ſalonaſ *B* 12 coepit *B* 14 emuliuſ *B* 18 hiſauria *B* 19 dcmolxxvi *B* 21 bythinię *B* 25 uenientem fugit *P* 30 ſyllane *D*

portarum repulsus uidebatur, ipsam urbem Ilium, antiquam illam Romae parentem, funditus caede incendioque deleuit. sed eam Sulla continuo reformauit. idem Fimbria apud Thyatiram cum ab exercitu Fimbriae profugi Mithridati sese adiunxerunt, quorum hortatu Mithridates cum Sertorio per legatos in Hispaniam missos foedus pepigit. Sertorius ad eum Marcum Marium firmandi foederis causa misit, quem rex apud se retentum breui ducem fecit in locum Archelai, qui se iam ad Sullam cum uxore liberisque contulerat.

Interea〉 Mithridates rupta pace Bithyniam et Asiam rur- V
sus uoluit inuadere, 〈Marium et Eumachum duces suos〉 aduersum 〈Lucullum et Cottam consules misit cum magno exercitu. sed ambo consules aduersus eos〉 non unam habuere fortunam. Cotta apud Chalcedonem uictus ab eo acie 〈plurimis perditis〉 etiam intra oppidum coactus est et obsessus 〈Mithridates Cyzicum obsidendo fossa cinxit,〉 ut Cyzico capto totam Asiam inuaderet. Lucullus 〈eum alter consul a tergo obsedit et multis proeliis uicit fameque consumpsit eumque quod faciebat pati compulit atque ad ipsos Cyzicenos ut bono animo essent nuntium misit, unum ex militibus nandi peritum, qui duobus utribus suspensus mediam ipse regulam tenens plantisque subremigans septem milia passuum transmeauit. Mithridates inopia laborans classis partem copiarum instructam

---

3 ſylla *D* tyatıram *D* 4 *omissam* h *in Mithridatis nomine ex BD amplius non notabo* inde Fimbria apud Thyatira cum ab exercitu Sullae obsideretur desperatione adactus in templo Aesculapii manu sua interfectus est· Fannius et Magius de exercitu Fimbriae profugi Mithridati sese adiunxerunt *ex Orosio Gruterus* 8 ſyllam *D* 10 pace rupta *B* bıthınıã *D*, bythınıam *B* 11 uoluıtur *B* aduerſuſ *B* 12. 13 〈〉 *D:* eum ambo conſu|leſ mıſſı *B* 13 habere *D* 14 calcedonem *B* ab eıſ *D* 16 〈〉 *D:* Sed cum ſe ınde mıtrıdateſ | cızıcum tranſtulıſſet *B* cızıcĩ obſıdentẽ *D* cızıco *BD* 17–131, 5 〈〉 *D:* eı | alter conſul occurrıt · Ac dum dımı|trıdateſ ın obſıdıone cızıco commo|ratur · ıpſe eum a tergo obſedıt · fa|meque conſumpſıt & multıſ prçlııſ uı|cıt · Poſtremo bızantıum quç nunc | conſtantınopolıſ eſt fugauıt · nauali | quoque prçlıo duceſ eıuſ luculluſ op|preſſıt · Ita una hıeme & eſtate a lu|cuılo ad centum fere mılia regıſ extınc|ta ſunt *B* 17 eum] eı *DP, cf. Gruterus* 19 cızıcenoſ *D* 23 ſtructã *D*

armis domum abire praecepit. quam Lucullus excipiens uniuersam disperdidit. nam amplius quindecim milia hominum tunc interfecisse narratur. tunc etiam Fannius, qui se Mithridati iunxerat, et Metrophanes regius praetor a Mamerco uicti cum duobus milibus equitum in Moesiam profugerunt atque in Maeoniam digressi in colles camposque Inarimos inciderunt. ubi non solum montes usti uel saxa quasi quadam fuligine obfuscata cernuntur uerum etiam campi ambusto solo squalidi per quinquaginta milia passuum sine ullo ignis uel fornacis indicio et pendulo in profundum cinere putres iacent, tribus etiam locis torridae uoragines ostenduntur, quas Graeci Physas uocant, in quibus diu oberrantes inopinatis tandem periculis exempti sunt et clam in regis castra uenerunt. Deiotarus rex Gallograeciae praefectos regis bello trucidauit.

VI Interea Mithridates apud Cyzicum eadem mora qua obsidebat obsessus in magnam penuriam pestilentiamque exercitum suum coartauit. nam plus quam trecenta milia hominum fame et morbo in eadem obsidione amisisse fertur. ipse cum paucis arrepta naui clam fugit ex castris. Lucullus incruento milite spectator cladis alienae nouum genus uictoriae adeptus est. mox Marium adortus uicit fugauitque. in quo proelio plus quam undecim milia Marianorum militum interfecta referuntur. Lucullus postea cum eodem Mario nauali proelio congressus triginta et duas naues regias et complures onerarias aut demersit aut cepit. multi ibi ex his quos Sulla proscripserat interempti sunt. Marius postera die de spelunca ubi latebat extractus meritas hostilis animi poenas luit. eodem uero Lucullus imperatu Apamiam uastauit et sub monte Olympo Prusam munitissimam ciuitatem, captam expugnatamque diripuit. Mithridates aduersus Byzantium instructa classe nauigans tempestate correptus octoginta rostratas naues perdidit. ipse autem cum quassata iam naui mergeretur, in myoparonem

---

4 metraphanſ *D* 6 moeniam *DP*, *emend. ex Orosio Gruterus* 6 colleſ *P:* colle *D* maremoſ *DP* 11 phyraſ *D*, phyſaſ *aut* phyraſ *P* 15 çızıcŭ *D* 17 trecentı *D* 25 ſylla *D* 27 penaſ *D* 29 Prusam] prıuſ ad *D*, prıuſad *P*, Opusam *cod. Pithoei* capta expugnataq. *D* 30 bızantium *D* 32 autem *om.* *D* quaſſa *D* mocoparonē *D*

Seleuci piratae ipso pirata iuuante transiliuit. inde Sinopen ac post Amison cum magna difficultate peruenit.

Eodem anno apud Romam Catilina incesti accusatus, quod cum Fabia uirgine Vestali commisisse arguebatur, Catuli gratia fultus euasit.⟩

Anno ab urbe condita sexcentesimo septuagesimo octauo VII
Macedoniam prouinciam Marcus Licinius Lucullus accepit consobrinus eius qui contra Mithridatem bellum gerebat, et in Italia nouum bellum subito commotum est. gladiatores enim septuaginta et quattuor ⟨Capuae a ludo Gnaei Lentuli diffugerunt, qui continuo ducibus Crixo et Oenomao Gallis et Spartaco Thrace⟩ Vesuuium montem occupauerunt. unde erumpentes Clodii praetoris, qui eos obsidione cinxerat, castra expugnauerunt ipsoque in fugam acto cuncta in praedam auerterunt. inde per Consentiam et Metapontum circumducti ingentia breui agmina collegerunt. ⟨nam Crixo decem milium multitudo, Spartaco autem triplex tunc numerus fuisse fertur. Oenomaus enim iam in superiore bello fuerat occisus. hi⟩ itaque cum caedibus incendiis rapinis stuprisque omnia miscerent ⟨in exequiis captiuae matronae, quae se dolore uiolati pudoris necauerat, munus gladiatorum ex quadringentis captiuis scilicet et quod spectandi fuerant spectaturi utpote lanistae gladiatorum potius quam militum principes ediderunt. deinde consules Gellius et Lentulus aduersum eos cum exercitu missi. quorum Gellius Crixum acerrime pugnantem proelio oppressit. Lentulus a Spartaco superatus aufugit. post etiam conlatis

---

1 pirato iubente tranſſiluit *D* 4 cōmiſſe *D* 6 urbiſ rome dclxxmo | viij · *B* 7 m̄ licinnuſ *B* conſubrinuſ *B* 10 lxx enim & quattuor | gladiatoreſ *B* 10—12 *D:* ducibuſ partaco crixo & oeno|mao effracto capuę ludo fugerunt *B* 10 *post* Lentuli *add.* effecto capu *D*, effracto capu *P*, *cf. Gruterus* 11 ynomao *DP* 12 beſubium *D*, neſu|bium *B* 13 cincxerat *B* 16 colligerunt *BD* 18 ynomauſ *D* 19 miſcere *D* 20—132, 16 ⟨⟩ *D:* multeque ſe | matroue ob dolorem pudoriſ uiolati | necarent · poeue uon leuiuſ bellum in ea | quam annibal moueruut · Nam | multiſ dncibnſ & duobuſ ſimul roma|norum conſulibuſ uictiſ lx fere milium | armatorum exercitum congreganeruut ‖ uictique ſunt in apulia a marco licinuio | craſſo proconſule · *B* 24 *et* 25 geliuſ *D*

frustra ambo consules copiis, accepta graui clade fugerunt. dehinc Gaium Cassium pro consule idem Spartacus oppressum bello interfecit. itaque exterrita ciuitate non minore propemodum metu quam sub Hannibale circa portas fremente trepidauerat, senatus Marcum Licinium Crassum cum legionibus consulum nouoque supplemento militum misit. is mox ut fugitiuorum pugnam iniit, sex milia eorum interfecit, octo milia uero cepit. inde priusquam ipsum Spartacum ad caput Silaris fluminis castra metantem bello adgrederetur, Gallos auxiliatores eius Germanosque superauit, e quibus triginta milia hominum cum ipsis ducibus occidit. nouissime ipsum Spartacum in Apulia disposita acie congressum maximasque cum eo fugitiuorum copias perculit. nam sexaginta milia eorum caesa, sex milia capta referuntur. tria milia ciuium Romanorum recepta sunt. ceteri qui ex hoc bello lapsi oberrabant, per complures duces frequenti indagine adtriti sunt⟩ et post multas calamitates Italiae tertio anno bello huic finis impositus.

VIII Anno ab urbe condita sexcentesimo octogesimo primo duo tantum grauia bella in imperio Romano erant Mithridaticum et Macedonicum. haec duo Luculli agebant Lucius Lucullus et Marcus Lucullus. Lucius ergo Lucullus post pugnam Cyzicenam, qua uicerat Mithridatem, et naualem qua duces eius oppresserat, persecutus est eum et recepta Paphlagonia et Bithynia etiam regnum eius inuasit. Sinopen et Amison ciuitates Ponti nobilissimas cepit. ⟨sed Sinopen Seleucus archipirata et Cleochares spado, qui praesidii causa praeerant, expilatam atque incensam reliquerunt. Lucullus miserorum hostium intestina clade permotus celeri occursu immissum restinxit incendium. ita misera ciuitas uersa uice hostium sociorumque unde defendenda disperdita et unde disperdenda seruata est. praeterea Lucullus transgressus Eufraten et Tigrin⟩

7 inud *D* octo milia] Actum *DP* (*an fuit* octo M? *cf. ad p.* 133, 5) 8 capud *D* 12 dispositum *D* 18 Sexcentesimo octogesimo primo anno | urbis conditę publio · cornelio · tantum | *B* duo *om. D* 19 in *om. B* mitridaticū *D* 21 cizicenā *D* 23 paflagonia *BD* 24 bythinia *B*, bithinia *D* amisson *BDP* 25 coepit *B*

secundo proelio apud Gaueram ciuitatem ⟨Tigranis⟩, quo ingentes copias ex omni regno adduxerat Mithridates, cum ⟨Tigrane et Mithridate congressus paruissima suorum manu magnum hostium numerum triginta milia in eo bello occidit. Mithridates uix sexcentis equitibus comitatus aufugit⟩ castra eius direpta ⟨diademate et tiara, ne agnosceretur, abiectis.⟩ Armenia quoque minor, quam tenuerat, eidem sublata est. susceptus tamen est Mithridates post fugam a Tigrane Armeniae rege, qui tunc ingenti gloria imperabat et Persas saepe uicerat, Mesopotamiam et Syriam et Phoenicis partem occupauerat.

Ergo Lucullus repetens hostem fugatum ⟨inminente hieme⟩ VIIII
etiam regnum Tigranis, qui Armeniis imperabat, ingressus est, Tigranocertam ciuitatem Arzianae nobilissimam regni Armenii accepit. ipsum regem cum septem milibus quingentis clibanariis et septem milibus sagittariorum et armatorum uenientem, cum decem et octo milibus militum uicit, ut magnam partem Armeniorum deleuerit. inde Nisibin profectus eam quoque ciuitatem cum regis fratre cepit. sed hi quos in Ponto Lucullus reliquerat cum exercitus parte, ut regiones uictas et iam Romanorum tuerentur, neglegenter se et auare agentes occasionem iterum Mithridati in Pontum inrumpendi dederunt atque ita bellum renouatum est. Lucullo paranti capta Nisibi contra Persas expeditionem successor est missus.

⟨Eodem tempore Metellus Siciliae praetor cum foedissima X
illa Gaii Verris praetura Siciliam afflictam inuenisset, maxime

1 gaueram *D:* gaberam *BP cod. Pithoei* tıgranı ın quo gentef copıaf *D* 2—6 ⟨⟩ *D:*: $\overline{\text{xxx}}$ lectıffıma regıf | a* (*in ras. fuit* u) romanorum uaftata effent · mıtrıda ‖ tef fugatuf eft & *B* 2 tıgrano *D* 3 manum | agmınū *D* 4 numerum occıdıt nam trıgınta mılıa homınum ın eo bello ınterfecıt Mıthrıdatef *uulgo* 5 sexcentis] de *D* 6 thıaram *D* 9 tygrane *B* tum *B* 10 occu | pauerat & fyrıam & foenıcef partem · | *B* 11 femıcıf *D* 13 tygranıf *B* 14 tygranocertam *B* arzıanene *B* armenı *B* 15 $\overline{\text{vıı}}$d glıbanarıf & centum mılıbuf *B* quıngentıf — mılıbuf *om. D* 17 cum *om. B*, *deinde* decem et | vııı mılıtum *B* *ante* uıcıt *add.* habenf ıta *BD* 19 coepıt *B* 20 exercıtu *D* 21 neglegentef *B* 22 dedıderunt *D* 23 parentı *D* poft *om. BD* *post* captam nıfıbın (*D*) 26 gaı *D*

Pyrganione archipirata nefariis caedibus dilacerante, qui pulsa classe Romana Syracusanum portum optinuerat, quem mox nauali terrestrique proelio comminutum Sicilia decedere compulit.⟩

Alter autem Lucullus, qui ⟨Curioni in Macedoniam successerat⟩ Bessis primus Romanorum intulit bellum atque eos ingenti proelio in Haemo monte superauit, oppidum Vscudamam quod Bessi habitabant, eodem die quo adgressus est, uicit. Cabulen cepit et usque ad Danubium penetrauit. expugnauit etiam gentes, quae Rhodopeis montibus erant circumfusae, ⟨quas Claudius iam Macedoniae finibus pellere bello putauit.⟩ inde multas supra Pontum positas ciuitates adgressus est. illic Apolloniam euertit, Calatin Parthenopolim Tomos Histrum Burthiaonem cepit belloque confecto Romam rediit. ambo tamen triumphauerunt, Lucullus qui contra Mithridatem pugnauerat, maiore gloria, cum tantorum regnorum uictor redisset.

Confecto bello Macedonico manente Mithridatico, quod recedente Lucullo rex collectis auxiliis reparauerat, bellum Creticum ortum est. ad id missus Caecilius Metellus ingentibus proeliis intra triennium ⟨totam insulam cepit legesque Minois Romanis legibus permutauit⟩ appellatusque est Creticus atque ex insula ⟨Crete⟩ triumphauit.

Quo tempore Libya quoque Romano imperio per testamentum Appionis, qui rex eius fuerat, accessit, in qua inclytae urbes erant Berenice Ptolomais et Cyrene.

XI Dum haec aguntur, piratae ⟨per omnia sparsi maria etiam

---

1 dilacerantem *D* ſiracuſanū *D* 4. 5 ⟨⟩ *D:* macedoniam amminiſtrabat *B* 6 hemo *BD* muſcudamam *DP* 7 eo *B* aggreſſuſ *B* 8 coepit *B* et *om. B* poenetrauit *B* 9 rodopeiſ *B* circumfuge *B*, *deinde* in | ter cetera dictu audituque horrida quę in | captiuoſ agebant raptiſ cum poculo | opuſ eſſet humanorum capitum | oſſibuſ cruentiſ capillatiſque adhuc | ac per interioreſ cauernaſ male eſſoſſo | cerebro oblitiſ auide ac ſine horrore tam | qui ueriſ poculiſ utebantur *add. B* 11 aggreſſuſ *B* 12 Calatin] galatiam *cod. Pithoei* galathiam *BDP* 13 burtiaonem *DP*, burziaonem *B* coepit *B* ambo tamen *D* tamen *om. D* 16 quo *B* 18 hortum *BD* 19. 20 ⟨⟩ *D:* omnem prouin | ciam coepit *B* 22 lybia *BD* 24 uerenice *D*, uaernice *B* ptolomahiſ *B* & *om. B* 25 pyrate *BD* 25—135. 3 ⟨⟩ *D:* omña | maria infeſtabant · ita ut romaniſ | toto orbe uictoribuſ ſola

non tantum intercipientes nauium commeatus sed etiam insulas prouinciasque uastantes impunitate sceleris et auiditate praedae uulgo sese adsociantibus in immensum augebantur.⟩ quare id bellum Gnaeo Pompeio decretum est ⟨qui id post multam uastationem, quam terra marique diu egerant⟩ intra paucos menses ingenti ⟨felicitate et mira celeritate⟩ confecit. ⟨postea successor Luculli factus in minore Armenia iuxta montem Dastracum castra Mithridatis obsidione conclusit. rex cum omnibus copiis eruptione per noctem facta insuper etiam persequentem bello repellere statuit. sed Pompeius fugientes persequi intendit. itaque bellum nocte commissum est. luna tunc orta a tergo Romanis erat et milites Mithridatis longitudine umbrarum proximitatem hostium rati cuncta in irritum tela fuderunt. Romani uelut inermes postea adgressi sine labore uicerunt castraque ceperunt. namque de exercitu Mithridatis quadraginta milia caesa uel capta sunt, Romani mille uulnerati, uix autem quadraginta interfecti et duo centuriones. Mithridates inter tumultus belli fuga lapsus adiutus etiam beneficio sublustris noctis euasit. relictusque ab omnibus amicis philosophis scriptoribus rerum uel carminum ac medicis solus per deuia equum manu trahens atque ad omnes nocturnos strepitus trepidans in quoddam castellum diuertit atque inde in Armeniam perrexit.

Pompeius Mithridatem insecuturus inter duo flumina, quae XII
ab uno monte diuersis specubus exoriuntur hoc est Euphraten et Araxen urbem Nicopolim senibus lassis et aegris uolentibus

---

naugatio tuta non eſſ& *B* 2 pucıaſq. *D'* allıdıtate *DP*, *em. ex Orosio Gruterus* 3 agebantnr *D* 4 ıd *om. D* 4. 5 ⟨⟩ *D:* quod *B* 6 ⟨⟩ *D:* & felıcıtate & uelocıtate *B* 7—136, 18 ⟨⟩ *D:* mox eı delatum | etıam bellum contra regeſ mıtrıda | ten in armenıa mınore nocturno prę|lıo uıcıt · caſtra dırıpuıt · xl eıuſ occıdıt · | xx tautum de exercıtu ſuo perdıdıt · | & duoſ centurıoneſ · mıtrıdateſ cum uxore | fugıt & duobuſ comıtıbuſ · neque multo · poſt | cum ın ſuoſ ſeuir& & compluresſ amıcoſ | ſuo nec non exıpodram magare · | quę fılıoſ ſuoſ *B* 12 et mılıteſ *om. D* mıtrıdatı *DP*, Mithridatii *coni. Gruterus* 13 pxımıtate *D* 15 mıtrıdatı *D* 16 uulneratı *in fine uers. om. D* 17 duoſ *D* 22 ſtrepıtoſ (toſ *in ras.*) *D* 24 mıtrıdate *D* 25 ſpecudıbuſ *D* 25 eufraten & traxen *D* 26 femcıb; lıxıſ & egrıſ *DP*, *em.*

condidit. Horodis Albanorum regis exercitum praefectosque eius ter proelio uicit. postea epistulas Horodis et munera pro pace cum Albanis instauranda libenter accepit ueniamque ei et pacem dedit. Artacen regem Hiberiae bello fudit totamque Hiberiam in deditionem accepit. Armeniam minorem Deiotaro Galatiae regi donauit, quia socius belli Mithridatici fuerat. Attalo et Pylaemeni Paphlagoniam reddidit. Aristochum Colchis regem imposuit. mox de Ponto promouens Parthiam ad Ecbatanam urbem caput Parthici regni quinquagesimo die uenit. in Bosporo Mithridate Cerealia sacra celebrante terrae motus adeo grauis repente exortus est ut magna clades ex eo urbium atque agrorum secuta narretur.

XIII Eodem tempore Castor Mithridatis praefectus, qui Phanagorio praeerat, interfectis amicis regis arcem occupauit et quattuor filios Mithridatis ad praesidia Romana transmisit. Mithridates accensus ira in scelera exarsit. nam cum plures amicos suos nec non Exipodram filium suum interfecisset, cum ante iam alio Macharem parricidio⟩ trucidasset, Pharnaces alter filius eius exemplo fratrum territus exercitum ad persequendum se missum sibi conciliauit et mox aduersus patrem duxit ⟨iusto iudicio, quia ille aduersus patrem suum de regni iure certauit. interea⟩ Mithridates diu ex altissimo muro filium frustra precatus ubi inexorabilem uidit ⟨moriturus exclamasse fertur⟩ 'quoniam Pharnaces' inquit 'mori iubet uos, si estis dii patrii, precor ut quandocumque et ipse hanc uocem a liberis suis audiat. statimque descendens ad uxores pelices ac filias suas uenenum omnibus dedit. quod cum ipse nouissimus hausisset nec tamen propter remedia, quibus ⟨uitalia sua aduersus noxios sucos saepe obstruxerat⟩ ueneno confici posset ⟨frustraque spatiaretur

---

ex Gualterii codice Gruterus 1 condit oram herodiſ *D* (horodiſ *P*) 2 epłaſ *D* 3 pro pace *om.* *DP*, *Orosii Palat*, *add. Pithoeus* 4 artacem *P* 5 Armenia *D* 6 mitridatici *D* 7 attallo & polomem ·paflagoniã *D* cholciſ *D* 8 ꝑmobenſ parthiã & hęcbathanã *D* 10 boſphorũ *D* 14 pręherat *D* 17 tũ ante iã *D* 18 patricidio *D* farnaceſ *B* 20 sibi] ſi *D'* 23 ⟨⟩ *D*: ita fertur exclamaſſe *B* 24 farnaceſ *B* inquid *BD* 25 hanc uocem ipſe audiat a liberiſ ſuiſ *B* 26 peliceſ *D*: feliceſ *B* 28. 29 ⟨⟩ *D*: ſe pręmunierat *B* 29 poſſit *B*

siquo tandem modo infusa pestis per uenas uegetatione corporis acta discurreret⟩ Gallum quendam militem ⟨iam fracto muro discurrentem⟩ inuitauit eique iugulum praebuit. hunc ⟨exitum uitae Mithridates habuit nobisque sententiae suae fortissimum argumentum reliquit, homo omnium ut ferunt superstitiosissimus, qui duarum et uiginti gentium linguis, quas sub regno habuit, locutus est ita ut numquam legationes sub interpretibus audiret.⟩ periit apud Bosporum uir ingentis industriae consiliique, regnauit annis quadraginta, uixit septuaginta duobus ⟨habens secum semper philosophos omniumque artium peritissimos.⟩ contra Romanos bellum habuit annis quadraginta ⟨alii dicunt triginta.

Anno ab urbe condita sexcentesimo octogesimo nono Marco XIIII
Tullio Cicerone oratore et Gaio Antonio consulibus Pompeius occisi Mithridatis nuntio accepto, Tigrani⟩ bellum intulit. ille se ei dedidit, et in castra Pompei sexto decimo miliario ab Artaxata uenit ac diadema suum cum procubuisset ad genua Pompei, in manibus ipsius collocauit. quod ei Pompeius reposuit honorificeque eum habitum regni tamen parte multauit et grandi pecunia. adempta est ei Syria Coele, Phoenice, Sophene. sex milia praeterea talentorum auri argentique populo Romano dedit, quia bellum sine causa Romanis commouisset. mox Ituraeos et Arabas uicit ⟨urbemque eorum quam Petram nominant, cepit⟩ et cum uenisset in Syriam, Seleuciam uicinam Antiochiae ciuitatem libertate donauit, quod regem Tigranem non recepisset. Antiochensibus obsides reddidit, aliquantum

---

1 tandem] tantum *D* 4—8 ⟨⟩ *D:* finem | habuit mitridatef *B* 5 reliquid *D* 8 bofphorum *D*, bofforum *B* 9 confilufq. *D* lx uicit lxxij *B* 11 xl *B* 13—15 ⟨⟩ Tigrani deinde pompeiuf | *B* 14 aratore · et gneo *D* 16 dedit *D* xvimo *B* 19 honorifice *B* eum] ei *D* 20 fyriacylen · & fenicef ofene *D*, fyria · fenicę · | fofene *B* 21 $\overline{\text{vi}}$ *B* auri *om. BD* 22 daret *BDP*, *cf. Gruterus* 23 *ante* mox *add.* Pompeiuf mox etiam albanif | bellum intulit · & eorum regem proden|ter uicit · Poftremo per epiftolaf ac mu|nera rogatuf ueniam ei ac pacem dedit · | hiberie quoque regem artacen uicit acię · | & in deditionem accepit · armeniam mino|rem deiotaro galatię regi donauit · qui | fociuf belli mitridatici fuerat · atta|lo & polemeni paflagoniam reddidit · ‖ ariftarchum colchif regem | impofuit *B* 23 itureof *D* 25 libertatem *BD* ty|granem *B* 26 antiocenfibuf *B*

agrorum Damascensibus dedit quo lucus ibi spatiosior fieret delectatus loci amoenitate et aquarum abundantia. inde ad Iudaeam transgressus ⟨quibus Aristobulus expulso fratre Hircano primus ex sacerdote rex praeerat, atque ad Hierosolymam urbem eorum Gabinium cum exercitu mittit. ipse continuo subsecutus et a patribus urbe susceptus sed a plebe muro templi expulsus oppugnationem eius intendit. id⟩ non solum natura loci uerum etiam ingenti muro fossaque maxima munitum, cum alias aliis legiones dies noctesque succedere sine requie cogeret, uix tertio mense expugnauit: quattuordecim milibus ibi Iudaeorum occisis ⟨cetera multitudo in fidem uenit⟩ muros ciuitatis euerti aequarique solo imperauit, cuius circuitus quattuor milia passuum dicitur fuisse. cumque aliquantos principes Iudaeorum securi percussisset, Hircano sacerdotium restituit, Aristobulum captiuum Romam duxit. hoc bellum orientis cum uiginti et duobus regibus sese gessisse ipse Pompeius ⟨pro contione⟩ narrauit.

XV Interea Lucius Sergius Catilina nobilissimi generis uir sed ingenii prauissimi, ad delendam patriam coniurauit cum quibusdam claris quidem sed audacibus uiris. ⟨*cuius coniuratio* per eosdem dies in urbe habita ac prodita est. in Etruria uero ciuili bello extincta est. sed⟩ a Cicerone ⟨Catilina⟩ urbe expulsus est. socii eius deprehensi et in carcere strangulati sunt. ab Antonio altero consule Catilina ipse proelio uictus et interfectus ⟨est. sed hanc historiam agente Cicerone et describente Salustio satis omnibus notam nunc a nobis breuiter fuisse perstrictam sat est. motus etiam in Pelignis ortus a

---

1 locuſ *B* 2 amęnitate *D* habundantia *D* 3 ıudeam *D* 3—7 ⟨⟩ *D:* eſt · hiero|ſolymam caput gentıſ obſedıt *B* 3 arıſtoboluſ *D* yrcano *D* 4 hıeroſolımâ *D* 8 munıta *BD* 9 alias] alıſ *D* regioneſ dıe noc | teque *B* 10. 11 $\overline{\text{xiiij}}$ ıu | dęorum *B* 10 mılıa *D* 11 ⟨⟩ *D:* ceterıſ ın fidem accepıt *B* 13 $\overline{\text{iiij}}$ *B* 14 hyrcano *B* 15 arıſtobolum *BD* captum *B* 18 interea *D:* hıſ geſtıſ ın aſıam ſe rece | pıt · & finem antıquıſſımo bello dedıt · *m* tullıo cıcerone oratore & $\overline{\text{gn}}$ antonıo | conſulıbuſ anno urbıſ condıte dcmo | lxxxmo nono *B* catılena *BD* 20 cuıuſ coniuratıo *om. DP* 22 cıbıli *D'* catılena *D* 23 depręhenſı *B*, *deinde* et *om. B* ſtragulatı *D* 24 antonıno *B*

Marcellis patre et filio per Lucium Vettium proditus patefacta Catilinae coniuratione quasi succisa radice compressus est: et de utroque per Bibulum in Pelignis, per Ciceronem in Brittiis uindicatum est.⟩

Anno ab urbe condita sexcentesimo nonagesimo Decimo Iunio Silano et Lucio Murena consulibus Metellus de Creta triumphauit, Pompeius de bello Piratico et Mithridatico. nulla umquam pompa triumphi similis fuit. ducti sunt ante eius currum filii Mithridatis, filius Tigranis et Aristobulus rex Iudaeorum. praelata est ingens pecunia et auri atque argenti infinitum. hoc tempore nullum per orbem terrarum graue bellum erat.

Anno ab urbe condita sexcentesimo nonagesimo tertio XVI
Gaius Iulius Caesar, qui postea imperauit, cum Lucio Bibulo consul est factus. decreta est ei Gallia ⟨transalpina et cisalpina⟩ et Illyricum cum legionibus denis ⟨in quinquennium datis. Galliam comatam postea senatus adiecit. hanc historiam Suetonius Tranquillus plenissime explicuit, cuius nos competentes portiunculas decerpsimus. Heluetiorum animos, fortissimae Gallorum omnium gentis, ea uel maxima causa, quod perpetuo paene cum Germanis bello altercabantur, a quibus Rheno tantum flumine dirimuntur, Orgetorix quidam princeps gentis spe totas inuadendi Gallias in arma accenderat. quo ceteri optimates correpto et ad mortem coacto cohibere tamen semel animatas in praedam plebes nequiuerunt. qui coniuratione facta ac die dicta exustis uicis et domibus suis,

---

1 b&tium *D* 2 catilene *D* 5 dcxcmo | anno urbiſ conditę *B* Decimo *B*· decio *D* 7 pyratico *B* mitridatico *BD* 9 tygraniſ *B* ariſtoboluſ *BD* 13 urbiſ conditę dcmo | xciij · G *B* 14 lucio *D*, L *B* 16 [h]illiricũ *D*, hylliricum *B* 16—140, 27 ⟨⟩ *D*: primoſ uicit heluetioſ · | qui nunc squadi appellantur · deinde | uicendo bella grauiſſima uſque ad | oceanum brittanicum proceſſit · | Expugnauit namque in ea heluitioſ · | tulingoſ · latatboloſ · rauracoſ · &boloſ · | ex quibuſ xl$\overline{vii}$ perempta ſunt · cętera | diffugerunt · dein ariouiſtum regem cui | auxiliabantur arudeſ · marcomoneſ · ‖ triboci · uuangioneſ · nemeteſ · eduſeſ · | & sueui fugere compulit duaſque uxo | reſ eiuſ totidemque exercitum per | quinquaginta milia paſſuum | inſatiabiliter cęcidit *B* 17 date *D* 18 ſetoniuſ *D* 19 helbitiorum *D* 20 fortiſſima *D* iſ *in* gentiſ *in ras. in D*

ne quod desiderium ex spe reuertendi foret, profecti sunt. quos cum ad Rhodanum fluuium obuios Caesar habuisset, magno difficilique bello bis uicit uictosque ad deditionem coegit. horum fuit cum primum progressa est omnis multitudo, Heluetiorum Tulingorum Latobogiorum Rauracorum et Boiorum utriusque sexus ad centum quinquaginta septem milia. ex his quadraginta et septem milia in bello ceciderunt, ceteri in terras proprias remissi sunt. postea Caesar contra Ariouistum regem excitantem inuehentemque secum incredibiles Germanorum copias, quibus nuper uniuersos Galliarum populos se subegisse iactabat, apud Sequanos fugere compulit, cum diu exercitus Caesaris Germanorum multitudine et uirtute perterritus pugnam detractasset. Ariouistus in Germaniam arrepta nauicula Rhenum transuectus effugit. uxores eius duae totidemque filiae captae sunt. fuerunt autem in exercitu Ariouisti Arudes Marcomones Triboci Vangiones Edures Nemetes Eudeses et Sueui. pugna maxime grauis ex phalange Germanorum fuit, quam coacto in unum agmine scutisque supra capita contextis ad inrumpendam Romanorum aciem tuti undique praestruxerant. sed postquam aliqui Romanorum militum agilitate audaciaque insignes supra obductam saliere testudinem scutisque singillatim uelut squamis reuulsis desuper nudos deprehensorum detectorumque humeros perfoderunt, territi hostes nouo mortis periculo terribilem dissoluere compagem. exinde fugam uersi per quinquaginta milia passuum insatiabiliter caesi sunt neque conici numerus potuit Germanorum uel quantus pugnae affuerit uel quantus fuerit occisorum.⟩

XVII Post haec ⟨Belgarum gens, quae tertia pars Galliarum est, aduersum Caesarem exarsit, quorum distributim copia haec fuit. Bellouagui qui ceteris numero et uirtute praestare uide-

---

1 ex puer | tendı *D* 2 obuıo *D* 4 heluıtıorū *D* 6 ex hıſ — ſeptem mılıa *om.* *D* 7 cetera *D* terra *D* 8 remıſſa *D* arıobıſtū *D* 16 marcomoneſ *DP* nemeteſ eudeſeſ *P*, nemeteſ | eduref · eudeſeſ *D* 17 falange *D* 19 ınrupendam *D* 20 alıquıſ *D* 28—141, 3 ⟨⟩ *D*: gen | tem belgarum cuı adheſerant bello | uagui cum xl̅ armatorum ſueſſoneſ | cum l mılıbuſ Interuı preterea quorum | adeo ındomıta ferıtaſ erat *B*

rentur habuere lectissima sexaginta milia armatorum, Suessones ex duodecim oppidis quinquaginta milia, Neruii quorum adeo indomita feritas praedicabatur⟩ ut numquam mercatores ad se accedere sinerent ⟨uina ceteraque uenalia deferre, quibus inducta iucunditas torporem uirtutis afferret, habuerunt similiter quinquaginta milia, Atrebates etiam et Ambiani decem milia, Morini uiginti quinque milia, Menapi nouem milia, Caleti decem milia, Velocasses et Veromandi decem milia, Atuatici decem et octo milia⟩ Condures Eburones Caerosi Caemanni qui uno nomine Germani uocantur ⟨quadraginta milia. ita omnes insimul fuisse referuntur ducenta septuaginta duo milia armatorum lectissima. his repente e siluis erumpentibus exercitus Caesaris perturbatus atque in fugam actus plurimis suorum amissis⟩ tandem hortatu Caesaris restitit ⟨uictoresque adgressus⟩ usque ad internicionem paene deleuit.

XVIII

⟨Igitur Caesar magnis in Gallia rebus gestis cum in Italiam proficisci decreuisset, Galbam cum legione duodecima ad Veragros Sedunosque misit. qui cum hiemandi causa in uico Veragrorum, cui nomen erat Octodurus, consedisset mediamque oppidi partem, quae torrente distinguebatur, accolis concessisset, quadam die eosdem discessisse per noctem ac proximo insedisse colli uidet. quippe illi paucitatem uix mediae legionis despectui habentes ultroneam sibi praedam nullo cessuram negotio arbitrabantur finitimosque suos in hanc caedis et praedae societatem uocauerant. igitur Galba tam praesentibus periculis circumsaepto ac trepido atque inter uarias consultationes certi consilii incerto repente Galli descensu montis effusi

4—9 ⟨ ⟩ *D:* Hı nıhılhomınuſ l mılıa ar | matorum˙ habenſ · atrepateſ etıam | & ambıanı menappıcaletı · uelocaſeſ · | uelomandı · at uatuſ · *B* 4 deferret *D* 5 ıocundıtaſ corporē *D* 7 bıgıntı *D* 9 condurſeſ *B* ¦caeroſı caemannı *P*, ceroſı cemannı *BD* 10—14 ⟨ ⟩ *D:* quorum om | nıum cum hıſ quoſ ſupra dıxımuſ · c · | lx̄x̄ fuıſſe referuntur · | hı cum repente e ſıluıſ erumpenteſ | exercıtum ceſarıſ perterrıtum | ın fugam uertıſſent *B* 11 ducentıſ *D* 12 *post* hıſ *add.* cum *D* 14 ortatu *D* reſtıtuıt *D* *ante* reſtıtıt *add.* exercıtuſ *B* 14. 15 ⟨ ⟩ *D:* eoſque *B* 15 poene *B* 16—143, 12 ⟨ ⟩ *D:* dehınc *B* 17 galuam *D* ueragreſ edunoſq. *D* 19 ottodoruſ *D* 22 uıdent *D* 24 negatıo *D* 25 galua *D* 26 conſulatıoneſ *D*

castra inperfecta circumdant, raros per uallum propugnatores saxis telisque onerant. cumque iam castra inrumperentur, Pacunii primipilaris et Voluseni tribuni consilio, cunctis Romani portis eruperunt incautosque subito adgressi hostes primum perturbauerunt deinde in fugam uersos miserabili strage fuderunt. nam amplius triginta milia barbarorum tunc caesa referuntur. igitur Caesar cum iam pacatas uniuersas Galliarum gentes putaret, ad nouum et maximum bellum retractus est. namque cum Publius Crassus adulescens cum legione septima Oceano tenus apud Andegauos hiemaret, Veneti ceterique confines repente in arma coniurant, legatos Romanorum uinciunt, eosque ita demum se reddituros, si obsides suos recipiant, Romanis indicant. socios sibi ad id bellum Osismos Lexouios Namnetes Ambibaritos Morinos Diablintes et Menapos adsciscunt, auxilia quoque a Brittannia arcessunt.

XVIIII Caesar per Crassum de rebellione dediticiarum gentium certior factus quamuis intellegeret quanta ineundi belli difficultas esset, tamen rem tanti negotii non neglegendam ratus est, ne ceteri exemplo eius modi audendi licentia laxarentur. itaque terrestri proelio persequi hostes frustra aggressus — quippe cum hostes per interfusa ex Oceano aestuaria atque inaccessos recessus tutis terrarum finibus munirentur — naues longas aedificari in Ligeri fluuio iubet. per quem in Oceanum deductae mox ut hostibus uisae sunt, continuo ducentae uiginti naues eorum paratae atque omni genere armorum instructissimae progressae portu ex aduerso restiterunt. Bruto circumspicienti inparem longe nauium esse conflictum, quia barbarorum naues solido robore intextae cauernisque praeualidis obduratae saxorum modo adactos rostrorum ictus retundebant, hoc primum auxilio fuit quod falces acutissimas non pertinaciter contis praefixas, funibus autem subnexas parauerat, quibus cum opus esset

2 tellisq *D* · 3 pacubii *DP* bolusem *D* 5 ptubauerunt *D* uersus *D'* 9 adolescens *D* 10 septimo *D* andicauos *DP*, caudicauos *cod. Pithoei* Veneti] deditici *DP*, deditiam *cod. Pithoei* 13 romani *D* 14 lexouios *P cod. Pithoei*, lexouis *D* 15 brittania arcescunt *D* 19 audiendi *D* 21 estuari · atq · *D* recessosq. *D* 22 finib; *D* ligero *D* 26 extiterunt *D* 29 ictos *D* 31 parauerunt *corr. in* parauerant *in D*

apprehensos eminus rudentes subductis hastilibus per funem falcem retrahendo succiderent. his celeriter expeditis disrumpi hostilium antemnarum armamenta praecepit. ita antemnis ruentibus conplures ilico naues uelut captas inmobiles reddidit. alii hoc periculo territi suspensis uelis qua uentus intenderet fugere conati, cessante uento destituti ludibrio fuere Romanis. itaque incensis omnibus nauibus interfectisque his qui pugnauerant Galli reliqui sese omnes dediderunt. sed Caesar maxime ob iniuriam legatorum et ut genti ad omnia consilia mobili terribilis exempli notam inureret, cunctis principibus tormentis interfectis reliquos sub corona uendidit.

XX

His diebus⟩ Titurius Sabinus legatus Caesaris Aulercos Eburouices Lexouiosque ⟨qui primates suos cur auctores belli resuscitandi esse nollent interfecerunt, eruptione facta⟩ incredibili caede deleuit. Publius ⟨uero⟩ Crassus ⟨cum in Aquitaniam peruenisset, bello exceptus est. namque Sociates magno equitatu pedestribusque copiis praeualidis Romanos adorti diu grauiter turbauerunt. post uicti atque in oppidum Sociatum coacti obsessique cum se expugnari uiderent, armis traditis in deditionem recepti sunt. Aquitani clade permoti undique exercitum contrahunt, de citeriore quoque Hispania auxilia accersunt. duces bello maxime eos praeficiunt, qui cum Sertorio militauerant. hi omnes dum obsidionem Crasso parant in castris suis, Crasso obruente deleti sunt. nam ex Aquitanis et Cantabris, quorum quinquaginta milia tunc in auxilium uenerant, triginta et octo milia caesa referuntur. Caesar⟩ Germanos, qui Rhenum ⟨cum inmensis copiis⟩ transierant, ⟨simul⟩ et totas Gallias subicere sibi parabant, bello adortus usque ad internicionem cecidit, quorum ⟨fuisse numerum ad quadringenta quadraginta milia ferunt. tunc Caesar in Germaniam⟩ facto

1 ad pręhensoreſ minuſ *D* 2 falce *D* 3 armata *D* 5 qua] quia *D* 12 Sabinus] albinuſ *DP*, aluinuſ *B* aluercoſ *B*, aluernoſ *P* 13 lixouioſque *DP*, lixiuioſque *B*, luxouioſque *cod. Pithoei* 15—26 ⟨⟩ *D:* alter legatuſ | ex aquitaniſ & cantabriſ xxx & viij | interfecit · Cęſar rurſuſ *B* 16 ſotiateſ *D*, ſociateſ *D* 18 ſotiatū *D* 21 accerſcunt *D* 27 renum *B* 28 ſibi ſubicere *B* adhorſuſ *B* 29 internitionem *D* quarum *B* 29—30 ⟨⟩ *D:* | feruntur ccccxl fuiſſe · deinde | *B*

ponte ⟨Rhenum transgreditur. Sugambros et Vbios obsidione liberat⟩ Sueuos maximam et ferocissimam gentem, quorum esse centum pagos ⟨et populos⟩ multi prodidere, totamque Germaniam ⟨aduentu suo terret.⟩ mox in Galliam ⟨rescisso ponte⟩ se recepit. domuit autem annis nouem fere omnem Galliam, quae inter Alpes, flumen Rhodanum Rhenumque et Oceanum est et circuitu patet ad bis tricies centena milia passuum.

XXI ⟨Inde ad Morinos uenit, unde ad Brittanniam proximus et breuissimus transitus est. nauibus circiter onerariis atque actuariis octoginta praeparatis in Brittanniam transuehitur Brittannisque bellum infert⟩ quibus ante eum ne nomen quidem Romanorum cognitum erat. ⟨ibi acerba primum pugna fatigatus deinde aduersa tempestate correptus plurimam classis partem et non paruum numerum militum, equitum uero paene omnem disperdidit. regressus in Galliam legiones in hiberna dimisit, sexcentas naues utriusque commodi fieri imperauit. quibus iterum in Brittanniam primo uere transuectus dum ipse in hostem cum exercitu pergit, naues in ancoris stantes tempestate correptae uel conlisae inter se uel harenis inlisae ac dissolutae sunt, ex quibus quadraginta perierunt, ceterae cum magna difficultate reparatae sunt. interea Sceuius miles Caesaris cum quattuor commilitonibus nauicula ante transuectus est delatus ad scopulum insulae Brittanniae propinquum, atque interea recessu est Oceani destitutus. complures Brittanni in paucos Romanos impetum faciunt, ceteri tamen, qui perrari comites ipsius fuerant, nauigio redeunt. Sceuius imperterritus

---

1.2 ⟨⟩ *D:* renum tranſgreſſuſ · | *B* 1 ſugramboſ *P* utubıoſ *DP,* utıbıoſ *cod. Pithoei* 2 ſıueuoſ *D* 3 pagoſ e populoſ *D* 4 ⟨⟩ *D:* perterruıt *B* 6 rodanum *B* renum *B* 8—11 ⟨⟩ *D*: Brıtanıſ mox bellum ıntulıt *B* 8 *et* 10 brıttanıã *D* 10 tranſuegıtur brıttanıſq. *D* 11 ıntulıt *D* eum] cũ *D*, cum *B* 12—151, 26 ⟨⟩ *D:* eoſ quoque uıctoſ obſı | dıbuſ coepıt & ſtıpendıarıoſ fecıt · | Gallıe quadrıngentıeſ germanoſque | tranſ renum aggreſſuſ ımmanıſſı|mıſ prelıſ uıcıt · Inter tot ſucceſſuſ · | ter male pugnauıt · Apud arbenoſ | ſemel prȩſenſ & abſenſ a germanıa bıſ · | Nam legatı eıuſ duo tıtulıuſ & aruncu|leıuſ p ınſıdıaſ ceſı ſunt · Cırca eadem | tempora *B* 15 hıuerna *D* 16 fierı *om P et in fine uers. D* 17 brıttanıa *D* 18 anchorıſ *D* 23 brıttanıȩ *D* 24 compluref brıttanı *D*

manet. undique telis obruitur ac primo pilo restitit, postremo gladio rem gerit solus in plures. cumque fessus uulneratusque esset, et galeam ac scutum ictibus perdidisset, cum duabus loricis natauit ad Caesaris castra et poposcit ab imperatore ueniam pro temeritate, quem Caesar centurionatus honore subuexit.

XXII Igitur Caesaris equitatus primo congressu a Brittannis uictus ibique Labienus tribunus occisus est. secundo proelio cum magno suorum discrimine uictos Brittannos in fugam uertit. inde ad flumen Tamesim est profectus, quem uno tantum loco uadis transmeabilem ferunt. in huius ulteriore ripa cum Cassobellauno duce inmensa hostium multitudo consederat ripamque fluminis ac paene totum sub aqua uadum acutissimis sudibus praestruxerat. quod ubi a Romanis deprehensum ac uitatum est, barbari legionum impetum non ferentes siluis se abdidere, unde crebris eruptionibus Romanos grauiter ac saepe lacerabant. interea Trinouantum firmissima ciuitas cum Androgorio duce datis quadraginta obsidibus Caesari se dedidit. quod exemplum secutae urbes aliae complures in foedus Romanorum uenerunt obsidibusque datis stipendiariae factae sunt isdemque demonstrantibus Caesar oppidum Cassobellauni ducis inter duas paludes situm obtentu insuper siluarum munitum omnibusque rebus confertissimum tandem graui pugna cepit.

XXIII Exin Caesar a Brittannis reuersus in Galliam postquam legiones in hiberna misit, repentinis bellorum tumultibus undique circumuentus et conflictatus est. namque Ambiorix cum Eburonatibus et Atuaticis conspirans animatus Treuerorum consilio Titurium Cottam et Sabinum Arunculeium legatos apud Eburonas cum tota funditus legione insidiis circumuentos interfecit. Ambiorix hac uictoria elatus Atuaticos et Neruios plurimosque alios raptim in arma contrahit atque ad Ciceronem le-

1 pofttremo *D* 5 centuriotuf *D*¹ 7 brittanif *D* 9 brittanof *D* 10 eft *om. D* 17 andragio *codex Gualtheri* 18 ceftri fe dedit *D* 19 feduf *D* 20 opfidib;q· *D* ftipendiarii facti *D* 21 hifdemq· *D* duce *D* 24 brittanif *D* 25 iuerna *D* 27 treberorum *P* 28 tituriam *D* arūculeium *D* 30 uictorio celatuf atuatucof *D* 31 legatuf *D*

gatum, qui similiter tunc legioni in hibernis praeerat, contendit. multitudo hostium ex hoc colligi potuit, quia cum obsidione castrorum uallum circumdandum esse a captiuis Romanis docerentur et instrumenta ruralia non haberent, gladiis concidendo terram et sagulis exportando uix tribus horis uallum pedum decem et fossam pedum quindecim per milia passuum quindecim in circuitu perfecerunt. praeterea centum uiginti turres mirae altitudinis extruxerunt. et cum iam septem dies noctesque succidui hostium cunei pugnarent ac uentus subito plurimus exortus esset testas feruentes intorsere fundis flammataque focis tela ac mox concepto igne rutilantia intra castra iecerunt. quo facto per culmea culmina raptim uentus insistens sparsum animauit incendium. sed ne sic quidem Romani cum undique obruerentur uulneribus laboribus uigiliis ieiuniis incendiis ui cesserunt. tandem Caesari nuntiatum est unam deletam esse legionem, alteram iam paene confectam. aduentante cum duabus legionibus Caesare deserunt hostes obsidionem atque in eum cuncti raptis copiis ruunt. Caesar paruissimis se castris consulto condidit equitibusque praemissis ut fugam fingerent imperauit, ut ad transitum uallis, quae media erat sibique periculosa uidebatur, hostes contemptu sui inuitaret. quibus aduentantibus insuper obstrui portas praecepit. quo uiso Galli quasi iam uicissent ad obducendum extrinsecus uallum conuersi sunt. Caesar totis repente portis paratum effudit exercitum acriterque cum eis dimicans tandem uidit unum ex militibus suis segnius proeliantem, scutum eius rapuit et in aduersos ruit. quo facto erubuit exercitus uersosque in fugam Gallos uastissima caede confecit. nam sexaginta milia tunc fuisse referuntur, e quibus pauci per paludes inuias euaserunt.

XXIIII Induciomarus Treuerorum princeps magnas armatorum copias habens postquam de consensu totius Galliae certior redditus est, Labieni castra legionemque cui praeerat, quod facile factu arbitrabatur, delere statuit ac deinde Eburonibus

---

1 preherat *D* 7 pręfecerunt *D* 8 noctef *D* 10 fundıf *om. D* 11 ıntro *D* 16 legıunem *D*' 18 cunctıf aptıf *D* 25 eof *D* 30 ındutıomaruf *D* 32 cuıuf *D* 33 factū arbıtrabantur *D*

Nerniisque coniunctus ad opprimeudum Caesarem pergere. Labienus quibus potest artibus simulat timorem atque ita Induciomarum neglegentiorem cum insultantibus copiis pro uallo oberrantem repentina eruptione prostrauit. hac uictoria Labieni reliqui Gallorum conatus repressi sunt et Caesar paulo quietior reliqua parte hiemis fuit. sed intellegens sibi maiora belli superesse negotia, maxime quia plurima parte exercitus amissa aliisque grauiter sauciis ne ad sustinendum quidem sibi idoneus, non dicam ad conprimendum Gallorum impetum uideretur, a Gnaeo Pompeio pro consule conscribi legiones sibique mitti in auxilium fecit. itaque ante exactam hiemem, tres ad eum legiones in castra uenerunt. igitur Caesar priusquam in unum hostium copiae coirent, ineunte uerno aggredi trepidos et opprimere sparsos in suis finibus parat. primum itaque Neruiorum fines diripit, praedam uero quae copiosissima erat exercitui permittit. deinde Menapos, qui sibi propter immensas paludes atque impeditissimas siluas munitissimi uidebantur, tribus agminibus inuadit nimiaque caede uulgo agitata residuos supplices in deditionem recepit. Labienus sequenti proelio omnes Treuerorum copias interfecit arte in bellum prouocatas priusquam Germanis aduentantibus iungerentur et continuo ipsam ciuitatem cepit.

Caesar ulcisci mortem Sabini et Cottae legatorum uolens XXV
in Ambiorigem et Eburones deletae legionis auctores, postquam in Arduennam siluam refugisse comperit, quae silua totius Galliae maxima est atque a ripis Rheni finibusque Treuerorum ad Neruios usque pertingit et in longitudinem plusquam quinquaginta milibus passuum patet, permetiens rem suis maximi periculi fore si per obstructas spatiosasque siluas ignoti diuiderentur hostemque locis notissimum quaererent, omnem Galliam per nuntios inuitat, ut quisque secundum placitum suum

---

2 ındnciamarum *corr. in* ınducıomarum *in D* 6 maıorem *D* 9 ıdoneoſ *D* 10 ac gneo *D* 13 cohırent *D* 18 nımıoq. *D* agıtare (*corr. ex* agitari) reſiduoſ ſuplıceſ *D* 20 arte — pro uocataſ *om. D* (*de P nihil traditum est*) 24 ın *om. D* 30 noctıſ|ſımum *D* 31 nontıoſ *D* platıtı̃ *ut uid. D*

reconditas in Arduenna silua praedas quaerant diripiantque. quo facto Gallis utrimque morientibus maximas Romanorum iniurias sine cuiusquam Romani discrimine uindicauit. ita hoc tutissimo uincendi genere securus in Italiam rediit. igitur Caesare in Italiam reuerso Gallia rursus in arma coniurat multique simul populi coeunt. dux his Vercingentorix fuit, cuius consilio statim omnes Galli ciuitates suas ultro incenderunt, prima a suis incensa Biturigo. inde ad Caesarem, qui magnis itineribus per Narbonensem prouinciam clam ad exercitum recurrerat, impetum faciunt. Caesar tunc oppidum nomine Cenapum obsidione concluserat, quod diu oppugnatum tandem post multas Romanorum clades pluuia die magna cum hostilium machinarum ammenta neruique clanguerant, applicitis turribus captum atque deletum est. quadraginta milia ibi hominum fuisse referuntur, e quibus octoginta per fugam lapsi uix ad proxima Gallorum castra uenerunt. praeterea Aruerni ceterique confines sollicitatis etiam ad se Aeduis multis aduersum Caesarem proeliis bellauerunt. qui cum se pugnando fatigati in quoddam castellum recepissent, milites praedae inhiantes ad expugnationem oppidi animum intendunt frustra Caesare de loci iniquitate causante. itaque ibi Caesar erumpentibus desuper hostibus pressus multa exercitus sui parte perdita uictus aufugit.

XXVI Dum haec ad Alesiam geruntur, Vercingentorix, quem omnes consensu pari regem praeoptauerant, suadet uti ex tota Gallia omnes qui arma ferre possint huic bello praesto sint, hoc enim esse unum bellum, quo aut perpetua libertas aut aeterna seruitus aut mors omnium consequatur. itaque absque eo numero, quem infinitum ante contraxerat, equitum circiter octo milia, peditum ducenta quinquaginta milia contracta sunt. dehinc duo colles sibi in uicem obuersos Romani Gallique ceperunt. unde multis saepe eruptionibus et uariis prouentibus proeliantes tandem Romani praecipua Germanorum equitum,

3. 4 ita — redut *om. D* (*de P nihil traditum*) 5 cefar *D* 6 coheunt *D* bercingetorix *D* 8 bitorigo *D* 11 cenapum *DP:* cenapium *cod. Pithoei* 16 arbenni *D* 19 inianteſ *D* 23 aufuit *D* 24 haleſtam *D* uergingetorix *D* 30 ducenti *D* 31 galliaq. *D*

quos sibi iam dudum amicos nunc in auxilio adsciuerant, uirtute uicerunt. Vercingentorix alia die congregatis omnibus qui fuga euaserant, dixit se auctorem bona fide defendendae libertatis atque inrumpendi foederis fuisse et nunc siue Romanis sese ad mortem omnes offerant siue se solum pro omnibus dandum, paratum animo fore. itaque Galli uoluntatem, quam pudore aliquamdiu texerant quasi ex consilio regis adsumerent ilico sibi ueniam precantes eum solum uelut auctorem magni sceleris dediderunt.

XXVII

Bellouaci omnibus Gallorum gentibus ipsorum opinione fortiores habebantur. hi Chorreo duce bellum instaurant sibique in hanc suscepti belli societatem Ambianos Aulercos Caletos Vellocasses Atrebatasque coniungunt et locum quendam cinctum atque impeditum undique paludibus capiunt commissoque proelio magnam Remorum manum, quae auxilio Romanis erat, trucidant. deinde cum opportunum ipsi locum insidiis prouisum occupauissent atque hoc comperto Romani ad insidiarum locum instructi ordinatique uenisseut, commisso proelio Romani, Gallos fugientes isdem locorum munitionibus, quibus clausi fuerant, incluserunt cunctosque ad internitionem cecidcrunt. ibi Chorreus uel fugam uel deditionem detractans Romanos ut uiuus caperetur instantes occidendo ut occideretur coegit. igitur cum pacatam esse uniuersam Galliam Caesar neque ausuram fore ad aliquos aspirare motus arbitraretur, legiones in hiberna dimisit. ipse tamen Ambiorigis fines, qui tot bella excitauerat, horrenda hominum strage uastauit.

XXVIII

At uero Gaius Caninius legatus bellum apud Pictonas inuenit, ubi magna hostium multitudo impeditam itinere legionem circumdedit atque ad extremum discrimen adduxit. porro autem Fabius legatus acceptis Caninii litteris in Pictonas proficiscitur ibique a captiuis de opportunitate locorum certior

1 afcıuerant *D* 2 uergıngetorıx *D* 6 uoluntate *D* 7 alıquādıu *D* 10 Bellouaguı *D* opınıonē *D* 11 hıc horrendo | duce *D*, hı horrendo duce *P*, *emend. ex Orosio Gruterus* 12. 13 ſaletoſ· uelıocaſſeſ *DP*, salatos belliocasses *cod. Pithoei* 13 atreuataſq. *D* 16 erant *D* oportunum *D* 19 hıſdem *D* 25 abıorıgıſ *D* 31 oportunıtate *D*

factus inopinantes hostes opprimit magnisque stragibus factis plurimas praedas agit. deinde cum Caninio signum aduentus sui dedisset, Caninius totis castris subito insiluit seseque iniecit hosti. ita Fabio ex alia parte et Caninio ex altera insistente maximo et diuturno bello innumerae Gallorum copiae trucidatae sunt. inde Fabius in Carnuntes profectus est. sciebat enim Domnacum ducem antiquissimum rebellionis totius incentorem ab hoc bello elapsum si Aremoricis gentibus adiunctus esset, maximos iterum in Gallia tumultus esse moturum. sed eos adhuc ipsa nouitate trepidantes mira uirtute et celeritate perdomuit.

XXVIIII Interea Draptes unaque Lecterius cum adesse Caninium et legiones in finibus suis uiderent, undique collectis copiis oppidum Lugdunum occupant. hoc oppidum in editissima montis arce pendebat, duabus partibus per abrupta latera non paruo flumine cingebatur, medio deinde descensu largissimo fonte securum plurimaque introrsum copia frumenti tutum irritos procul discursus hostium despiciebat. Caninius quod solum Romana prouisione potuit, ambos duces cum parte copiarum plurima in campum euocatos, maximo proelio superauit. nam uno e ducibus interfecto alter cum paucissimis fugit, nullus in oppidum redit. sed ad id oppugnandum Caesare opus fuit. itaque certior per nuntios factus Caesar occurrit circumspectisque omnibus uidet si expugnare ui moliatur, ludo et spectaculo hostium delendum esse exercitum suum, unum solum esse praesidii si quoquo modo hostes aqua arceantur. sed et hoc quoque nisi Caesar non potuisset. si quidem fons quo ad potum utebantur, medio deuexi montis latere fundebatur. Caesar ad proximum fontis admoueri uineas turrimque extrui iubet. fit magnus ilico concursus ex oppido. quibus sine periculo proeliantibus Romani quamuis pertinaciter obsisterent crebriusque succederent, tamen complures trucidantur. igitur extruitur agger et turris pedum sexa-

9 tumultoſ *D* 12 lecteruſ *ita DP cod. Pith.* 14 ueludunū *D* 16 unguebatur *D* dıſceſſu *DP cod. Pith.*, descensu *Orosius* 18 ırrıtuſ *D* 21 ſuſperauıt *D* 25 uı̄ *D* 28 dıuexı *D*

ginta, cuius uertex adaequare fontis locum possit, ut uel ex aequo tela conici queant uel praecipitata desuper saxorum uolumina non timeri.

Oppidani autem ubi exanimari siti non solum pecora uerum etiam infirmiores hominum aetates uident, cupas pice seuo et scindulis repletas ac deinde immisso igne in prona praecipitant easque ipsi toto oppido effusi subsecuntur. ardentibus machinis cum graue proelium suis Caesar ac periculosum uideret, cohortes in circuitu oppidi ire uelociter per occultum imperat atque undique subito uastum clamorem attollere. quo facto consternati oppidani dum recurrere ad muniendum oppidum uolunt, ab oppugnatione turris uel demolitione aggeris recesserunt. illi tamen qui ad incidendas fontis uenas sub optentu aggeris tuti cuniculos perfodiebant, repertos in abstruso aquarum meatus per multa diuidendo tenuari in semet ipsis consumique fecerunt. oppidani fonte siccato ultima desperatione correpti deditionem sui faciunt. Caesar autem omnibus qui arma tulerant, manus sustulit et uitam reliquit quo testatior esset etiam posteris poena improborum. multum enim ad coercendam audaciam ualet propositum punitionis exemplum cum ipsa miseri praesens forma uiuentis et ad recordationem admonet conscios et ad sciscitationem cogit ignaros. exhaustis atque edomitis Gallis securus Caesar cum legionibus in Italiam rediit, nullos post se Gallorum motus pertimescens, certo se sciens minime aliquos qui uel moueri audeant uel si moueantur timendi sint reliquisse.〉 XXX

Anno ab urbe condita sexcentesimo nonagesimo septimo Marcus Licinius Crassus collega Gnaei Pompei Magni in consulatu secundo 〈prouinciam sortitus in Parthos, homo inexple- XXXI

---

1 etequare *D* 6 scandulis *Fabricius ex Hirtio* 7 ſubſequuntur *D* 14 cuniculiſ *D'* 18 reliquid *D* 19 pęna *D* 22 ammonet *D* 25 mori *D'* 26 *post* rediſſe (*ita D*) *add.* conſtituit *D* 27 anno urbiſ condite dcxcvij *B* 28 licinniuſ graſſuſ *B* gn̄ | pompei (pompeii *D*) *B* 29—153, 4 〈 〉 *D:* | contra parthoſ miſſuſ eſt · & cum cir|ca carraſ contra omen & auſpicia | dimicaſſ& a ſurena orodiſ regiſ duce | uictuſ · ad poſtremum interfectuſ eſt | cum filio clariſſimo & pręſtantiſſimo iuuene · Reliquie exercituſ p caſſium | queſtorem ſeruatę ſunt · qui ſingulari ‖ animo perditaſ reſ tanta uirtute

bilis cupiditatis auiditate, audita in Hierosolymis templi opulentia, quam Pompeius intactam reliquerat, in Palaestinam diuertit, Hierosolymam adit, templum peruadit, opes diripit. inde per Mesopotamiam tendens in Parthiam quacumque iter habuit sociis ciuitatibus auxilia indixit, pretia exegit. moxque ut Euphratem transiit, ilico Bagesen legatum ab Horode rege Parthorum ad se missum obuium habuit, a quo uehementer increpitus est cur contra foedus Luculli et Pompei auaritia inductus Euphratem transierit. quam ob rem sine mora futurum ut pro auro Parthico Serico ferro oneraretur. itaque cum prope Carras contra omina et auspicia uentum esset, Parthi subito ingruentes cum Surena et Sillace praefectis sagittis oppressere Romanos. cecidere ibi plurimi senatores, aliquot etiam consulares et praetorii uiri. Crassus quoque filius Crassi, lectissimus iuuenis, in acie occisus est. praeterea quattuor cohortes cum Varguntcio legato mediis deprehensae campis et interfectae sunt. Surenas rapto equitatu Crassum persequi intendit eumque circumuentum ac frustra conloquium eius petentem cepit et in castra perduxit ac postremum auro infuso in os interfecit. pauci noctis beneficio liberati Carras confugerunt. cognita clade Romanorum multae orientis prouinciae a societate uel fide populi Romani defecissent ni Cassius quaestor collectis ex fuga militibus paucis intumescentem Syriam egregia animi uirtute ac moderatione pressisset, qui et Antiochum copiasque eius ingentes proelio uicit et interfecit. Parthos quoque ab Horode in Syriam missos iamque ingressos Antiochiam bello expulit ducemque eorum Hosagen interfecit. igitur Romani status agitur semper alterna mutatio et uelut forma Oceani maris, quae omni die dispar nunc succiduis per septem dies attollitur incrementis, nunc insequentibus totidem diebus naturali damno et defectu interiore subducitur.

XXXII Interea anno ab urbe condita septingentesimo incertum

---

refti|it ut perfaf redienf tranf eufraten | crebrif prouincif uincer&· *B* 2 phaleftinā *D* 6 *et* 9 eufraten *D* 6 Bagefen *P:* baiafen *D* 10 honeraretur *D* 11 charraf *D* omen *D* 12 filacea *DP*, filacea *cod. Pithoei, emend. ex Orosio Gruterus* 13 aliqđ *D* 16 barguntelo *D* 20 charraf *D*

unde concretus plurimam urbis partem ignis inuasit. neque umquam antea tanto incendio correptam atque uastatam ciuitatem ferunt. nam quattuordecim uicos cum uico iugario consumptos fuisse memoriae proditum est.⟩

Hinc iam bellum ciuile ⟨committitur quod magnis iam dudum dissensionibus ac molitionibus parabatur. nam rediens Caesar uictor ex Gallia decerni sibi absenti iterum consulatum poposcit.⟩ contradictum est a Marcello consule, a Bibulo ⟨a Catone annitente Pompeio. deinde decretum est a senatu ut in urbem Caesar non nisi dimisso exercitu ueniret⟩ et ex Marcelli consulis auctoritate ad legiones, quae apud Luceriam erant ⟨Gnaeus⟩ Pompeius cum imperio missus est. ⟨Caesar Rauennam sese contulit. Marcus Antonius et Publius Cassius tribuni plebis pro Caesare intercedentes interdicente Lentulo consule curia foroque prohibiti ad Caesarem profecti sunt Curione simul Caelioque comitantibus. Caesar Rubicone flumine transmeato mox ut Ariminum uenit, quinque cohortes, quas tunc solas habebat, cum quibus ut ait Liuius orbem terrarum adortus est, quid facto opus esset edocuit deplorans iniurias suas, causam belli ciuilis pro restituendis in patriam tribunis esse testatus est. inde per Antonium septem cohortes, quae apud Sulmonem morabantur, a Lucretio recepit. tres legiones, quae cum Domitio apud Corfinium morabantur, ad suas partes transduxit.⟩ consules cum ⟨Gnaeo⟩ Pompeio senatusque omnis atque uniuersa nobilitas ex urbe fugit atque in Graeciam transiit. apud ⟨Dyrrachium⟩ Epirumque Macedoniam ⟨et⟩ Achaiam ⟨Gnaeo⟩ Pompeio duce senatus contra Caesarem bellum parauit.

Caesar uacuam urbem ingressus dictatorem se fecit XXXIII

5-8 ⟨⟩ *D:* ſucceſſit exſecrandum | & lacrimabile quo prętér calamitateſ quę in proeliſ acciderunt · etiam ! populi romani fortuna mutata eſt · | Cęſar enim redienſ ex gallia ·uictor | coepit poſcere alierum conſulatum ' atque ita ut ſine dubietate aliqua ei defer|retur *D* 8 uiuulo *D* 8—10 ⟨⟩ *D:* pompeio · a catone · iuſ ſuſque dimiſſiſ exercitibuſ ad urbem uenire *B* 9 anni ten& *D* 12—24 ⟨⟩ *D:* | Propter quam iniuriam ab arimino | ubi militeſ congregatoſ habebat | aduerſuſ patriam cum exercitu uenit · *B* 14 interdicenteſ intercedente *D* 18 libiuſ *D* 19 etdocuit *D* 22 lucrecio *D* 23 cornificium *D* 25 et in *B* 26 epyrum *B*

⟨negatamque sibi ex aerario pecuniam fractis foribus inuasit protulitque ex eo auri pondo quattuor milia centum triginta et quinque argenti pondo prope nongenta milia. inde digressus Ariminum ad legiones mox Alpes transuectus Massiliam uenit, ad quam obpugnandam cur receptus non esset, Trebonium cum tribus legionibus relinquens. quo bello miles duodecimae legionis aduersus eos nauali certamine pro Caesare dimicans hostilem nauem dextra apprehendit. qua amputata laeuam iniecit neque ante dimisit nauem quam mergeretur.

Caesar deinde ad Hispanias contendit, quas Lucius Afranius et Marcus Petreius et Marcus Varro Pompeiani duces cum legionibus obtinebant. ibi multis proeliis Petreium Afraniumque superatos composita pactione dimisit. in ulteriore uero Hispania duas legiones a Marco Varrone suscepit. similiter et duces eius hoc est Curio Catonem Sicilia expulit, Valerius Cottam Sardinia, Tuberonem Africa Varus eiecit.

Caesar Massiliam rediens obsidione domitam uita tantum et libertate concessa ceteris rebus abrasit.

At uero Dolabella partium Caesaris in Illyrico per Octauium et Libonem uictus copiisque exutus, ad Antonium fugit. Basillus et Salustius *diuidentes* singulas legiones, quibus praeerant, similiter et Antonius Hortensius quoque ab infimo mari cum classe concurrens omnes pariter aduersus Octauium et Libonem profecti et uicti sunt. Antonius cum se Octauio cum quindecim cohortibus dedisset, omnes ad Pompeium a Libone deducti sunt.

Curio ex Sicilia in Africam cum exercitu transgressus, quem Iuba rex continuo exceptum cum omnibus copiis truci-

---

1—155, 32 ⟨ ⟩ *D:* inde hiſpaniaſ petiit · ibi | pompegi exercituſ ualidiſſimoſ & fortiſ|ſimoſ cum tribuſ ducibuſ · lucio · afronio · m̄ | petreio m̄ · marſone ſuperauit · | Inde regreſſuſ greciam tranſiit · aduerſum | pompeium dimicauit · primo proelio uic|tuſ eſt & fugatuſ *B*   3 nungenta *D*   6 quem mileſ decimę *D*   7 nauale *D*   9 qua *D*   10 afriniuſ *D*   12 obtinebat *D'*   patreium | africaniumq · *D*   15 catone *D*   16 africam *D*   18 abraſiſ *D*   21 diuidenteſ *om. DP et Orosii Palat., pro eo* ducentas *cod. Pithoei*   24 bibulonem *D*

dauit. Octauius Salonas oppugnare conatus omnes copias quas duxit amisit.

XXXIIII Caelius desciuit a Caesare ac se Miloni exuli iunxit cumque ambo seruorum manu Capuam oppugnare molirentur, occisi sunt.

Bibulus apud Corcyram pudore uictus quod custodiae eius, quam pelago et oppido praetendebat, hostis inluserat, inedia sese uigiliisque confecit.

Appius Claudius Censorinus qui iussu Pompei Graeciam tuebatur, iam abolitam Pythici oraculi fidem uoluit experiri. quippe ab eo adacta uates descendere in specum respondisse fertur de bello consulenti 'nihil ad te hoc, Romane, bellum pertinet: Euboea Coela optinebis'. Coela autem uocant Euboicum sinum. ita Appius perplexa incertus sorte discessit.

Interea apud Dyrrachium multi orientis reges ad Gnaeum Pompeium cum auxiliis conuenerunt. quo cum Caesar uenisset, Gnaeum Pompeium obsidione frustra cinxit, ipse terram quindecim milium passuum fossa praestruens, cum illi maria paterent. Pompeius castellum quoddam propinquum mari, quod Marcellinus tuebatur, euertit praesidiaque Caesaris, quae ibidem morabantur, occidit. Caesar Torquatum legionemque unam ut expugnaret adgressus est. hoc periculo sociorum Gnaeus Pompeius cognito omnes copias eo traxit et signa eo mouente fulmina aduersa occurrerunt. apes quoque obsedere uexilla. quo uiso subitus maeror confudit exercitum. fugerunt hostiae, in templis simulacra conuersa alia fleuerunt alia sudarunt. tantus uero in aere armorum strepitus fuit ut Antiochiae quasi ad aduentum hostium in muros concurreretur.

XXXV Interea Caesar omissa obsidione ad Pompeium se conuertit. Torquatus autem e uestigio prorumpens auersum insecutus est. ita Caesaris milites ancipiti periculo territi ipso Caesare frustra obsistente fugerunt.⟩ euasit tamen ⟨Caesar⟩ quia

3 Celuſ *D* 4 capua *D* 10 abolita petici *D* 12 conſulenſ *D* 13 ecoela (*priore l.*) *D* 18 milib; *D* pſtruenſ *D* 20 pręſidiatq· *D'* 23 eo *bis om.* *D* 24 obſidere *D* 29 ob | obſidione *D* ſe *om.* *D* 30 aduerſum *D*

nocte interueniente Pompeius sequi noluit. dixitque Caesar nec Pompeium scire uincere et illa tantum die se potuisse superari. ⟨caesa sunt in eo proelio quattuor milia militum Caesaris, centuriones uiginti duo, equites Romani complures. caesus est et in eo proelio Sceua Caesaris miles fortissimus. quem cum milites Pompei ut se traderet hortarentur, respondisse fertur esse se fessum. accucurrit unus uelut suscepturus arma. percutitur. plures similiter sternuntur. ipse autem uulnera accepit capite humero femore oculumque amisit. scutum eius satis constitit centum uiginti ictibus petitum fuisse. deinde Caesar citato agmine per Epirum in Thessaliam perrexit. Pompeius cum maximis copiis secutus bellumque commissum est. itaque instruitur utrinque acies. Pompeius octoginta et octo cohortes triplici ordine locauit. fuerunt autem peditum plus quadraginta milia, equites in sinistro cornu sexcenti, in dextro quingenti. praeterea reges multi, senatores equitesque Romani plurimi absque leuium armaturarum magna copia. Caesar similiter octoginta cohortes triplici ordine disposuit. cui fuerunt minus quam quadraginta milia peditum, equites mille. uidere ibi et gemere erat contractas Romanorum uires in campis Pharsalicis ad occisionem mutuo constitisse, quas si concordia rexisset, nulli populi nulli reges finire potuissent.

XXXVI Prima congressione equitatus Pompei pulsus sinistra cooperuit, altera nudauit. deinde cum⟩ diu utrimque dubia forte caederentur atque ex alia parte Pompeius inter hortandum diceret 'parce ciuibus' nec tamen faceret, ex alia uero Caesar hoc faceret

---

2 pōpeiuſ *D* 3—24 ⟨⟩ *D:* deinde in theſſalia apud paleo | farſacum productiſ utrique ingentibuſ | copiiſ dimicauerunt · Pompeia aci | eſ habuit $\overline{xl}$ peditum · equiteſ in ſi|niſtro cornu · dc · in dextro · d · pręterea | totiuſ orcentiſ auxilia totam nobilita|tem innumeroſ ſenatoreſ · prętoreſ · ‖ conſulareſ · & qui maiorum iam bellorum | uictoreſ fuiſſent · cęſar in acie ſua habu|it peditum non integra $\overline{xxx}$ · equiteſ mille · | numquam adhuc romanę copię in unum | neque maioreſ neque melioribuſ ducibuſ | conuenerant · totum terrarum orbe | facile ſubaturę ſi contra barbaroſ | ducerentur · Pugnatum tamen eſt in|genti contentione cumque *B* 4 & duoſ *D* 5 sceua] *cf. p.* 144, 21 9 ammiſit *D* 22 finire *DP cod. Pithoei*, ferre *Orosius* 23 sinistram cooperuit alteram nudauit *cod. Pithoei* 24 diu *B:* die *D*

quod urgeret dicens 'miles faciem feri', tandem uniuersus Pompei fugit exercitus castraque eius direpta sunt. ⟨caesa sunt in eo proelio Pompeianorum quindecim milia, centuriones triginta tres. hic exitus pugnae ad Palaeopharsalum fuit. Pompeius fugiens in ostio Penei amnis onerariam nauem nanctus in Asiam transiit. inde per Cyprum fugatus⟩ Alexandriam petiit ut a rege Aegypti, cui tutor a senatu datus fuerat propter iuuenilem eius aetatem, acciperet auxilia. qui fortunam magis quam amicitiam secutus occidit Pompeium, caput eius et anulum Caesari misit. quo conspecto Caesar etiam lacrimas fudisse dicitur tanti uiri intuens caput et generi quondam sui ⟨et inundatum odoribus cremari imperauit. Pompei uxor filiique fugerunt. cetera Pompeiana classis direpta est omnibus qui in ea erant crudelissime trucidatis ibique et Pompeius Bithynius occisus est. Lentulus uero uir consularis apud Pelusium interfectus est.

Caesar compositis apud Thessaliam rebus⟩ Alexandriam XXXVII
uenit ⟨cumque se in regiam recepisset, eludebatur a tutoribus, quo minus pecuniam acciperet templa sua astu spoliantibus ut et regios thesauros uacuos esse ostenderent et in inuidiam Caesaris populum concitarent. praeterea Achillas dux regius inbutus semel Pompei sanguine, Caesaris quoque necem meditabatur. nam iussus exercitum dimittere cui praeerat uiginti milia armatorum, non modo spreuit imperium uerum etiam aciem direxit. in ipso proelio regia classis ad terram subducta iubetur incendi. ea flamma cum partem quoque urbis inuasisset, quadringenta milia librorum proximis forte aedibus condita exussit: singulare profecto monumentum studii curaeque maiorum, qui tot tantaque inlustrium ingeniorum opera congesserant. unde quamlibet hodieque in templis extent quae et nos uidimus armaria librorum, quibus direptis exina-

1 urgere *D* 2 eiuſ *om.* *D* 2—6 ⟨⟩ *D:* Ipſe fugatuſ in *B* 5 oſtia *D* 7 egypti *D* 9 *et* 11 capud *D* 10 conſpectū D^1 12—17 ⟨⟩ *D:* mox | cęſar *B* 14 bithiniuſ *D* 18—158, 9 ⟨⟩ *D:* ipſi quoque | ptolomeuſ inſidiaſ parauit · | cęſar *B* 19 aſtum *D* 26 parte *D* 27 quadringenti *D*

nita ea a nostris hominibus, nostris temporibus, memorent quod quidem uerum est, tamen honestius creditur alios libros fuisse quaesitos qui pristinas studiorum curas aemularentur quam aliam ullam tunc fuisse bibliothecam, quae extra quadringenta milia librorum fuisse ac per hoc euasisse credatur.

XXXVIII Caesar postea insulam ubi Pharus est cepit. eo Achillas cum Gabinianis militibus uenit. ingens pugna commissa est. magna ibi Caesarianorum militum multitudo cecidit, omnes etiam interfectores Pompei interfecti sunt. Caesar quoque⟩ ui insistentium hostium pressus scapham ascendit, qua mox pondere subsequentium grauata ac mersa per ducentos passus ad nauem una manu eleuata, qua chartas tenebat, natando peruenit. mox nauali certamine pulsatus magna felicitate classem regiam aut depressit aut cepit. Alexandrinis petentibus regem reddidit monuitque magis amicitiam Romanam quam arma experiri studeret. qui tamen ilico ut liber fuit, bellum intulit sed continuo cum toto exercitu suo et ipse deletus est. nam ⟨et⟩ uiginti milia hominum in eo bello caesa referuntur, duodecim milia cum septuaginta longis nauibus dedita, quingenti ex uictoribus cecidisse dicuntur. rex ipse adulescens scapha exceptus ut fugeret, multis insilientibus mersus necatusque est. corpus eius ad litus deuolutum indicio loricae aureae cognitum fuit. ⟨qua⟩ Caesar ⟨Alexandriam praemissa Alexandrinos omnes ad deditionem desperatione compulit regnumque Aegypti⟩ Cleopatrae dedit Ptolomaei sorori, cum qua stupri consuetudinem habuerat. quae postea regio comitatu urbem ingressa est. ⟨inde per Syriam peruagatus⟩ Pharnacem Mithridatis Magni filium, qui Pompeio in auxilium apud Thessaliam fuerat, rebellantem in Ponto et multas populi Romani prouincias occupantem uicit acie, postea ad mortem coegit.

XXXVIIII Inde Romam regressus tertio se ⟨dictatorem et⟩ consulem

4 quadringenta *P:* quadringenti *D* 10 ſcafam *B* 11 cc *B* paſſoſ *D* 13 facilitate *B* 14 coepit *B* 15 monitum ut amicitiam magiſ *B* 18 $\overline{xx}$ *B* $\overline{xij}$ *B* 20 adoleſcenſ *D* ſcafa *B* 23—25 ⟨ ⟩ *D:* alexandria potituſ regnum *B* 23 praemissa] potituſ *D* 24 egypti *D* 25 conſuetudinem ſtupri *B* 27 ⟨ ⟩ *D:* rediens inde cęſar *B* farnacem *B* 30 antię *D* 31 dictator & conſul *D*

fecit cum Marco Aemilio Lepido, qui ei magister equitum dictatori ante annum fuerat. deinde in Africam profectus est, ubi infinita nobilitas ⟨Romanorum⟩ cum Iuba Mauritaniae rege ⟨apud Thapsum⟩ bellum reparauerant. duces autem Romani erant Publius Cornelius Scipio ex genere antiquissimo Scipionis Africani, hic etiam socer Magni Pompei fuerat, Marcus Petreius, Varus, Marcus Porcius Cato, Lucius Cornelius Faustus Sullae dictatoris filius Pompei gener. ⟨contra hos commisso bello post multas dimicationes maxima hominum multitudo caesa: uictor fuit Caesar, castra utrorumque direpta sunt, sexaginta elephanti capti. Cato sese apud Vticam occidit, Iuba percussori iugulum pretio dato praebuit, Petreius eodem se gladio perfodit, Scipio in naui qua ad Hispanias fugere contendens uento coactus in Africam redierat semet ipse iugulauit, in eadem naui Titus Torquatus occisus est. Faustum Sullae quondam dictatoris filium Pompei generum, nepotes filiamque Pompeiam et Afranium et Petreium filium Caesar iussit occidi.⟩

Post annum Caesar Romam cum quattuor triumphis ingressus quarto ⟨dictator et consul creatus disposito recuperatoque rei publicae statu continuo in Hispaniam contra Pompeios Pompei filios profectus septimo decimo quam egressus ab urbe fuerat die Saguntum peruenit statimque aduersus Pompeios duos et Labienum atque Attium Varum multa bella uaria sorte gessit. ultimum bellum apud Mundam flumen gestum est, ubi tantis uiribus dimicatum est tantaque caedes acta ut Caesar quoque ueteranis etiam suis cedere non erubescentibus cum XXXX

1 & emılıo *D* quı] quę *B* 2 *post* dıctatorı *add.* cauſa (*D*) 3 ıuua *B* 4 parauerat *B* 6 Magni] marcı *BD* 7 uaruſ *P*: uaro *B*, uarius *cod. Pithoei* 8 ſyllę *BD* pompeı gener *om. D* 8–18 ⟨⟩ *D:* a ceſare ınterfectuſ eſt *B* 12 iugulum Petreio praebuit. Petreius eodem *coni. Gruterus* 15 fauſtuſ ſylle *D* 16 fılıuſ *D* gener ſeu nepoteſ *D* 17 afrıcanıum *D* 19 quarto trıumpho *D* 20 quarto *D:* quanto *D* 20—160, 1 ⟨⟩ *D:* ſe | conſulem fecıt· & ſtatım ad hıſpa | nıaſ eſt profectuſ· ubı pompeı fılıı | gn̄ pompeıuſ & ſextuſ pompeıuſ | ıngenſ bellum preparauerat | multa proelıa fuerunt ultımum | apud mundam cıuitatem ınqua | adeo cęſar poene uıctuſ eſt ut fugı|entıbuſ ſuıſ *B* 20 dıſpoſıtoq. recuperato regı *D*

caedi cogique aciem suam cerneret⟩ se uoluerit occidere ne post tantam rei militaris gloriam in potestatem adulescentium natus annos sex et quinquaginta ueniret. denique reparatis suis ⟨tum subito uersus in fugam Pompeiorum exercitus. et quidem eo die hoc bellum actum est, quo Pompeius pater ab urbe bellum gesturus aufugerat quattuorque annis hoc bellum ciuile indesinenter toto orbe intonuit. Titus Labienus et Attius Varus in acie caesi sunt. Sextus Pompeius cum centum equitibus aufugit. Gnaeus Pompeius frater eius contracta celeriter non parua Lusitanorum manu cum Caesonio congressus et uictus fugiensque interfectus est. Munda ciuitas cum inmensa hominum caede Caesare oppugnante uix capta est.⟩

XXXXI Inde Caesar bellis ciuilibus toto orbe compositis Romam rediit, agere insolentius coepit contra consuetudinem Romanae libertatis. cum ergo honores ex sua uoluntate praestaret, qui a populo antea referebantur nec senatui ad se uenienti adsurgeret aliaque regia et paene tyrannica faceret, coniuratum est in eum a ducentis sexaginta uel amplius senatoribus equitibusque Romanis. praecipui fuerunt inter coniuratos duo Bruti ex eo genere Bruti, qui primus Romae consul fuerat et reges expulerat, et Gaius Cassius et Seruilius Casca. ergo Caesar cum senatus die inter ceteros uenisset ad curiam, uiginti et tribus cultris senatoriis confectus uulneribusque confossus ⟨interiit. quo facto senatores strictis pugionibus in Capitolium secesserunt. diu deliberatum est utrum Capitolium cum auctoribus caedis oporteret incendi. corpus eius raptum populus dolore stimulatus in foro fragmentis tribunalium ac subselliorum cremauit. eadem igitur nocte Calpurnia uxor eius uidit in somnis eum confossum uulneribus in sinu suo iacere, orauit Caesarem ne eo mane abiret in senatum. set ille auspiciorum saepe neglegens contempsit somnium sed exitu probauit. igi-

---

2 adoleſcentium *BD* 3 ſex & l *B* 4—12 ⟨⟩ *D*: uicit · ex pompei filii | maior occiſuſ eſt minor fugit · *B* 7 tonuit *D* 8 Sextus] Gneuſ *D* 9 Gnaeus] ſextuſ *D* contrata *D* 10 ceſonio *D* 14 cępit *D* *ante* contra *add.* & *B* 15 *post* ergo *add.* & *B* 16 aſſurgeret *B* 17 poene · *B* 18 eum | ducenti *D*, eum cclx *B* uel] & eo *B* 21 G *B*: gneuſ *D* 23 tribuſ | & xx *B* 27 ſimulatuſ *D* phoro *D*

tur aute paucos dies quam Caesar occideretur in curia boue ex more mactato cor in extis non est repertum. quod cum Spurinna aruspex pronuutiasset ad uitae periculum pertinere ait Caesar constantiae memor 'miraris si bos cor non habet'? sed mox ei finis uitae fuit. idem Spurinna ante paucos fere dies eidem Caesari dixerat cauendas ei esse idus Martias. quo die uiso Spurinnae ait Caesar 'idus Martiae uenerunt'. ille respondit 'sed nondum transierunt'. eodem die Caesar confossus⟩ est, uir quo nullus umquam bellis magis enituit. eius si quidem ductu undecies centum nonaginta et duo milia hostium caesa sunt. nam quantam bellis ciuilibus fuderit noluit adnotare. signis conlatis quinquagies dimicauit. Marcum Marcellum solus supergressus qui triginta nouem uicibus pari modo fuerat proeliatus. ad hoc nullus celerius scripsit, nemo uelocius legit, quaternas etiam epistulas simul dictauit. tantae fuit bonitatis ut quos armis subegerat, clementia magis uicerit.

Eodem tempore Romae tres simul exorti soles paulatim iu eundem orbem coierunt. inter cetera portenta, quae toto orbe facta sunt, bos in suburbano Romae ad arantem locutus est frustra se urgeri: non enim frumenta sed homines breui defuturos.

LIBER SEPTIMVS

Anno ab urbe condita septingentesimo fere ac nono, interfecto ⟨Iulio⟩ Caesare ciuilia bella reparata sunt. percussoribus I cuim Caesaris senatus faucbat. Antonius consul partium Caesaris ciuilibus bellis opprimere eos conabatur. ergo turbata

---

2 exiſtiſ *D* 5 dies] annoſ *D* 6 cauendas *scripsi:* cauenda *D* id marciaſ *D* 7 marciaſ *D* 10 dnctuū *D* 11 annotare *b: inde ab hoc loco in codice B haud raro manus emendatrix nigriore atramento, eodem tamen nisi fallor tempore leuiuscula menda sustulit* 12 collatiſ *bD* 13 xxviiij uicibuſ *B* 14 nemo] nulluſ *B* 15 epiſtolaſ *D* 16 ſubigerat *D* 17 eandem *BD* 18 urbem *B* cohierunt *D* *subscriptum* JNCIPIT LIBER · VII · *in B* EXPLIC' LIBER VI · INCIPIT LIBER · $\overline{\text{VII}}$ · *in D* 23 Anno urbiſ dcc fere ac nono *B* 25 fouebat *B'*

re publica ⟨inter⟩ multa scelera ⟨quae⟩ Antonius committebat ⟨Decimum Brutum apud Mutinam obsidione concluserat, pro qua re⟩ a senatu hostis iudicatus. missi ad eum ⟨expugnandum liberandumque Brutum⟩ duo consules Pansa et Hirtius et ⟨cum his⟩ Octauianus adulescens annos decem et septem natus patre Octauio senatore genitus, maternum genus ab Aenea per Iuliam familiam sortitus, Caesaris nepos ⟨Acciae sororis eius filius⟩ quem ille testamento heredem reliquerat et nomen suum ferre iusserat. hic est qui postea Augustus est dictus et rerum potitus. ⟨nam ut breuiter coaceruationem malorum explicem, bella ciuilia quinque gessit Mutinense Philippense Perusinum Siculum Actiacum. e quibus duo hoc est primum ac nouissimum aduersus Marcum Antonium, secundum aduersus Brutum et Cassium, tertium aduersus Lucium Antonium, quartum aduersus Sextum Pompeium Gnaei Pompei filium. igitur Pansa primo ueniens exceptus insidiis inter suorum clades ipse quoque pilo grauiter uulneratur, ab eodem uulnere interpositis diebus mortuus. Hirtius auxilium collegae ferens magnas Antonii copias uasta strage deleuit. Caesar eatenus castra custodiuit.

II Secunda aduersus Antonium pugna magnae utrimque strages actae sunt. namque tunc ibi Hirtius consul occisus est, Caesar uictoria potitus est. cui Decimus Brutus de coniuratione occisi Iulii Caesaris confessus preces paenitentiae fudit.⟩ fugatus Antonius amisso exercitu confugit ad Lepidum, qui Caesaris magister equitum fuerat et tum militum copias grandes habebat, a quo susceptus est. ⟨Dolabella Trebonium unum

---

1 re p̄ ·*B* antoniuſ ſcelera *B* quae *P:* qua *D* committenſ *BDP* 2 decium *DP* 3. 4 ⟨⟩ *D:* perſequendum *B*, sunt. *add. b* 4 hyrtiuſ *B* 5 octauianuſ *PBD:* octauius *cod. Pith.* adoleſceuſ *Db* xvij *B* 6 re *in* patre *in ras. in B* octauio *PBD:* octauiano *cod. Pith.* enea *B'* 7 iuliium *B'* attię *D*, attiae *P* 10–23 ⟨⟩ *D:* Qua re profecti contra anto|nium treſ duceſ· uicerunt eum apud mu|tinam · euenit tamen ut uictoreſ con|ſuleſ ambo morerentur ·qua re treſ exer|cituſ uni ceſari auguſto paruerunt· | *B* 10 coaceruatione *D* 11 mutinenſem philippenſem *D* 16 inter ſeruorum cladeſ ab ipſo *D* 18 hirciuſ *D* 19 Caeſar — cuſtodiuit *om. D* 20 utriumq. *D* 22 deciuſ *D* 26–163, 5 ⟨⟩ *D:* mox *B*

ex interfectoribus Caesaris Smyrnae interfecit. consulum occisorum uterque exercitus Caesari paruit. postea Decimus Brutus in Gallia a Sequanis captus et occisus est. Basillus autem aeque unus de percussoribus Caesaris manu seruorum suorum necatus est. interea⟩ Lepido ⟨satis⟩ operam dante Caesar ⟨Antonium recepit in gratiam atque obsidem reconciliatae gratiae Dinae filiae eius, quam matrimonio sortitus est et ut⟩ uindicaturus patris sui mortem, a quo per testamentum fuerat adoptatus, Romam cum exercitu profectus ⟨est. inde cum in urbe rumor de futura proscriptione ortus esset, Gaius Toranius uir praetorius nihil tale metuens incursu militum domi suae interfectus est aliique complures trucidati sunt.⟩ per hos etiam Cicero orator occisus est multique alii nobiles ⟨et cum Antonio ac Lepido Caesar rem publicam armis tenere coepit. itaque ne latius atque effrenatius incircumscripta caedes ageretur, centum triginta et duo senatorum nomina in tabula proposita sunt primum Lepidi praecepto et nomine, deinde Antonii, tertio Caesaris. ibi Antonius Tullium Ciceronem inimicum suum proscripserat, ibi Lepidus Lucium Paullum fratrem suum in eundem proscriptorum gregem coniecerat. adiecti sunt postea ad numerum proscriptorum triginta equites Romani, multae diu ac variae caedes actae, domus proscriptorum direptis omnibus dirutae sunt. at Dolabella in Syria multa cum Cassio interfectore Iulii Caesaris bella gessit, a quo uictus sese interfecit.⟩

Interea Brutus et Cassius interfectores Caesaris ⟨magnis III
exercitibus comparatis per Macedoniam et orientem apud Athenas conuenerunt totamque Graeciam depopulati sunt. Rhodios Cassius terra marique oppugnatos ad deditionem coegit, qui-

2 uter *D* deciuſ *D* 5 interea a *D* opera *B'* 6. 7 ⟨⟩ *D:* pacem | cum antonio fecit · & quaſi *B* 6 ob fidē reconciliata eſt gr̄a · dinę filię eiuſ · | *D*, obſidem reconciliata eſt gratia Dinae filiae eiuſ (*sed in ras.*) *P* 9—12 ⟨⟩ *D:* extorſit ut ſibi uiceſimo anno | conſulatuſ daretur · Senatum pro|ſcripſit · cum antonio ac lepido rem pu|blicam armiſ tenere coepit · *B* 10 futuro *D'* thoraniuſ *D* 14 caeſar *om. D* cępit *D* 15 cediſ *D* 18 tuͥlium cironem *D* 19 paulum *D* 22 domoſ *D* 25—164, 1 ⟨⟩ *D:* in|genſ bellum mouerunt · erant enim | per macedoniam & orientem multi | exercituſ quoſ occupauerat (occupauerant *b*) *B* 27 Rhodiuſ *D*

bus praeter uitam nihil reliquit.⟩ igitur profecti sunt contra eos Caesar Octauianus Augustus et Marcus Antonius. remanserat enim ad defendendam Italiam Lepidus. apud Philippos Macedoniae urbem contra eos ⟨magnis bellorum apparatibus⟩ pugnauerunt ⟨eosque persecutos ad mortem compulerunt quamuis manifestissime illa tunc pugna non uirtute partis Antonii sed Caesaris felicitate confecta sit. Caesar enim tunc aeger cum se in castris Pharsalicis capiendae quietis causa tenere statuisset et apud Philippos luce uentura certaturae ciuile bellum inter se Romanae manus essent, hortatu et precibus medici sui Artorii, qui per somnium a Minerua admonitum sese fatebatur, ut ea die e castris Caesarem salutis ipsius causa duceret in campum, cum lectica aegre inter copias egressus est. sed intento eo in euentum uictoriae, Brutus unus ex interfectoribus Caesaris castra eius cepit. sed rursus Caesariani milites Bruti et Cassii castra ceperunt. qua re ad desperationem adacti Brutus et Lucius Cassius immaturam sibi mortem ante belli terminum consciuerunt. nam inuitatis percussoribus Cassius caput, Brutus latus praebuit. igitur in eo bello quod apud Philippos gestum, uisum est Lucio Cassio quod purpuratum Iulium Caesarem auunculum suum equo incitato in se irruentem uideret et gemens exclamauit 'cedamus quando nec occidisse prodest.'
IIII interea inter Augustum et Antonium sic est res publica diuisa⟩ ut Augustus Hispanias Gallias et Italiam teneret, Antonius Asiam Pontum orientem.

Sed in Italia Lucius Antonius consul bellum ciuile commouit frater eius qui cum Caesare contra Brutum et Cassium dimicauerat. is apud Perusium Tusciae ciuitatem uictus et captus est neque occisus.

⟨At Romae Fuluia uxor Antonii socrus Caesaris dominatum

---

1 reilquid *D* profecti ſunt igitur *B* 3 philippim *b* 5–23 ⟨⟩ *D:* primo proelio uicti ſunt ‖ antoniuſ & cęſar · Perit tamen dux | nobilitatiſ caſſiuſ · ſecundo brutum | & infinitam nobilitatem · quod cum illiſ | bellum geſſerant · uictam interfecerunt · | ac ſic inter eoſ diuiſa eſt reſ publica · | *B* 9. 10 ciuile inter bellum romane *D* 11 ammonitum *D* 12 die caſtriſtriſ caeſariſ *D* cauſe *D* 18 coegerunt nam *D* capud *D* 19 quod] quę *D* 28 thuſcie *D* 30—165, 10 ⟨⟩ *D:* interim a ſexto pompeio | gn̄

ut mulier agitabat incertum in hac mutatione consularis regiique fastigii utrum deficientis potentiae ultima an incipientis prima nominanda, certe etiam in eos insolens, per quos ut insolesceret agebatur. nam et Caesarem reuersum apud Brundisium contumeliis et factionibus insidiisque petiit. a quo propulsata ad Antonium concessit in Graeciam.

Sextus Pompeius Gnaei Pompei filius postquam se in proscriptorum numerum relatum comperit, conuersus in latrocinia omnem oram maritimam Italiae caedibus rapinisque uastauit. in Sicilia praeterea ingens bellum commouit cum⟩ his qui superfuerant ex partibus Bruti Cassiique ⟨qui ad eum confluxerant, nauibusque inpeditis Romam fame affecit. tunc⟩ per Caesarem Augustum Octauianum et Marcum Antonium ⟨superatus Sextus Pompeius bello est. mox cum eo pacem triumuiri ut non dicam tyranni id est Lepidus Caesar Antoniusque fecerunt. sed continuo cum contra pactum Pompeius fugitiuos allegeret, ut hostis habitus est. Mena libertus Pompei cum sexaginta nauium classe ad Caesarem defecit eidemque classi ipse iussu Caesaris praefuit. idemque continuo cum Statilio Tauro aduersum Menecratem Pompeianum ducem nauale bellum gessit. deinde ipse Caesar aduersus eosdem Pompeianos cruentissimum bellum confecit. sed continuo uictricem classem paene uniuersam apud Scyllaceum naufragio amisit.

Eodem⟩ tempore Marcus Agrippa in Aquitaniam rem pro- V
spere gessit. et Lucius Ventidius Bassus Persas ⟨et Parthos⟩ in Syriam inrumpentes tribus ⟨bellis maximis fudit regemque eorum Pacorum Horodis regis filium in acie interfecit ea scilicet die qua⟩ olim Horodes Persarum rex per duces Surenam

pompei filio ingenſ bellum in ſicilia com|motum eſt· *B* 1 regiq. *D* 10 ſupfuerunt *D'* 11. 12 ⟨⟩ *D*: ad eum confluentibuſ | bellatum *B* 12 commeatibuſque *uulgo*, nauibuſq. *DP*, manibusque *cod. Pith.* 13 auguſtum *om. B* 13—24 ⟨⟩ *D:* aduerſuſ | ſextum pompeium eſt· pax poſtremo | conuenit· ⟨e⟩o *B* 18 eiq. *D* 24. eodem — 25 geſſit *hic om. D*, *add. post* 166, 2 egit *D* 24 aquitania *b* 25 et luciuſ Ventidiuſ — (*ut uid.*) 166, 1 occiditur *om.* (*'tota haec periodus non uisitur in' Gruterus*) *P* L. bentiluſ *B* 26 inrumpenteſ (irrumpenteſ *b*) | in ſyriam perſaſ *B* 26—28 ⟨⟩ *D:* preliſ uicit· | paſtorum (*corr. in* posterum) regiſ orodiſ filium interfecit | ⟨e⟩o ipſo die quo *B* 27 pac|corum *D* 28 horodiſ *D*, orodiſ *B* ducem *B*

⟨et Sulacem⟩ Crassum occiderat. hic primus de Parthis iustissimum triumphum Romae egit. ⟨interea Antonius uix uno castello expugnato pacem cum Antiocho fecit ut ipse tantam rem consummasse uideretur. Ventidium Syriae praefecit iussitque ut Antigono bellum inferret, qui Iudaeos tum forte debellauerat, captaque Hierosolyma templum spoliauerat regnumque Herodi dederat, quem continuo uictum in deditionem recepit.

Mena libertus cum sexaginta nauibus ad Pompeium rediit, a quo clementer receptus Caesaris classem incendit, quamuis nuper Caesar alteram secundo naufragio perdidisset. idemque Mena postea ab Agrippa nauali proelio circumuentus cum sex triremibus ad Caesarem transiit. sed hunc Caesar tertio transfugam indulta tantum uita segnem reliquit. deinde Agrippa inter Mylas et Liparas insulas aduersus Democharem et Pompeium nauale proelium gessit ac uicit ibique tunc naues triginta aut demersit aut cepit. reliquis laceratis Pompeius Messanam confugit.

VI Caesar interea Taurominium traiecerat, quem repentino impetu Pompeius afflixit. unde multis demersis nauibus suis ac magna multitudine suorum militum perdita in Italiam Caesar aufugit nec interueniente mora in Siciliam rediit ibique Lepidum ex Africa aduentantem obuium habuit summas sibi partes terrore minis ac superbia uindicantem. post dies paucos Agrippa iussu Caesaris a litore cum acie instructa pro-

---

1 ſılaceam *D* (*P?*) 2—169, 6 ⟨⟩ *D*: Interım pompeıuſ pacem rupıt · & na|ualı pręlio uıctuſ · fugıenſ ad aſıam ınterfectuſ eſt · Antonıuſ quı | aſıam & orıentem tenebat · repu|diata ſorore cęſarıſ auguſtı octauı|anı · cleopatram regınam aegyptı | duxıt uxorem · contra perſaſ etıam | ıpſe pugnauıt · prımıſ eoſ pręlıſ uıcıt · | regredıenſ tamen fame & peſtılentıa | laborauıt · & cum ınſtarent parthı | fugıentı · ıpſe pro uıcto receſſıt · hıc quo|que ıngenſ bellum cıuıle commouıt ‖ cogente uxore cleopatra regına aegyptı · | dum cupıdıtate ınclıebrı optat etıam | ın urbe regnare · uıctuſ eſt ab auguſto | nauałı pugna clara et ıllustrı apud ac|tıum *B* 4 conſumaſſe *D* 6 captisque hierosolymis *ante ras. in P fuisse suspicatur Gruterus* hıeruſolıma *D* regnumque] templumq. *D* 7 uıctuſ *D* 14 Mylaſ & Lıparaſ *P*: mılaſ & lyparaſ *D*, mileas liparas *cod. Pith.* domo|chā *D*, Democham *P* 18 tauromenıā *D* 20 ıtalıa *D* 21 ſıcılıa *D* 23 ſupuıa *D*

spectantis atrocissimo nauali proelio aduersus Pompeium conflixit et uicit. nam centum sexaginta et tres naues aut demersit aut cepit. Pompeius cum decem et septem nauibus uix lapsus euasit. Lepidus magna uiginti legionum insolentia tumens cum Messanam militibus permissam diripuisset, ipsum Caesarem ad se uenientem semel atque iterum spreuit ac potius telis appeti iussit. quae ille collecta in laeuum brachium lacerna repellendo uitauit. mox inmisso equo ad suos reuersus instructoque exercitu aduersum Lepidum ueniens plurimas legiones Lepidi paucis interfectis transire in suam partem compulit. Lepidus tandem intellegens quo uanitas sua tenderet deposito paludamento adsumptaque ueste pulla supplex Caesari factus uitam et bona impetrauit perpetuo quidem multatus exilio. Taurus Caesaris praefectus totam paene Siciliam ferro pertemptatam conterritamque in fidem recepit. quadraginta et quattuor legiones sub unius tunc imperio Caesaris erant. milites multitudine ferociores quosdam pro accipiendis agris tumultus excitauerant. sed Caesar animo ingens uiginti milia militum exauctorauit, triginta milia seruorum dominis restituit, sex milia quorum domini non extabant in crucem egit. ouans urbem ingressus ut in perpetuum tribuniciae potestatis esset a senatu decretum est.

His diebus trans Tiberim e taberna meritoria fons olei terra exundauit ac per totum diem largissimo riuo fluxit.

Antonius uero contra Parthos profectus postquam Araxim VII
transmisit, omnibus undique malis circumuentus uix tandem Antiochiam cum paucis rediit. nam cum multitudinem equitum et sagittariorum ab omnibus proeliis, quae plura temptauit, uictus semper effugeret, tum praeterea incertis et ignotis regionis locis impeditus grauissima fame ad nefandos cibos coactus est. plurimi militum sese hostibus dediderunt. inde in Graeciam transiit iussitque Pompeium, qui uictus a Caesare exercitum

---

8 ſepellendo *corr. in* repellendo *in D* 13 imperauit *D*¹ mulemendatuſ *D* 24 hac *D* 24 fluxit *D* 25 contra Parthoſ tatus] profectuſ *om. D* 26 undique] unq. *D* 28 ſagittarũ *D* 29 religionıſ *D*¹

bellumque reparabat, cum paucis ad se uenire. Pompeius fugiens a Tito et Furnio Antonianis ducibus saepe terrestri naualique bello uictus et captus ac post paululum interfectus est. Caesar Illyricum Pannoniam partemque Italiae bellis subegit et domuit. Antonius Artabanen Armeniae regem proditione et dolo cepit, quem argentea catena uinctum ad confessionem thesaurorum regiorum coegit expugnatoque oppido, in quo conditos esse prodiderat, magnam uim auri argentique abstulit. qui elatus pecunia denuntiari bellum Caesari atque Octauiae sorori Caesaris uxori suae repudium indici iussit et Cleopatram sibi ab Alexandria occurrere imperauit. ipse Actium ubi classem constituerat profectus cum prope tertiam partem remigum fame absumptam offendisset, nihil motus 'remi' inquit 'modo salui sint, nam remiges non deerunt quoadusque Graecia homines habuerit.' contra Persas et Parthos etiam ipse pugnauit, primis eos proeliis uicit, regrediens tamen fame et pestilentia laborauit et cum instarent Parthi fugienti, ipse pro victo recessit. hic quoque ingens bellum ciuile commouit cogente uxore. Cleopatra regina Aegypti dum cupiditate muliebri optat etiam in urbe regnare.

VIII Caesar igitur ducentis triginta rostratis nauibus a Brundisio in Epirum profectus est. Agrippa uero praemissus a Caesare, multas onerarias naues frumento atque armis graues ab Aegypto Syria Asiaque ad subsidium Antonio uenientes cepit peragratoque Peloponnensium sinu Methonam urbem ualidissimo Antoniano praesidio munitam expugnauit. inde Corcyram cepit. fugientes nauali proelio persecutus profligauit multisque rebus cruentissime gestis ad Caesarem uenit. Antonius defectu et fame militum suorum permotus bellum maturare instituit ac repente instructis copiis ad Caesaris castra processit et uictus est. tertio post pugnam die Antonius castra ad Actium transtulit nauali proelio decernere paratus. ducentae triginta rostratae fuere Caesaris naues et triginta sine rostris

2 saepe] ſemp *D* 5 rege | im proditione *D* 10 uxoriſ *D* 18 uictu *D* 19 mulieri optat *D* 25 peloponenſiū *D* mothonam *D*

triremes, uelocitate liburnicis pares, et octo legiones classi superpositae absque cohortibus quinque praetoriis. classis Antonii centum septuaginta nauium fuit quantum numero cedens tantum magnitudine praecellens. nam decem pedum altitudine a mari aberant. famosum et magnum hoc bellum apud Actium fuit⟩ qui locus in Epiro est ⟨ab hora quinta usque in horam septimam incerta uincendi spe grauissimae utrimque caedes actae. reliquum diei cum subsequente nocte in uictoriam Caesaris declinauit. prior regina Cleopatra cum sexaginta uelocissimis nauibus fugit. Antonius quoque detracto insigni praetoriae nauis fugientem secutus uxorem est. inlucescente iam die uictoriam Caesar consummauit. ex uictis duodecim milia cecidisse referuntur, sex milia uulnerata sunt, e quibus mille inter curandum defecerunt. Antonius et Cleopatra communes liberos cum parte regiae gazae ad rubrum mare praemittendos censuerunt, ipsi praesidiis circa duo Aegypti cornua Pelusium Paraetoniumque dispositis classem et copias instaurando bello parauerunt. Caesar sexto imperator est appellatus et quartum ipse cum Marco Licinio Crasso consule Brundisium uenit. ibi orbis terrarum praesidia diuisis legionibus composuit. inde in Syriam profectus mox Pelusium adiit ubi ab Antonianis praesidiis ultro susceptus est.

Interea Cornelius Gallus praemissus a Caesare quattuor VIIII
legiones, quas Antonius apud Cyrenas praesidii loco constituerat, suscepit in fidem atque inde Paraetonium primam Aegypti a Libyae parte ciuitatem uicto cepit Antonio ipsumque continuo apud Pharum uicit. Antonius equestre aduersum Caesarem bellum iniit, in eo quoque miserabiliter uictus aufugit. kalendis Sextilibus prima luce Antonius cum ad instruendam classem in portum descenderet, subito uniuersae naues ad Cae-

---

6 epyro *B* 6—170, 5 ⟨⟩ *D*: ex qua fugit | in egyptum · & desperatis rebus · cum oms | an angustum transirent · ipse (se *add. b*) interemit · *B* 6 oram *D* 8 dei *D'* 12 consumauit *D* 16 sensuerunt *D* 17 parethoni | umq. *D* 19 consulatū *D* 24 cyreneas *D* 25 parethoniū *D* 25. 26 egipti ac libię partē *D* 26. 27 uicta cepit ipsam antonium continuo *D*

sarem transierunt eumque unico praesidio spoliatus esset, trepidus se eum paucis recepit in regiam. deinde imminente Caesare turbataque ciuitate idem Antonius sese ferro transuerberauit ac semianimis ad Cleopatram in monumentum, in quod se illa mori certa condiderat, perlatus est.⟩ Cleopatra exornata diuersis ornamentis ad Caesarem uenit sperans eum ut ceteros sua specie ad libidinem inlicere. sed ille se intra pudicitiam coartans ad eius concupiscentiam minime inflexus, eam mox custodiri mandauit. ⟨at illa postquam se ad triumphum seruari intellexit, e⟩ custodia elapsa in pretioso ⟨suo⟩ sepulcro iuxta Antonium suum se collocans sibi aspidem ⟨in sinistro brachio⟩ admisit et ueneno eius ⟨exanimata est, frustra Caesare etiam Psyllos admouente, qui uenena serpentum e uulneribus hominum haustu reuocare atque exugere solent.

X Caesar Alexandria, urbe omnium longe opulentissima et maxima uictor potitus est cum tota Aegypti regione⟩ praepositusque ei ⟨ab Augusto⟩ Gnaeus Cornelius Gallus ⟨datus est⟩: hunc primum Aegyptus Romanum iudicem habuit. ⟨nam et Roma in tantum opibus eius aucta est ut propter abundantiam pecuniarum, duplicia quam usque ad id fuerant possessionum aliarumque rerum uenalium pretia statuerentur. et ut annonae urbis copiam efficeret, fossas incuria uetustatis limo clausas labore militum patefecit et urbi annua ex Aegypto ducenties centena milia frumenti inferebantur. interea occisi sunt iussu Caesaris maior Antonii filius et Publius Canidius infestissimus quidem semper Caesari sed et Antonio infidus et Cassius Par-

5 cetera condidebuerat *D'* prelatuſ *D* cleopatrã *D* 7 a lıuıdınẽ *D* ılhcere *b* 9. 10 ⟨⟩ *D:* quę *B* 10 cuſtodı *B'* pretıo *D'* ſepulchro *D* 12 ammıſıt *B'D* 12—16 ⟨⟩ *D:* ex|tıncta eſt · Aegyptuſ per octauıa|num auguſtum ımperıo romano ad|ıecta eſt *B* 13 amouente *D* 14 hauſtum *D* 16 regıonem *D* 17 eı *BD:* eſt eı *b* aguſto *D* gnaeuſ *D:* ḡ *B* 18—171, 13 ⟨⟩ *D:* ıta bellıſ toto orbe con | fectıſ · octauıanuſ auguſtuſ romam re | dııt duodecımo anno quam (poſtquam *b*) conſul fuerat · | ex eo rem · p · per xl & ıııȷ annoſ ſoluſ | optınuıt · Ante (a *add. b*) enım xıı annıſ cum an | tonıo & lepıdo tenuerat · | denıque cum de orıente uictor reuerſuſ eſſ& · | urbemque trıplıcı trıumpho ıngreſſuſ | eſſ& · tum *B* 19 romam *D* habundantıã *D* 20 dupplıcıa *D* 21 alıqnarumq. *D* 22 copıoſam *D* 26 ceſarıſ *D*, *deinde* ſed et — 171, 1 Caeſarıſ *om. D* 26 palmentıſ *P cod. Pith.*

mensis, ultima uiolati patris Caesaris uictima et Quintus Ouinius ob eam maxime notam, quod obscenissimae lanificio textrinoque reginae senator populi Romani praeesse non erubuerat. dehinc Caesar pedestribus copiis in Syriam uenit, deinde in Asiam ad hiberna concessit ac post per Graeciam Brundisium peruectus est.

Anno ab urbe condita septingentesimo uicesimo quinto XI
ipso imperatore Caesare AVGVSTO quinquies et Lucio Apuleio consulibus Caesar uictor ab oriente rediens octauo idus Ianuarias urbem triplici triumpho ingressus est. ducti ante eius currum Sol et Luna Cleopatrae liberi ac tum primum Iani portas sopitis finitisque omnibus bellis ciuilibus clausit. hoc die⟩ primum Augustus eo quod rem publicam auxerit consalutatus est ⟨quod nomen cunctis antea inuiolatum et usque ad nunc ceteris inausum dominis tantum orbis licite usurpatum apicem declarat imperii⟩ atque ⟨ex eadem die summa rerum ac potestatum penes unum esse coepit et mansit, quod Graeci *μοναρχίαν* uocant. nec ullo tempore ante Caesarem Augustum magis Romana res floruit. nam cum primo Gaio Caesare auunculo suo interfecto ex Apollonia rediens urbem ingrederetur hora circiter tertia, repente liquido ac puro sereno⟩ circulus ad speciem caelestis arcus ⟨orbem solis ambiit quasi eum

---

emendauit ex Orosio Gruterus 1 obinniuſ *D* 2 quod] quã *D* 9 octauo *P:* octauum *D*, IX *cod. Pith.* 11 ıpſe *post* primum *add. uulgo* 13 eo *B:* et *D* 15 ınauſtum *D* 16—21 ⟨⟩ *D:* | extunc ſummam rerum poteſtatem | quam greci monarchıam nocant adep|tuſ eſt. Hıſ diebnſ tranſ tyberım | de taberna ·meritoria fonſ oleı e terra | exundauıt · ac per totum dıem lar|giſſımo rıuo fluxıt · ſıgnıficanſ ex | gentıbuſ *X̄PI* gratıam · Tunc etıam | *B* 17 poſeſtatũ *ut uid. D'* cepıt *D* 18 monarchıam *D* 22–175, 18 ⟨⟩ *D:* | cırca ſolem apparauıt · | Igıtur cnm xlmo ſecundo anno ‖ ſırmiſſımam ueriſſimamque pacem cęſar | compoſnıſſ& · dñſ x̄pſ ın bethleem natuſ | eſt · cuıuſ aduentuı pax ıſta ſamulata | eſt ·Non ullo tempore ante cęſarem magıſ | romana reſ floruıt · nam exceptıſ cıuı|lıbuſ bellıſ ın quıbuſ ınuıctuſ fuıt · | romano adıecıt ımperıo · ę gyptum · can|tabrıam · dalmatıam · ſepę (*, rursus deletum*) ante uıctam · | ſed penıtuſ tunc ſnbactam · pannonıam · | aquıtanıam · yllırıcnm · retıam · uındılıcoſ | & talaſſoſ · ın alpıbuſ · omneſ pontı marı|tımaſ cıuıtateſ · ın hıſ nobılıſſımaſ · boſ | forum · & pontı cappadocem · uıcıt autem prel *oſ (*in ras. fuit* i) · dagoſ · ger-

unum ac potentissimum in hoc mundo solumque clarissimum in orbem monstraret, cuius tempore uenturus esset qui ipsum solem solus mundumque totum et fecisset et regeret. deinde cum secundo in Sicilia receptis a Pompeio et Lepido legionibus, triginta milia seruorum dominis restituisset et quadraginta quattuor legiones solus imperio suo ad tutamen orbis terrarum distribuisset ouansque urbem ingressus esset, omnia superiora populi Romani debita donanda litterarum etiam monumentis abolitis censuit.

XII Anno ab urbe condita septingentesimo tricesimo sexto imperatore Augusto Caesare sexies et bis Marco Agrippa consulibus Caesar parum in Hispania per ducentos annos actum intellegens si Cantabros atque Astures duas fortissimas Hispaniae gentes suis uti legibus sineret, aperuit Iani portas atque in Hispanias ipse cum exercitu profectus est. Cantabri et Astures Gallaeciae prouinciae portio sunt, qua extentum Pyrenaei iugum haud procul secundo Oceano septemtrione deducitur. hi non solum propriam libertatem tueri parati uerum etiam finitimorum praeripere ausi Vacceos et Turmogos et Aurigonas assiduis eruptionibus depopulabantur. igitur Caesar apud Segisamam castra posuit tribus agminibus totam paene amplexus Cantabriam. diu fatigato frustra atque in periculum saepe deducto exercitu tandem ab Aquitanico sinu per Oceanum incautis hostibus admoueri classem atque exponi copias iubet. tunc demum Cantabri sub moenibus Atticae maximo congressi bello et uicti in Vinnium montem natura tutissimum confugerunt, ubi obsidionis fame ad extremum paene consumpti sunt. Tracilium deinde oppidum magna ui ac diu repugnans postremo captum ac dirutum est.

---

manorum ıngentef copıaf | cęcıdıt · ipfof quoque tranf aluıam (ıa *in ras.*) flu'uıum fubmouıt (*corr. in* fūmouıt) · quı ın barbarıco longe | ultra renum eft · Hoc tamen bellum | per drufum (*corr. in* drufıum) prıuıgnum fuum am^d^mınıftra|uıt ficut per tyberıum prıuıgnum alterum | pannonıcum · Quo bello cccc captıuorum || mılıa ex germanıa tranftulıt · & fupra | rıpam reni ın gallıa collocauıt · *B* 1 unum *om.* *D* potıffımū *D* 7 ouanq. *D'* orbem *D* effet *om.* *D* 10 tricesimo] uıcefımo *D* 12 actutū *D'* 16 gallecıe *D* quā *D* 24 ıncauftıf *D* ammouerı *D* 25 menıbuf *D*

Praeterea ulteriores Gallaeciae partes, quae montibus siluisque consitae Oceano terminantur Antistius et Firmius legati magnis grauibusque bellis perdomuerunt. nam et Medullium montem Minio flumini imminentem, in quo se magna multitudo hominum . tuebatur, per quindecim milia passuum fossa circumsaeptum obsidione cinxerunt. itaque ubi se gens hominum trux natura et ferox neque tolerandae obsidioni sufficientem neque suscipiendo bello parem intellegit, ad uoluntariam mortem seruitutis timore concurrit. nam se paene omnes certatim igne ferro ac ueneno necauerunt.

XIII

Astures uero positis castris apud Asturam flumen Romanos nisi proditi praeuentique essent magnis consiliis uiribusque oppressissent. tres legatos cum legionibus suis in tria castra diuisos tribus aeque agminibus obruere repente moliti suorum proditione detecti sunt. hos postea Carisius bello exceptos non parua etiam Romanorum clade superauit, pars eorum proelio elapsa Lanciam confugit. cumque milites circumdatam urbem incendio adoriri pararent, dux Carisius et a suis cessationem impetrauit incendii et a barbaris uoluntatem deditionis exegit. studiose enim nitebatur integram atque incolumem ciuitatem uictoriae suae testem relinquere. Cantabricae uictoriae hunc honorem Caesar detulit ut tunc quoque belli portas claustro cohiberi iuberet. ita tunc secundo per Caesarem, quarto post urbem conditam clausus est Ianus.

XIIII

Post hoc Claudius Drusus, priuignus Caesaris, Galliam Rhaetiamque sortitus, maximas fortissimasque gentes Germaniae armis subegit. nam tunc ueluti ad constitutum pacis diem festinarent, ita omnes ad experientiam belli decisionemue foederis undatim gentes commouebantur aut suscepturae condiciones pacis si uincerentur, aut usurae quieta libertate si uincerent. Norici Illyrici Pannonii Dalmatae Moesii Thra-

4 nimio flumini *DP cod. Pith., emend. ex Orosio Gruterus* 6 cincxerunt *D* ubi ſegneſ *D* 7 ſtrux *D* 8 ſuſpiciendo *D* 10 certe igne *DP, emend. ex Orosio Gruterus* 13 matria *D* 15 ceſariuſ *D* 17 lanchā *DP cod. Pith.* 25 claudiuſ rurſuſ *D*¹ 26 rhetiamq. *D* 30 condicione* (*fuit* s) *D* 31 *ante* norici *add* Idē *D* hyllirii *D*

ces Daci Sarmatae plurimique et maximi Germaniae populi per diuersos duces uel superati uel repressi uel etiam obiectu maximorum fluminum Rheni Danuuiique seclusi sunt. Drusus in Germania primo Vsipetes, deinde Tencteros et Chattos perdomuit, ipsos quoque trans Albim fluuium submouit, qui in Barbarico longe ultra Rhenum sunt. Marcomannos paene ad internicionem cecidit. postea fortissimas nationes et quibus natura uires, consuetudo experientiam uirium dabat id est Cheruscos Sueuos et Sigambros pariter uno bello sed etiam suis aspero superauit. quorum ex eo considerari uirtus ac feritas potest quod mulieres quoque eorum siquando praeuentu Romanorum inter plaustra sua concludebantur, deficientibus telis uel qualibet re, qua uelut telo uti furor possit, paruos filios conlisos humi in hostium ora iaciebant in singulis filiorum necibus bis parricidae.

Et tunc etiam in Africa Musolanos et Gaetulos latius uagantes Cossus dux Caesaris artatis finibus coercuit atque a Romanis limitibus abstinere metu compulit.

Interea Caesarem apud Tarraconem citerioris Hispaniae legati Indorum et Scytharum toto orbe transmisso tandem ibi inuenerunt ultra quod iam quaerere non possent refuderuntque in Caesarem Alexandri Magni gloriam, quem sicut Hispanorum Gallorumque legatio in medio oriente apud Babyloniam contemplatione pacis adiit ita hunc apud Hispaniam in occidentis ultimo supplex cum gentilicio munere Eous Indus et Scytha Boreus orauit.

XV Cantabrico bello per quinque annos acto totaque Hispania in aeternam pacem cum quadam respiratione lassitudinis reclinata ac reposita Caesar Romam rediit quibus etiam diebus multa per se multaque per duces et legatos bella gessit. nam

---

1 & dacu *D* maxime *D* 2 obiectum *D* 4 fuſipicef *D* tencterof et chattof *P:* thecterof et chatthof *D* 5 alucm *DP* 6 sunt *Pithoeus:* eſt *D* 12 conlidebantur *corr. ex* conludebantur *in D* 14 umı *D'* 15 parricida *D* 16 africã *D* getulof *D* 17 cohercuit *D* 18 militib; ſuſtinere *D* 19 terraconẽ *D* 23 babylonaf *D* 25 Eous] eũ *D* 27 anno *D*

inter ceteros et Piso aduersum Vindelicos missus est. quibus subactis uictor ad Caesarem Lugdunum uenit. Pannonios nouo motu intumescentes Tiberius priuignus Caesaris cruentissima caede deleuit. idemque continuo Germanos bello arripuit e quibus quadraginta milia captiuorum uictor abduxit. quod re uera bellum maximum et formidolosissimum quindecim legionibus per triennium gestum est nec fere ullum maius bellum, sicut Suetonius attestatur, post Punicum fuit. sub eodem uero tempore Quintilius Varus propraetor cum tribus legionibus trans Rhenum fluuium a Germanis rebellantibus mira superbia atque auaritia in subiectis agens funditus deletus est cum tribunis et propraetoribus. quam rei publicae cladem Caesar Augustus adeo grauiter tulit ut ueste capilloque ac reliquis lugentium indiciis deformis et saepe per uim doloris caput parieti conlidens clamaret 'Quintili Vare redde legiones'.

Bosporanos uero Agrippa superauit et signis Romanis, quae illi quondam sub Mithridate abstulerant, bello recuperatis uictos ad deditionem coegit.⟩ Armeniam a Parthis recepit ⟨Parthi quasi toto terrarum orbe uel domito uel pacato omnium oculis signarentur atque in se solos omnis uigor Romani imperii uertendus esset — quippe quos pristina ulciscendae Crassianae caedis conscientia mordebat — ultro signa quae Crasso interfecto abstulerant ad Caesarem remiserunt obsidibus regiisque traditis firmum foedus fideli supplicatione meruerunt⟩. Galatia quoque sub hoc prouincia facta est, cum antea regnum fuisset primusque eam Marcus Lollius pro praetore administrauit.

Tanto autem amore etiam apud barbaros fuit ut reges XVI
populi Romani amici in honorem eius conderent ciuitates, quas Caesareas nominarent, sicuti in Mauritania a rege Iuba et

1 uendılıcoſ *D* 3 tyberıuſ *D* 11 deletū *D* 12 tribunıs & propraetoribus *cod. Pithoei:* trıbunı & pretor *DP* 15 regıoneſ *ut uid. D'* 17 mıtrıdaten *D* 19—25 ⟨⟩ *D:* obſıdeſ quod | nullı antea perſę (*add. man.* 2) eı dederunt | Reddıderunt etıam ſıgna romana quae | craſſo uıcto ademerant · ſcıte (*corr. in* scithę) ındı | quıbuſ antea romanorum nomen ıncognı|tum fuerat · munera et legatoſ ad eum | mıſerunt · *B* 24 regıſq. | obſıdıb; tradıtıſ *D* 26 ammınıſtrauıt *B'* 29 quoſ *B'* 30 ıuua *B*

in Palaestina, quae nunc urbs est clarissima. multi autem reges ex regnis suis uenerunt ut ei obsequerentur et habitu Romano, togati scilicet ad uehiculum uel equum ipsius cucurrerunt. adeo denique turbas ⟨bella⟩ simultates execratus est ut nisi iustis de causis numquam genti euiquam bellum indixerit iactantisque esse ingenii et leuissimi dicebat ardore triumphandi et ob lauream coronam id est folia infructuosa in discrimen per incertos euentus certaminum securitatem ciuium praecipitare neque imperatori bono quicquam minus quam temeritatem congruere, satis celeriter fieri quicquid commode gereretur armaque nisi maioris emolumenti spe nequaquam mouenda esse, ne conpendio tenui iactura graui petita uictoria similis sit hamo aureo piscantibus, cuius abrupti amissique detrimentum nullo capturae lucro pensari potest. auunculi quoque inuentum uehementer arguebat qui milites commilitones nouo blandoque more appellans dum affectat carior fieri, auctoritatem principis emolliuerat. ⟨iste in imperio positus tribuniciam potestatem per se exercuit.⟩

XVII Denique erga ciues clementissime uersatus est, in amicos fidus extitit, quorum praeipui erant ob taciturnitatem Maecenas, ob patientiam laboris modestiamque Agrippa. diligebat praeterea Vergilium Flaccumque poetas, rarus quidem ad ⟨recipiendas amicitias, ad⟩ retinendas constantissimus, liberalibus studiis praesertim eloquentiae in tantum incumbens ut nullus, ne in procinctu quidem laberetur dies quin legeret scriberet declamaret. ⟨leges alias nouas, alias correctas protulit suo nomine.⟩ auxit ornauitque Romam aedificiis multis isto glorians dicto 'urbem latericiam repperi, relinquo marmoream'. fuit mitis gratus ciuilis animi et lepidi, corpore toto pulcher sed

---

1 pbaleſtına *D* ē | urbſ (*sed* ē *add. man.* 2) *B* 4 ſımultateſq: *b* 6 *ante* eſſe *add.* ſe *B* ıngenıſ *D'* 7 auream *B* 8 ıncertuſ *D* 11 * nıſı *B* maıor *B'*, maıore *D* emolumentıſ *D'* ſpe ** (*fuit* ne *ut uid.*) *D* 12 mobenda *D'* compendıo *B* 13 abruptı *DP*: obruti *cod. Pithoei* 16 amore *B* 17 prıncıpum *B* 20 fıdoſ *B'* extıtıtıt *D* mecenaſ *B* 22 uırgıhum *BD* pętaſ *D* 23 amıcıtıaſ ad retınendaſ *om. D* retınendam | *B* 26 legenſ alıaſ naueſ *D*

oculis magis, quorum acies clarissimorum siderum modo uibrans libenter accipiat cedi ab intendentibus tamquam solis radiis aspectui suo. a cuius acie dum quidam miles auerteret oculos et interrogaretur ab eo cur ita faceret, respondit 'quia lumen oculorum tuorum ferre non possum'.

Nec tamen uir tantus uitiis caruit. fuit enim paululum XVIII
inpatiens, leniter iracundus, occulte inuidus, palam factiosus. porro autem dominandi supra quam aestimari potest cupidissimus, studiosus aleae lusor. cumque esset cibi ac vini multum, aliquatenus uero somni abstinens, seruiebat tamen libidini usque ad probrum uulgaris famae. nam inter duodecim catamitos totidemque puellas accubare solitus erat. abiecta quoque uxore Scribonia amore alienae coniugis possessus Liuiam quasi marito concedente sibi coniunxit. cuius Liuiae iam erant filii Tiberius et Drusus. cumque esset luxuriae seruiens, erat tamen eiusdem uitii seuerissimus ultor more hominum, qui in ulciscendis uitiis, quibus ipsi vehementer indulgent, acres sunt. ⟨nam poetam Ouidium, qui et Naso, pro eo quod tres libellos artis amatoriae scripserat, inreuocabili damnauit exilio. quodque est laeti animi uel amoeni, oblectabatur omni genere spectaculorum praecipue ferarum incognita specie et infinito numero. iam et in adipiscendo principatu oppressor libertatis est habitus et in gerendo ciues sic amauit ut tridui frumento iu horreis quondam uiso statuisset ueneno emori si e prouinciis classes interea non uenirent, quibus aduectis felicitati eius salus patriae est attributa.

Itaque anno ab urbe condita septingentesimo quinquagesimo secundo Caesar Augustus ab oriente in occidentem, a septemtrione in meridiem ac per totum oceani circulum cunctis gentibus una pace compositis Iani portas tertio ipse tunc clausit, quas ex eo per duodecim fere annos quietissimo semper obseratas otio ipsa etiam robigo signauit. nec umquam

---

1 magiſ *DP:* maguſ *cod. Pithoei* bıbranſ *DB* 2 ıntentıb; *D* tamquı *B* 3 cuıſ *D, deinde* facıe *B* 4 quur *B* 7 ınpacıenſ *D* leuıter *cod. Pithoei* 10 uero *D:* tamen *B* 11 xıı *B* 12 katamıtoſ *DB* 13 lıbıam *DB* 14 coniuncxıt *B* lıbıę *DB* 15 tyberıuſ *DB* 18 acreſcunt nam *D* 20 amenı ablectabatur *D* 22 iam *scripsi:* nam *D* 28 occıdente *D*

nisi sub extrema senectute Augusti pulsante Atheniensium seditione et Dacorum commotione patuerunt.

XVIIII Clausis igitur Iani portis rem publicam, quam bello quaesierat, pace nutrire et amplificare studens leges plurimas statuit, per quas humanum genus libera reuerentia disciplinae morem gereret. domini appellationem ut homo declinauit. nam cum eo spectante ludos pronuntiatum esset in mimo 'o dominum aequum et bonum!' uniuersique quasi de ipso dictum esset exsultanter approbauissent, et statim quidem manu uultuque indecoras adulationes repressit et in sequenti die grauissimo corripuit edicto, dominumque se posthac appellari ne a liberis quidem aut nepotibus suis uel serio uel ioco passus est.

Huius temporibus Romae sapientes insignes erant Vergilius Flaccus Salustius Liuius Hortensius Terentius Horatius Athenodorus Tarsensis et Sotio Alexandrinus.

Idem uero Augustus habitatoribus Romanae urbis per facies dinumeratis inuenit uirorum habitantium in ea centies tricies et semel milia triginta septem.

Igitur eo tempore id est quadragesimo secundo imperii sui anno, quo firmissimam uerissimamque pacem ordinatione dei Caesar composuit, natus est Christus, cuius aduentui pax famulata est. in cuius ortu audientibus hominibus exultantes angeli cecinere 'gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bonae uoluntatis'.

XX Anno ab urbe condita septingentesimo sexagesimo quattuordecim uicos eius incertum unde consurgens flamma consumpsit. nec umquam, ut ait Liuius, maiore incendio uastata est adeo ut post aliquot annos Caesar Augustus ad reparationem eorum, quae tunc exusta erant, magnam uim pecuniae ex aerario publico largitus sit.

---

1 pulſate *D* 4 plurimas] pmaſ *D* 9 appbabiſſent *D* 11 poſt· hec *D* 14 uirgiliuſ *D* 15 Libiuſ· Ortenſiuſ *D* Oratiuſ· *D*· Tarſeuſ · et ſitio *D* 18 centieſ tricieſ & ſemel *Pithoeus*:; centū triginta & unum *D* 26 ſexageſim· *D* 27 uicuſ *D* conſupſit *D* 28 libiuſ *D*

Postquam redemptor mundi dominus Iesus Christus uenit in terras et Caesaris censu ciuis Romanus adscriptus est, dum per duodecim ut dixi annos clausae belli portae beatissima pacis tranquillitate cohiberentur, Gaium nepotem suum Caesar Augustus ad ordinandas Aegypti Syriaeque prouincias misit. qui praeteriens ab Aegypto fines Palaestinae apud Hierosolymam in templo dei tunc sancto et celebri adorare contempsit sicut Suetonius Tranquillus refert. quod Augustus ubi per eum comperit, prauo usus iudicio prudenter fecisse laudauit. Itaque anno imperii Caesaris quadragesimo octauo adeo dira Romanos fames consecuta est ut Caesar lanistarum familias omnesque peregrinos, seruorum quoque maximas copias exceptis medicis et praeceptoribus trudi urbe praeceperit. ita peccante principe in sanctum dei et correpto per famem populo quantitatem offensionis qualitas ultionis ostendit. deinde ut uerbis Cornelii Taciti loquar, sene Augusto Ianus patefactus dum apud extremos terrarum terminos nouae gentes saepe ex usu et aliquando cum damno quaeruntur, usque ad Vespasiani durauit imperium.

XXI

Interea Caesar Augustus⟩ annos ⟨natus⟩ septem et septuaginta ingressus Nolam morbo interiit, quamquam alii scribant dolo Liuiae extinctum metuentis ne quia priuignum Agrippam, quem odio nouercali in insulam relegauerat, reduci comperecrat, eo summam rerum adepto poenas daret. ⟨sepultus Romae est in campo Martio.⟩ igitur mortuum seu necatum multis nouisque honoribus senatus censuit decorandum. nam praeter id quod antea patrem patriae dixerat, templa tam Romae quam per urbes celeberrimas ei consecrauit cunctis uulgo iactantibus 'utinam aut non nasceretur aut non moreretur' uir qui non inmerito ex maxima parte deo similis est putatus.

---

1 ihſ *D* 4 cohiberentuſ *D* 6 phaleſtine *D* hierofolimā *D* 8 tranquilliuſ referat *D* 14 peccante principē *D* 16 sene] ſine *D* 20 vij & lxx *B* 21 nole *B* 22 libę̍ *D*, libię *B* priuigne filium *B* 23 religa|uerat *B*, ligauerat *D*, *deinde om.* reduci compererat *D* 24 pę-naſ *D* 25 eſt *om. D* marcio *D* multiſque | ac nouiſ *B* 26 decoranduſ *D* 27 pa|trem patrię antea *B* 28 cęleberri|ma* (*fuit* s) *B* ei *om. B*, *deinde* cęlebrauit *B*

neque enim facile ullus eo aut in bellis felicior fuit aut in pace moderatior. quadraginta et quattuor annis, quibus solus gessit imperium, ciuilissime uixit, in cunctos liberalissimus, in amicos fidelissimus, quos tantis euexerat honoribus ut paene aequaret fastigio suo. imperauit annos quinquaginta et sex: duodecim cum Antonio ⟨et Lepido⟩ quadraginta uero et quattuor solus. qui certe numquam rei publicae ad se potentiam traxisset aut tam diu ea potiretur nisi magnis naturae et studiorum bonis abundasset. rem publicam beatissimam Tiberio successori reliquit.

XXII ⟨Anno ab urbe condita septingentesimo sexagesimo septimo Tiberius Caesar Liuiae filius, secundus imperium adeptus est⟩ qui priuignus Caesaris, mox gener, postremo adoptione filius fuerat. iste quia Claudius Tiberius Nero dicebatur, eleganter a iocularibus Caldius Biberius Mero ob uinolentiam nominatus est. satis prudens in armis satisque fortunatus ante sumptum imperium sub Augusto fuit ut non inmerito rei publicae dominatus ei committeretur. inerat ei scientia litterarum multa: eloquio clarior sed ingenio pessimo truci auaro insidioso, simulans ea se uelle quae nollet, his quasi infensus quibus consultum cupiebat, his uero quos oderat, quasi beniuolus apparens. repentinis responsionibus aut consiliis melior quam meditatis. ⟨denique delatum a patribus principatum, quem quidem astu perceperat, finxit se abnuere, quid singuli dicerent uel sentirent atrociter explorans. quae res bonos quosque pessum dedit. aestimantes enim ex animo eum longa oratione imperialis molestiae magnitudinem declinare cum sententias ad eius uoluntatem promunt, incidere exitia suprema.⟩ nusquam ipse pugnauit ⟨sed

---

1 becıllıſ *corr. in* bellıſ *in B* 2 xlıııȷ *B* 3 cuctoſ *D'* 4 euexerıt *B* poene *B* 5 l & vı *B* 6 xıı *B* xl uero & ıııȷ | *B* 9 tyberıo *B* 10 relıquıd *DB* 12 lıbıe *D* 13 ceſarıſ *D:* eı *B* adoptatıone *B* 14 tyberıuſ *DB* 15 ıoculatorıbuſ *in marg. quasi ex cod. Pithoeus sed patet ipsius coniecturam esse* caldıuſ lıberıuſ mero *B:* claudıuſ tyberıuſ mero *D* 19 aůro *D* 20 ınſultū *D* cupıebatur *B* 23 praeceperat *coni. Gruterus* (quod quidem astu perfecerat *nulla neque sententia neque auctoritate Pithoeum secutus Muratorius*) 29—181, 5 ⟨⟩ *D:* | bella · per legatoſ geſſıt ſuoſ · *B*

ne per legatos quidem aliqua grauia bella gessit, nisi quod tantum aliquantis in locis praecogniti cito gentium tumores comprimebantur. sane quarto imperii eius anno Germanicus Drusi filius, Caligulae pater, de Germanis, ad quos ab Augusto sene missus fuerat, triumphauit.⟩ quosdam reges ad se per blanditias euocatos numquam remisit, in quibus Archelaum Cappadocem, cuius etiam regnum in prouinciae formam redegit et maximam ciuitatem appellari nomine suo iussit, quae nunc Caesarea dicitur cum Mazaca antea diceretur. ⟨Gaetulorum latrocinia repressit, Marobodum Sueuorum regem callide circumuenit.

Plurima imperii sui parte cum magna et graui modestia XXIII
rei publicae praefuit adeo ut quibusdam praesidibus augenda prouinciis tributa suadentibus scripserit boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. at postquam passus est dominus Christus atque a mortuis resurrexit et discipulos suos ad praedicandum dimisit, Pilatus praeses Palaestinae prouinciae ad Tiberium imperatorem atque ad senatum rettulit de passione et resurrectione Christi consequentibusque uirtutibus, quae uel per ipsum palam factae fuerant uel per discipulos ipsius in nomine eius fiebant et de eo quod certatim crescente plurimorum fide deus crederetur. Tiberius cum suffragio magni fauoris rettulit ad senatum ut Christus deus haberetur. senatus indignatione motus cur non sibi prius secundum morem delatum esset ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusauit edictoque constituit exterminandos esse urbe Christianos praecipue cum et Seianus praefectus Tiberii suscipiendae religioni obstinatissime contradiceret. Tiberius tamen edicto accusatoribus Christianorum mortem comminatus est. nam et plurimos senatorum proscripsit et in mortem coegit. uiginti sibi patricios uiros consilii causa legerat: horum uix duos incolumes reliquit, ceteros diuersis causis necauit. Seianum praefectum suum res nouas molientem interfecit. filios suos Drusum et Germanicum, qui adoptiui erant,

1 ieſſit *B* 6 blanditieſ *B* 9 ceſarea *B* 10 Getulorum *D* 17 phaeſtine *D* 18 tyberium *D* 22 *et* 27 tyberiuſ *D* 30 patricio *D* 31 reliquid *D*

manifestis veneni signis perdidit. filios Germanici filii sui interfecit.⟩

XXIIII Hic tertio et uicesimo imperii anno, aetatis septuagesimo octauo et mense quarto cum inmani furore insontes, noxios, suos pariter ⟨ut diximus⟩ externosque puniret, resolutis militiae artibus Armenia per Parthos, Moesia a Dacis, Pannonia a Sarmatis, Gallia a finitimis gentibus direptae sunt. ipse ⟨cum⟩ ingenti omnium gaudio in Campania ⟨Caligulae insidiis⟩ extinctus est.

Huius ⟨etiam⟩ imperii anno ⟨duodecimo noua et incredibilis clades apud Fidenatium urbem accidit. nam amphitheatri cauea populo gladiatorum munus spectante conlapsa est et plus quam uiginti milia hominum occidit.

Deinde anno eiusdem septimo decimo cum dominus Iesus Christus uoluntarie quidem se tradidit passioni sed impie a Iudaeis apprehensus et in patibulo suffixus est, maximo terrae motu per orbem facto saxa in montibus scissa maximarumque urbium plurimae partes plus solita concussione ceciderunt. eadem quoque die a sexta hora diei usque in horam nonam sol in totum obscuratus taetraque nox subito obducta terris est et sicut dictum est

impiaque aeternam timuerunt saecula noctem.

usque adeo autem neque lunam lumini solis neque nubes obstitisse manifestum est ut quartam decimam ea die lunam tota caeli regione interiecta longissime a conspectu solis abfuisse et stellas tunc diurnis horis uel potius in illa horrenda nocte toto caelo fulsisse referatur, quod non solum sanctorum euangeliorum fides sed etiam aliquanti Graecorum libri adtestantur quamquam nono decimo anno Tiberii haec facta referantur. scribens autem inter ceteros et Phlegon, qui olympiadas super

---

3 lxxviij *B* 8 kaligule *D* extinctuſ *D:* mortuuſ *B* 10—183, 9 *D:* xvmo anno · dn̄ſ ihſ xp̄ſ | prędicationiſ suę ſumpſit initium · | octauo quoque & decimo eiuſdem anno · ihſ xp̄ſ filiuſ dī dn̄ſ n̄r pro nobiſ ſeſe | morti offerenſ cruci fixuſ eſt · ſucceſſit | tyberio gaiuſ cęſar cognomento galicula | *B* 11 urbe *D* 14 ihſ *D* 19 die *D* 20 tetraque (*D*) 22 *Verg. Georg. I* 468 impii atq. ęterna *D* ſecula nocte *D* 25 afſuiſſe *D* 29 tyberii *D* 30 phlego *D*

ipsis enumerat, in tertio decimo sermone eisdem uerbis asserit haec 'porro quarto anno ducentesimae secundae olympiadis facta est defectio solis maxima et nox hora sexta diei facta est ita ut etiam stellae in caelo apparerent. terrae motus etiam magnus in Bithynia factus plurimam Nicaenae partem urbis subuertit'.

Anno ab urbe condita septingentesimo nonagesimo tertius XXV
ab Augusto Gaius cognomento Caligula regnare coepit, Germanici filius⟩ Drusi priuigni Augusti et ipsius Tiberii nepos ⟨et quia natus in exercitu fuerat, cognomentum calciamenti militaris id est Caligula sortitus est, homo omnium ante se⟩ sceleratissimus ⟨et⟩ qui etiam Tiberii dedecora purgauerit. ⟨ante principatum carus omnibus acceptusque fuit, in principatu uero talis ut non immerito uulgaretur atrociorem illo dominum non fuisse. nam ut breuiter magnitudinem crudelitatis eius exponam, exclamasse fertur 'utinam populus Romanus unam ceruicem haberet!' saepe etiam de condicione temporum suorum conquestus est, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur.⟩ bellum ⟨ipse⟩ contra Germanos suscepit et ingressus Suauiam nihil strenue fecit. stupra ⟨tribus⟩ sororibus ⟨suis⟩ intulit, ex una etiam natam filiam cognouit. ⟨incedebat habitu deorum suorum, Iouem ob incestum, e choro autem Bacchanali Liberum se asserebat. de quo nescio an decuerit memoriae prodi nisi forte quia iuuat de principibus nosse omnia ut improbi saltem famae metu talia declinent. in palatio matronas nobiles publicae libidini subiecit. primus diademate imposito dominum se iussit appellari. in spatio trium milium, quod in sinu Puteolano intra molem iacet, duplici ordine naues contexens arenae aggestu ad terrae speciem uiam solidatam phalerato equo insignis, querquea corona, quasi triumphans indutus aureo paludamento curru biiugi decucurrit.

---

4 parerent *D* 5 bıthınıa *D* nıcene *D* partem *om.* *D* 8 cepıt *D* 9 tyberıı *DB* 10 cognomento *D* 12 ſceleratıſſımoſ *B* tyberıı *B* 15 expromã *D* 17 condıtıone *D* 19 ſuauıam *sic* *DB* 20 nıl *B* treſ *D* 22 ıobem *D* bachanalı *D* 24 ıubat *D* 28 dupplıcı *D* 29 falerato *D* 31 auro *D*

XXVI Isdem autem diebus Iudaei, qui iam tunc ob passionem Christi meritis ubique cladibus exagitabantur, apud Alexandriam seditione excitata profligati caede atque urbe propulsi expromendarum querelarum causa Philonem quendam uirum sane in primis eruditum secunda uice legatum ad Caesarem miserant. is Romam ueniens locutus est cum apostolo Petro eiusque habuisse amicitias fertur. sed Caligula cum omnibus hominibus tum praecipue Iudaeis infestissimus spreta legatione Philonis omnes Iudaeorum sacras aedes atque in primis antiquum illud Hierosolymis sacrarium profanari sacrificiis gentilium ac repleri statuis simulacrisque imperauit seque ibi ut deum coli praecepit. Pilatus autem praeses, qui sententiam damnationis in Christum dixerat, postquam plurimas seditiones in Hierosolymis excepit ac fecit, tantis inrogante Gaio angoribus coartatus est ut sua se transuerberans manu malorum compendium mortis celeritate quaesierit. igitur Gaius⟩ cum aduersus cunctos ingenti auaritia libidine crudelitate saeuiret, interfectus a militibus in palatio est anno aetatis suae tricesimo octauo, imperii tertio mense decimo dieque octauo. ⟨qui postquam occisus est, duo libelli in secretis eius reperti sunt, quorum alteri pugio, alteri gladius pro signo nominis adscriptum erat, ambo lectissimorum uirorum utriusque ordinis senatorii uidelicet et equestris nomina et notas continebant morti destinatorum. inuenta est et arca ingens uariorum uenenorum, quibus mox Claudio Caesare iubente demersis infecta maria traduntur non sine magno piscium exitio, quos enecatos per proxima litora passim aestus eiecit.⟩

1 hiſdem *D* 3 ſeditionē *D* 7 fertur *om.* *D* 9 ſedeſ *D* 10 hie-rlmiſ *D* 13 hierosolimiſ *D* 17 libidinem *B* 18 xxxmo viiij *B* 20 duo belli *D* 25 dimerſiſ *D* 27 *sine interductu pergunt DBP*

LIBER OCTAVVS

I ⟨Anno ab urbe condita septingentesimo nonagesimo quinto CLAVDIVS Tiberius ab Augusto quartus regnum adeptus est⟩ patruus Caligulae, Drusi ⟨priuigni Augusti⟩, qui apud Moguntiacum monumentum habet filius, cuius Caligula nepos erat. ⟨iste cum senatus censuisset gentem Caesarum exterminari, deformi latebra latere repertus, a militibus, quia uaecors erat, mitissimus uidebatur imprudentibus, imperator effectus est. hic uentri uino libidini foede oboediens uaecors et prope hebes ignauus ac pauidus libertorum et coniugis imperiis subditus fuit. huius tempore Scribonianus Camillus intra Dalmatias imperator creatus continuo occiditur. Mauri prouinciis accessere. caesa Musulaniorum manus. Aqua Claudia Romae est introducta.

Igitur in exordio regni eius Petrus apostolus domini nostri Iesu Christi Romam uenit et salutarem cunctis credentibus fidem fideli uerbo docuit potentissimisque uirtutibus approbauit atque exim Christiani Romae esse coeperunt. sensit hoc conlatum fidei suae Roma beneficium. accidit enim eodem tempore praesentis gratiae dei grande miraculum. si quidem Furius Camillus Scribonianus Dalmatiae legatus bellum ciuile molitus legiones multas fortissimasque ad sacramenti mutationem pellexerat. itaque die dato ut in unum undique ad nouum imperatorem conueniretur neque aquilae ornari neque conuelli quoquo modo signa moueriue potuerunt. exercitus tanta et tam inusitata miraculi fide motus et conuersus in paenitentiam Scribonianum quinta statim die destitutum interfecit seseque sacramento prioris militiae continuit.

1. 2 ⟨⟩ *D:* poſt hunc claudıuſ fuıt *B* 2 Tiberius *ex Orosio Gruterus:* tıtuſ *DB* 3 galı|culę *B* 4 quı apud moguntıacum | monumentum habet fılıuſ cuıuſ galıcu|la nepuſ erat *B* 5—186, 1 ⟨⟩ *D:* hıc *B* 6 deformıſ *D* 7 *et* 8 uecorſ *D* 8 obedıenſ (*D*) 15 ıhū *D* 17 ceperunt *D* 22 plexerat *D*

II Igitur Claudius⟩ medie imperauit multa gerens tranquille atque moderate, quaedam crudeliter et insulse. ⟨idem triginta quinque senatores et trecentos simul equites Romanos minimis causis interfecit.⟩ Brittannis intulit bellum, quod nullus Romanorum post Gaium Caesarem attigerat, eaque deuicta per Gnaeum Sentium et Aulum Plautium inlustres et nobiles uiros triumphum celebrem egit. quasdam insulas etiam ultra Brittannias in oceano positas imperio Romano addidit, quae appellantur Orcades. filio autem suo Brittannici nomen imposuit. tam ciuilis autem circa quosdam amicos extitit ut etiam Plautium nobilem uirum qui expeditione Brittannica multa ⟨egregie⟩ fecerat, triumphantem ipse prosequeretur et conscendenti Capitolium laeuus incederet. ⟨huius uxor Messalina primo passim quasi iure adulteris utebatur, ex quo facto plures metu abstinentes extincti sunt. dehinc atrocius accensa nobiliores quasque nuptas et uirgines scortorum modo secum proposuerat coactique mares ut adessent. quod siquis talia horruerat, afflicto crimine in ipsum omnemque familiam saeuiebatur ut magis uideretur suo imperare uiro quam imperatori nupta esse. ita liberti eius potestatem summam adepti stupris exilio caede proscriptionibus omnia foedabant. ex quibus Felicem legionibus Iudaeae praefecit. Posidonio eunucho post triumphum Brittannicum inter militarium fortissimos arma insignia tamquam participi uictoriae dono dedit. Polybium inter consules medium incedere fecit. hos omnes anteibat Narcissus ab epistulis dominum se gerens ipsius domini Pallasque praetoriis ornamentis sublimatus: adeo diuites ut causante eo inopiam fisci lepidissime famoso elogio uulgatum sit abunde ei pecuniam fore si a duobus libertis in societatem reciperetur.

---

4 brittanıſ *DB* quod *Pithoeus:* quo *DP et corr. a man.* 2 *ut uid. in* quoſ *B* 5 eamq. *DB* 6 gneum *B* plautum *D* ıllustreſ *B* 7 celebre *D* brıttaniaſ *DB* 9 brıttanıcı *DB* 10 plautum *D* 11 expetıtıone *B* brıttanıca *DB* egerat *B* 12 conſedentı *B* 13 leuuıſ *D'* 16 nırgıeſ *D* 19 suo imperare uiro *scripsi:* ſubımperatore uıro *DP Victor*, ipsa imperare uiro *Pithoeus* 21 fedabant *D* 23 brıttanıcnm *D* 24 Polıbıum *D* 26 epıſtolıſ *D* palamque *P*

hic ciues Romanae urbis describens inuenit sexies decies centena milia nongentos et quadraginta unum.

Huius imperii anno quinto inter Theram et Therasiam in III
mari Aegeo insula de profundo emicuit triginta stadiorum spatio extenta.

Anno eius septimo sub procuratore Iudaeae Cumano in Hierosolymis tanta seditio in diebus azymorum exorta est ut in portarum exitu populo coartato triginta milia Iudaeorum caede prostrata et compressione suffocata referantur.

Tunc et apud Athenienses suprascripta est ara ignoto deo.

Verum tamen anno eius octauo tanta fames Romae fuit ut medio foro imperator correptus a populo conuiciis et fragminibus panis turpissime infestatus aegre per pseudothyrum in palatium refugiens furorem excitatae plebis euaserit.

Huius temporibus uisus est apud Aegyptum Phoenix quam uolucrem ferunt anno sexcentesimo quinquagesimo quarto ex Arabia memorato loco aduolare.

Et Apollonius ex Tyanensibus Italiae ortus, Pythagoricus philosophus, Romae pollebat ita ut hunc ipso quoque Pythagora Philostratus et alii acrioris ingenii fuisse describant.

Hic Agrippinam Germanici fratris sui filiam uxorem duxit, quae filio imperium procurans, primo priuignum Brittannicum in palatio insidiis multiformibus, dehinc ipsum coniugem ueneno interemit.⟩ uixit annos sexaginta quattuor, imperauit ⟨annis⟩ quattuordecim. post mortem consecratus est diuusque appellatus. ⟨cuius funus ut quondam in Tarquinio Prisco diu occultatum est. dum arte muliebri corrupti custodes aegrum simulant, Nero priuignus eius imperii iura suscepit.

Anno ab urbe condita octingentesimo octauo Domitius IIII
Nero patre Domitio Aenobarbo genitus, ab Augusto quintus principatum adeptus est. iste quinquennio tolerabilis uisus, unde quidam prodidere Traianum solitum dicere procul distare

2 nungenti *D* uno milia huius *D* 7 hierosolimis *D* azimorum *D* 13 pseudo|thirum *D* 15 phenix *D* 17 arabis *D* 18 tianensib; *D* pithagoricus *D* 22 brittanicũ *D* 24 iiij & lx · *B* 25 xiiij · *B* 26–188, 1 ⟨ ⟩ *D*: successit huic uero | *B* 30 enobarbo *D*

cunctos principes Neronis quinquennio: postea in omnibus⟩ Caligulae auunculo suo simillimus, qui Romanum imperium et deformauit et minuit. inusitatae luxuriae sumptuumque ut qui exemplo Gai Caligulae in frigidis et calidis lauaret unguentis, retibus aureis piscaretur, quae blattinis funibus extrahebat. ⟨plurimos senatorum nulla extante causa bonis priuauit. negotiatorum omnium sub una die tormentis quoque adhibitis omnem penitus censum abstersit. crudelitatis autem rabie ita effrenatus est ut plurimam⟩ senatus partem interfecerit ⟨equestrem ordinem paene destituerit.⟩ bonis omnibus hostis fuit. ⟨libidinibus porro tantis exagitatus est ut ne a matre quidem uel sorore ullaue consanguinitatis reuerentia abstinuisse referatur, uirum in uxorem duxerit. ipse a uiro amictus nubentium uirginum specie palam conuocato senatu dote dicta cunctis festa more frequentantibus ut uxor acceptus est.⟩ ad postremum tanto se dedecore prostituit ut ⟨omnia paene Italiae ac Graeciae theatra perlustrans assumpto etiam uarii uestitus dedecore⟩ saltaret et cantaret in scaena citharoedico habitu uel tragoedico. parricidia multa commisit fratre uxore matre interfectis.

V Vrbem Romam ⟨per sex dies septemque noctes⟩ incendit ut spectaculi eius imaginem cerueret qualiter olim Troia capta arserat. ⟨et ipse ex altissima illa Maecenatiana turre prospectans laetusque flammae pulchritudine tragico habitu Iliada decantabat. horrea quadro structa lapide magnaeque illae ueterum insulae, quas discurrens adire flamma non poterat, magnis machinis quondam ad externa bella praeparatis labefactae atque inflammatae sunt. auaritiae autem tam praeruptae extitit ut post hoc incendium neminem ad reliquias rerum suarum adire permiserit. cuncta quae flammae quoquo modo su-

2 galicula *B* 4 ga'gacule *B* 5 blattinıſ *DBP:* blateis *Pithoeus* 6–9 ⟨⟩ *D:* ıufımtam *B* 6 negotiatorum *ex Orosio Gruterus:* necatorum *DP Pithoeus* 9 ınterfecıt *B* 15 ad] at *D* 16–18 ⟨⟩ *D:* et *B* 17 aſſumptoſ *D'* 18 ſantarct *B'* ſcena *D* cytharetıco *DB*, harenatico *cod. Pithoei* 19 traıetıco *D*, tragıco *B* 22 quale *D* 23 moenetiana *cod. Pithoei* 24 alıadã *D* 29 *post* ıncendıum *add.* quã ſe auguſtuſ ex laterı | cıato marmoream reddıdıſſe ıactauerat *D*

perfuerant ipse abstulit. centies centena milia sestertium annua ad expensas senatum conferre sibi imperauit. Octauiam et Sabinam cognomento Poppaeam in matrimonium duxit uiris earum trucidatis.⟩ in re militari nihil omnino auxit. Brittanniam paene amisit. nam duo sub eo nobilissima oppida capta illic atque euersa sunt. Armeniam Parthi sustulerunt legionesque Romanas sub iugo miserunt. duae tamen sub eo prouinciae factae sunt Pontus Polemoniacus concedente rege Polemone et Alpes *Cottiae* Cottio rege defuncto.

⟨Tunc Galba Hispaniae praetor et Gaius Iulius imperium corripuere. at ubi aduentare Nero Galbam didicit senatusque sententia constitutum⟩ ut nudus per publicum ductus furca collo eius inserta uirgis usque ad mortem caederetur atque ita praecipitaretur saxo. ⟨cuius hoc ante portenderat signum: fulmen ante eius mensam cecidit. igitur desertus undique⟩ e VI
palatio fugit ⟨noctis medio urbe egressus, sequentibus eum Phaone Epaphrodito Neophytoque et spadone Sporo, quem quondam exectum formare in mulierem temptauerat⟩ et in suburbano se liberti sui, quod est inter Salariam et Nomentanam uiam, ad quartum urbis miliarium ⟨ictu gladii transegit adiuuante trepidantem manum impuro de quo diximus eunucho, cum sane prius nullo reperto a quo feriretur exclamaret 'itane nec amicum habeo nec inimicum? dedecorose uixi, turpius peream.'⟩

Aedificauit Romae thermas, quae antea Neronianae dictae, nunc Alexandrinae appellantur. obiit tricesimo primo aetatis anno, imperauit quarto decimo atque in eo omnis Augusti familia consumpta est. ⟨huius temporibus pollebant Romae poetae Lucanus Ouidius, satirici Iuuenalis et Persius Senecaque

1 sestertium] ſex | centium *D* 2 expenſa *D* 3 ſauinā *D* popeam *D* 4 auxit *D:* auſuſ *B* brittaniam *DB* 5 poene *B* 7 iugo *D* 8 *ante* rege *add.* Cottiae *Pithoeus* (*abest a DBP*) 10–12 ⟨⟩ *D:* | Per hęc romani urbi execrabiliſ · | ab omnibuſ deſtitutuſ ſimul et | a ſenatu hoſtiſ iudicatuſ · cum | quęreretur ad poenam · quę poena | taliſ erat *B* 13 collo *D:* capiti *B* 16 fugit *B* 17 neophitoque *D* 19 momentanam *B* 20—24 ⟨⟩ *D:* interfecit *B* 26 xxximo ętatis anno imperii *B* 27 xiiiimo *B*, quarta decimo *D* omneſ *B* 29 ſenecaſq. *D*

Tragicus Musonius atque Plutarchus philosophi. hunc Persae in tantum dilexerant ut legatos mitterent orantes copiam construendi monumenti. ceterum adeo cunctae prouinciae omnisque Roma in interitu eius exultauit ut plebs induta pilleis manumissionum tamquam saeuo exempta domino triumpharet.⟩ denique omnibus flagitiis suis etiam hoc addidit ⟨quod primus Romae Christanos suppliciis et mortibus affecit ac per omnes prouincias pari persecutione excruciari imperauit. ipsumque nomen extirpare conatus beatissimos Christi apostolos Petrum cruce *affixit*, Paullum capite gladio secuit. mox autem aceruatim miseram ciuitatem abortae undique oppressere clades. nam subsequente auctumno tanta urbi pestilentia incubuit ut triginta milia funerum in rationem Libitinae uenirent.

VII Anno ab urbe condita octingentesimo uicesimo secundo de Hispania si quidem ilico Sergius GALBA surrexit et ab Augusto sextus principatum adeptus est⟩ antiquissimae nobilitatis senator ⟨Sulpiciorum gente progenitus⟩ cum septuagesimum et tertium annum ageret aetatis ab Hispanis et Gallis imperator electus, mox ab uniuerso exercitu libenter acceptus. ⟨qui mox ut Neronis comperit mortem Romam uenit et Pisonem nobilem industriumque adulescentem sibi in filium atque in regnum adoptauit. iste in adulescentia infamis, ad uescendum intemperans fuit. trium amicorum consilio id est Vinii Cornelii Icelii cuncta disponens adeo ut intra Palatinas aedes pariter habitarent et uulgo paedagogi dicerentur.⟩ nam priuata eius uita insignis fuerat militaribus et ciuilibus rebus: saepe consul, saepe pro consule, frequenter dux grauissimis bellis ⟨militem suum ita seuerissime tractans ut ingressso eo castra uulgaretur statim

'disce militare miles: Galba est, non Gaetulicus'.⟩

---

4 pallıſ *D* 6—16 ⟨⟩ *D:* quod ſcoſ dī | aploſ petrum & paulum trucı|dauıt · huc ſeruıuſ galba ſuc|ceſſıt *B* 10 affixıt *add. Pithoeus, om. DP* paulū *D* gladıo capud *D* 12 autumno *D* 13 lıbıdıne *D* 14 ſecundo (ııı· *suprascr.*) *D* 15 ſeruıuſ galba *D* 18 ab] ın *D* 19—25 ⟨⟩ *D:* eſt *B* 21 adoleſcentem *D* 22 optauıt *D* adoleſcentıa *D* 24 intra] ın *D* 30 getulıcuſ *D*

huius breue imperium fuit et quod bona haberet exordia nisi ad seneritatem propensior uideretur. insidiis Othonis occisus est imperii mense septimo iugulatus in foro Romae, sepultus in hortis suis, qui sunt Aurelia uia non longe ab urbe Roma.

Lucius ⟨Saluius⟩ OTHO occisis Galba ⟨et Pisone ab Augusto VIII
septimus⟩ inuasit imperium ⟨splendidis ortus maioribus ex oppido Ferentano. at tamen⟩ materno genere nobilior quam paterno, neutro tamen obscuro. in priuata uita mollis ⟨maxime in adulescentia omni turpis⟩ et Neronis familiaris in imperio documentum sui non potuit ostendere. nam cum isdem temporibus, quibus Otho Galbam occiderat, etiam Vitellius in Gallia factus esset a Germanicianis exercitibus imperator, belloque ⟨ciuili⟩ contra eum suscepto ⟨tribus primum leuibus proeliis hoc est uno apud Alpes, alio circa Placentiam, tertio circa locum, quem Castores uocant, contra Vitellianos duces congressus uictor extitisset, quarto⟩ cum apud Betriacum in Italia leui proelio uictus esset, ingentes tamen copias ad bellum haberet, sponte semet occidit. petentibus militibus ne tam cito de belli desperaret euentu, cum tanti se non esse dixisset ut propter eum bellum ciuile oriretur, uoluntaria morte obiit tricesimo octauo aetatis anno, nonagesimo quintò imperii die. ⟨adeo amabilis militibus propriis fuit ut plerique corpore eius uiso suis manibus interirent.⟩

Dein VITELLIUS ⟨octauus ab Augusto⟩ imperio potitus est, VIIII
familia honorata magis quam nobili. nam pater eius ⟨Lucius Vitellius⟩ non admodum clare natus tres tamen ordinarios gesserat consulatus. ⟨iste tumens crudelis auarusque cum profusione fuit et⟩ cum multo dedecore imperauit grauique saeuitia notabilis, praecipue ingluuie et uoracitate quippe cum de die saepe quarto uel quinto feratur epulatus. notissima certe cena memoriae mandata est, quam ei Vitellius frater ex-

---

1 fuit *om.* *DB* 3 vnmo *B* phoro *D* 5 occiſiſ *D:* occiſo *B* 9 adoleſcentia *D* familiariuſ *B* 10 hiſdem *B* 11 quibuſ *om.* *D* 12 a *om.* *B* bellum *B*, *deinde* ciuile *D* 14 pacentiam *D'* tercia *D* 18 aberet *D* 20 ciuili *B* 21 xxxmo & viiiuo | *B* xcmo & quinto *B* 26 ammodum *D* 27. 28 ⟨⟩ *D:* hic *B* 28 et | grauiſ ſeuitia *B* 31 cenam *D*, cenę *B* ei *om.* *D* exibuit *D*

hibuit, in qua supra ceteros sumptus duo milia piscium, septem milia auium apposita traduntur. hic cum Neronis similis esse uellet atque id adeo prae se ferret ut etiam reliquias Neronis, quae humiliter sepultae fuerant, honoraret ⟨ab omnibus exosus est. iam postquam autem de Vespasiano comperit, primum deponere molitus imperium deinde postqnam a quibusdam animatur, Sabinum Vespasiani fratrem nil tum mali suspicautem cum ceteris Flauianis in Capitolium compulit succensoque templo et mixta simul flamma ruinaque omnes in unum pariter interitum ac tumulum dedit. at Vespasiauus postquam apud Palaestinam imperator creatus est, in Graeciam uenit, gaudens ut Graeci fatentur, in his quae audiebat a Tyanensi Apollonio de tempore imperii sui ac ceteris bonis fortioribus loquens cum eo apud Aegyptum ab Indis et Bragmanis et Gymnosophistis illic degentibus redeunte. igitur Vitellius a Vespasiani militibus sub muris urbis certamine habito superatus ab exercitu suo destitutus est appropinquantibusque hostibus trepidus cum se in quandam proximam palatio cellulam contrusisset, turpissime inde protractus uinctis a tergo manibus circumducitur ad spectaculum uulgi. cumque per uiam sacram publice nudus duceretur, ne homo impudens in extremis saltem malorum quae gesserat, rubore faciem demitteret⟩ erecta coma et capite subiecto in mentum gladio ⟨seminudus multo caeno fimoque et ceteris dictu turpioribus purgamentis ore et pectore inuolutus in forum deductus est atque per scalas Gemonias trahitur, ubi Sabinum Vespasiani fratrem necari permiserat. minutissimorum ictuum crebris compunctionibus excaruificatus

---

1 ſuper *B* v͞ıı *B* 2 neronı *B* 3 relıquıaſ *D:* exequıaſ *B* 4—22 ⟨⟩ *D:* | a ueſpaſıam ducıbuſ occıſuſ eſt · ınterfec|to ın urbe prıuſ ſabıno ueſpaſıano frē | quem cum capıtolıo ıncendıt · | ınterfectuſ autem eſt maguo dedecore ‖ tractuſ per urbem romam publıce | nuduſ *B* 5 ıam *scripsi:* nam *D* 6 anımabatur *D'* 7 ueſpaſıanıſ *D'* 10 phaleſtınā *D* 11 eſt *om.* *D* 12 tıanenſı *D* 13 ac] a *D* forcıorıſ *D*, fortıorıſ *P* (*an scrib.* fortunae?) 17 deſtıtuſ *D* 23 capıte eı ſubıecto ad *B* 23—193, 1 ⟨⟩ *D:* ſtercore ınuoluto | & pectuſ ab omnıbuſ obuıı ſ ad petıtuſ (*corr. in* appetituſ) | poſtremo ıugulatuſ & ıu tyberım deıec|tuſ *B* 24 oſ *D* 25 phorum *D* 26 tragıtur *D*

atque inde unco tractus in Tiberim mersus est,⟩ etiam communi caruit sepultura. periit autem aetatis anno septimo et quinquagesimo, imperii mense octauo ⟨et⟩ die primo. ⟨multis autem et nefariis modis per complures dies a Vespasiani militibus aduersum senatum populumque Romanum indiscreta caede saeuitum est.⟩ Vespasianus huic successit ⟨nonus ab Augusto.⟩

LIBER NONVS

⟨Anno ab urbe condita octingentesimo uicesimo quinto, I
breui illa quidem sed turbida tyrannorum tempestate discussa tranquilla sub Vespasiano serenitas rediit. is⟩ obscure quidem natus sed optimis comparandus, priuata uita illustris ut qui a Claudio in Germaniam, deinde Brittanniam missus tricies et bis cum hoste conflixerit, duas ualidissimas gentes, uiginti oppida, insulam Vectam Brittanniae proximam imperio Romano adiecerit. ⟨namque ut paullo altius repetam, Iudaei post passionem Christi destituti in totum gratia dei cum omnibus undique malis circumuenirentur, quibusdam in Carmelo monte seducti sortibus, quae portenderent exortos a Iudaea duces rerum potituros fore, praedictumque ad se trahentes in rebellione exarserunt. extinctisque Romanis praesidiis legatum quoque Syriae — cui Palaestina nomen est — suppetias ferentem rapta aquila et caesis copiis fugauerunt. ad hos Vespasianus a Nerone missus Titum filium suum maiorem inter legatos habuit. nam multas et ualidas legiones secum in Syriam traiecit. itaque cum Iudaeos multis eorum oppidis captis in urbem Hierosolymorum praecipue ob diem festum congre-

---

2 vii & lmo *B* 3 die uno *DB* 4 ueſpaſianiſ *D* 6 cedeſ *D* *post* ſeuitum eſt *subscriptum* EXPLICIT LIBER · VII · INCIPIT LIB̄ | VIII · *in D*, *nihil subscriptum in B* 9—11 ⟨⟩ *D:* factuſ | apud paleſtinam imperator prin|cepſ *B* 10 turuida *D* 13 *ante* deinde *add.* & *B* brittaniam *D:* germaniam *B* 14 conflixerat *PD*, confluxerit *B* xx *B* 15 brittanie *DB* proxima *B* 16 adiecerat *P* paulo *D* 20 pottiturosſ *ut uid. D*' 22 phaleſtina *D* *ante* ſuppetiaſ *add.* auxilia *D* 27 hieroſulimorū̃ *D*

gatos obsidione clausisset, cognita Neronis morte hortatu plurimorum regum et ducum maxime Iosephi Iudaeorum ducis sententia — qui captus cum in uincla coniceretur, constantissime dixerat, sicut Suetonius refert, continuo se ab eodem sed imperatore soluendum — imperium adeptus est. relictoque in castris ad procurationem obsidionis Hierosolymorum filio Tito per Alexandriam profectus est Romam. sed cognita interfectione Vitellii paulisper Alexandriae substitit.

II Titus uero magna ac diuturna obsidione Iudaeos premens machinis cunctisque bellicis molibus non sine multo suorum sanguine tandem muros ciuitatis inrupit. sed ad expugnandam interiorem templi munitionem, quam reclusam multitudo sacerdotum ac principum tuebatur, maiore ui et mora opus fuit. nam intra uiginti dies capta est. quod tamen postquam in potestatem redactum opere atque antiquitate suspexit, diu deliberauit utrum tamquam incitamentum hostium incenderet an in testimonium uictoriae reseruaret. itaque cum nuntiatum ei a Roma fuisset quod pater eius imperium potiretur, ex hilaritate nimia sura eius dextra crementum carnis accepit ita ut calciamentum non reciperet. quae Iosephi ducis Iudaeorum consilio ut alia restituta est, qui iusserat ante eum hominem transire in quem plurimum odii habebat. igitur Titus imperator ab exercitu pronuntiatus templum Hierosolymis incendit ac diruit, quod a die condicionis primae usque ad diem euersionis ultimae manserat annis mille centum et duobus. muros urbis uniuersos solo adaequauit. sexcenta milia Iudaeorum eo bello interfecta Cornelius et Suetonius referunt. Iosephus uero dux Iudaeorum, qui ei tunc bello praefuit et apud Vespasianum propter praedictum imperium ueniam gratiamque meruerat, scribit undecies centena milia gladio et fame perisse, reliquias uero Iudaeorum diuersis actas condicionibus toto orbe disper-

2 regnum *D*[1] 5 eſt *om. D* 6 hieruſolymorū *D* 10 mobilib; *D* 11 tantem *D* 14 infra *D* dieb; *D* 15 poteſtate *D* 18 imperium *sic D* 19 sura *Pithoeus:* crura *DP* 22 odio *D* 23 ꝑnuntiatur *D* 24 conditionis *D* 27 ioſophuſ *D* dux *om. P* 31 auctaſ conditionibuſ *D*

sas, quarum numerus ad nonaginta milia hominum fuisse narratur.

Quibus ante obscaena et dira prodigia uel uisa uel nuntiata sunt. et enim stella praefulgens gladio per omnia similis III imminere desuper ciuitati et cometes praeterea exitialibus flammis ardere, per totum uisa est annum. sed et ante excidii tempus ac belli cum populi ad diem festum azymorum conuenirent, octauo die mensis Aprilis, noctis tempore hora nona tantus luminis fulgor aram templumque circumdedit ut putarent omnes diem clarissimum factum et permansit spatio horae dimidiae. quod inperitis quidem et ignaris prosperum uidebatur sed legis peritos et probos quosque doctores non latuit exitiale portentum. in eadem quoque festiuitate uitula sacrificiis admota et aris assistens inter ipsas ministrorum manus enixa est agnum. sed et ianua interioris aedis, quae respiciebat orientem cum esset aere solido induta ac perinde inmensi ponderis, quae uix uiginti uiris summo conatu impellentibus clauderetur, ferreis quoque uectibus et seris munita ac pessulis in altum dimissis teneretur obstricta, hora noctis sexta apparuit repente patefacta. sed et transacto die festo post aliquot dies prima et uicesima die mensis Maii prodigiosus apparuit uisus et fidem paene excedens, quod uere falsum putaretur nisi oculorum fidem confirmasset malorum consecuta pernicies. et enim prope solis occasum uisi sunt currus et quadrigae in omni regione per aerem ferri, et armatorum cohortes misceri nubibus et urbem circumdare agminibus improuisis. in alio itidem die festo, qui Pentecoste appellatur, nocte sacerdotes ingressi templum ad ministeria ex more complenda primo quidem motus quosdam strepitusque senserunt, tum deinde uoces subitas audiunt dicentes 'migremus hinc'. Additur his aliud terribilius. et enim quidam Ananiae IIII filius, Iesus nomine, uir plebeius et rusticus ante quartum belli

3 obſcena *D* ut idem Iosephus dicit *post* prodigia *add. apud Pithoeum* 7 azımorum *D* 8 octaua *D* 14 ãmota *D* 18 u *in* uectıb; *n ras. in D* 19 obſtrıcata *D* 20 patefacte *ut uid. D'* 23 oculorum fıdeſ *D,* oculorum fıde *P*, *emend. Gruterus* 24 curreſ *D* 26 urbeſ *D* 27 pentecoſten *D* 32 ıeſuſ *D*

annum cum ciuitas in pace et abundantia duraret, in die festo tabernaculorum repente clamare coepit 'uox ab oriente uox ab occidente uox a quattuor uentis: uox super Hierosolymam et templum: uox super sponsos et sponsas: uox super populum' et indesinenter die noctuque per omnes plateas circumiens haec clamabat usque quo quidam primores ex populo uiri uelut infausti praesagii indignatione commoti correptum hominem multis uerberibus afficiunt. at ille nequaquam pro se aliquid loquens sed neque eos quidem qui se circumsteterant, deprecans easdem uoces pari obstinatione et clamore repetebat. tunc principes intellegentes ut res erat numinis esse motus in uiro, producunt eum ad iudicem Romanum. apud quem flagris ad ossa usque laniatus neque preces neque lacrimas fudit sed eandem uocem miserabiliter et cum quodam ululatu emittens per singula paene uerbera proferebat addens etiam hoc 'uae uae Hierosolymis'.

Igitur Vespasianus et Titus imperatores magnificum agentes de Iudaeis triumphum urbem ingressi sunt. pulchrum et ignotum ante cunctis mortalibus inter trecentos uiginti triumphos, qui in id tempus acti erant, hoc spectaculum fuit patrem et filium uno triumphali curru uectos gloriosissimam ab his, qui patrem et filium offenderant, uictoriam reportasse.

V Igitur Vespasianus⟩ Romae se in imperio moderatissime gessit, pecuniae tantum auidior fuit ita ut eam nullis iniuste auferret. quam cum omni diligentiae prouisione colligeret, tamen studiosissime largiebatur praecipue indigentibus. nec facile ante eum cuiusquam principis uel maior est liberalitas conperta uel iustior. placidissimae lenitatis ut qui maiestatis quoque contra se ⟨atrociores⟩ reos non facile punierit ultra exilii poenam. ⟨huius inter cetera bona illud singulare fuit

1 habundantia *D* 2 cępit *D* 5 circũhienſ *D* 6 prioreſ *D* 8 beruerib; *D* 12 perducunt *P* iudice *D* 13 laniatur *D* 15 beruera *D* ue ue *D* 19 inter] in *D* 21 uno — 22 & filium *om. D* 24 geſſit *D:* rexit *B* 27 cuiuſdam *B* 28 comperta *B* 29 *ante* reoſ *add.* et | et *D* ultro *D'* 30 penam *D* 30 – 197, 9 ⟨⟩ *D:* Sub hoc iudęa | romano acceſſit imperio · & hieroſolyma | quę fuit urbſ nobiliſſima paleſtinę · | Achaiam liciam rodum bizantium ſamum | quę libere ante

inimicitias obliuisci adeo ut Vitelli hostis filiam locupletissime dotatam splendidissimo coniungeret uiro. ferebat patienter amicorum motus, contumeliis eorum ut erat facetissimus iocularibus respondens. namque Licinium Mucianum, quo adiutore ad imperium peruenerat, fiducia meritorum insolentem lepide flectebat adhibito aliquo utrique familiari id unum dicens 'nosti me uirum esse'. sed quid mirum in amicis cum etiam offensarum et inimicitiarum inmemor fuerit? obliqua causidicorum⟩ in se dicta ⟨et philosophorum contumaciam⟩ leuiter tulit, diligens tamen coercitor disciplinae militaris. ⟨iste exanguem diu fessumque terrarum orbem breui refecit prudentissime ratus nefaria ministeria a pluribus metu curari. praeterea legibus aequissimis monendo, quodque uehementius est uitae specie uitiorum plura aboleuerat, infirmus tamen uti quidam praue putant aduersus pecuniam cum satis constet aerarii inopia et clade urbium nouas eum neque postea habitas uectigalium pensiones exquisiuisse.

Hic Romam deformem incendiis ueteribus ac ruinis, per- VI
missa si domini deessent uolentibus aedificandi copia, Capitolium, aedem Pacis, Claudii monumenta reparauit multaque noua instituit, per omnes terras qua ius Romanum est renouatae urbes cultu egregio, uiae operibus maximis munitae sunt. tunc cauati montes per Flaminiam sunt prono transgressui, quae uulgariter pertunsa petra uocitatur. mille gentes compositae cum ducentas aegerrime repperisset extinctis saeuitia tyrannorum plerisque. rex Parthorum Vologeses metu solo in pacem coactus est. tunc deinde sine ullis bellorum tumultibus in immensum res publica Romana prouehitur. si

---

ıd tempuſ fuerant · Item | trachıam cılıcıam commagınem quę | ſub regıbuſ amıcıſ egerant ın prouıncı|arum formam redegıt · Offenſarum | & ınımıcıtıarum ınmemor fuıt · conuıcıa a cauſıdıcıſ & phıloſophıſ *B* 4 iocularibus uerbis *uulgo* 5 ad *om. D* 6 famılıarıı *D* 8 fuıt *D* 9 phıloſſophorū *D* 10 coercıtur *D,* cohercıtur *B* 11—198, 19 ⟨⟩ *D:* hıc cum fılıo tıto de hıero|ſolymıſ trıumphauıt *B* 11 feſſuſq. *D* 13 monendoq. *D* 14 uıtıı ſpetıę *D* 22 culto *ut uid. D'* b; *in* operıb; *in ras. in D* 23 flāmınıam *D* 26 tyrrannorum *D* 28 b; *in* tumultıb; *in ras. in D*

quidem Achaia Lycia Rhodus Byzantium Samus quae liberae ante id tempus fuerant, item Trachi Cilicia, Commagene quam hodie Augustofratensem nominamus, quae sub regibus amicis erant, tunc primum redactae in prouinciarum formam Romanis iudicibus legibusque paruerunt. nono autem anno imperii eius tres ciuitates Cypri terrae motu corruerunt et Romae magna pestilentia fuit. hic monentibus amicis caueret a Mettio Pomposiano, de quo sermo percrebuerat regnaturum fore, consulem fecit alludens tali cauillo 'quandoque memor erit tanti beneficii'.

VII Institutum uero uniforme omni imperio tenuit uigilare de nocte publicisque actibus absolutis caros admittere dum salutatur calciamenta sumens et regium uestitum. post autem negotiis quaecumque aduenissent auditis exerceri uectatione, deinde requiescere. postremo ubi lauisset, remissiore animo conuiuium curabat. plura dicere studium coegit imperatoris boni, quem ab Augusti morte post annos sex et quinquaginta Romana res publica exanguis saeuitia tyrannorum quasi fato quodam ne penitus rueret assecuta est.⟩ per haec cum senatui populo postremo cunctis amabilis ac iucundus esset ⟨seriis ioca, quibus delectabatur, admiscens interiit. quippe primo cum crinitum sidus, quod Graeci κομήτην uocant, apparuisset 'istud' inquit 'ad regem Persarum pertinet cui est capillus effusior' deinde⟩ profluuio uentris ⟨fessus⟩ in uilla propria circa Sabinos ⟨assurgens 'stantem' ait 'imperatorem terris excedere decet'.⟩ genituram filiorum ita cognitam habuit ut cum multae contra eum coniurationes fierent, quas patefactas ingenti dissimulatione contempsit, in senatu dixerit 'aut filios sibi successuros aut neminem'.

1 achaiam liciam rhodum bizanziū ſamum *D* libereante* (*fuit* m) *D* 2 traciam ciliciam cōmagenē *D* 9 quando *D* 12 ammittere* (*fuit* t) *D* 15 labiſſet *D* 16 concubiū *D* 18 to *in* fato *in ras. in D* 19 cum *D:* con *B* 20 iocunduſ *DB* 21 ammiſcenſ *D* 22 cometē *D* 23 inquid *D* 24 feſſuſ *D:* extinctuſ eſt *B* 25 ſauinoſ *DB* 25. 26 ⟨⟩ *D:* | annum agenſ aetatiſ lxviiij imperii viiij | & die viii · atque inter diuoſ relatuſ eſt · | *B* 27 coniurationeſ contra eum *B* 28 dixit *B* haud *D* 29 haud *D*

⟨Anno ab urbe condita octingentesimo uicesimo octauo⟩ VIII
Titus ⟨Vespasiani et Domitillae libertae⟩ filius ⟨decimus ab Augusto post mortem patris⟩ successit qui et ipse Vespasianus dictus. ⟨iste a puero praeclaris studiis probitatis militiae litterarum instantissime deditus, quo contenderit animi et corporis muneribus ostendit. hic ubi patriae curam suscepit, incredibile est quantum quem imitabatur anteierit praecipue clementia liberalitate honorificentia ac pecuniae contemptu. quae eo amplius grata fuere quod ex non nullis a priuato adhuc patratis asperior luxuriaeque et auaritiae amans credebatur fore. namque praefecturam praetorianam patre imperante adeptus suspectum quemque et oppositum sibi immissis, qui per theatra et castra inuidiosa iactantes ad poenam poscerent quasi criminis conuictos oppressit. in quis Caecinam consularem adhibitum cenae uix dum triclinio egressum ob suspicionem stupratae Berenicis uxoris suae iugulari iussit. iurgia *ab eo* sub patre uenundata, rapinarum cupidum unde Neronem cuncti opinantes uocantesque summam rerum nactum grauiter acceperant. sed haec in melius conuersa adeo ei inmortalem gloriam contulere ut deliciae atque amor humani generis appellaretur. denique ut subiit pondus regium, Berenicen nuptias suas sperantem regredi domum et eneruatorum greges abire praecepit. quo facto quasi signum protulit mutatae intemperantiae. dehinc cum donata concessaue a prioribus principibus firmare insequentes solerent, simul imperium coepit, talia possidentibus edicto sponte cauit.

Iste⟩ facundissimus bellicosissimus moderatissimus ⟨fuit⟩. VIIII
causas Latine egit, poemata et tragoedias Graece composuit. in oppugnatione Hierosolymorum sub patre militans duodecim propugnatores duodecim sagittarum ictibus confixit. ⟨tantam autem pietatem erga Iudaeos habuit ut circumiens Hierusalem

---

1 ⟨⟩ *D:* huic *B* 4 eſt dictuſ *B* 4—27 ⟨⟩ *D:* uir omnium uir|tutum genere mirabiliſ adeo ut amor | & deliciȩ humani generiſ diceretur *B* 13 caſtriſ *DP* 15 cȩnȩ *D* 17 ab eo *om. DP* cupiduſ (*D*) 23 neruatorum *D* 26 cepit *D* 27 fecundiſſimuſ *D* 29 xii *bis B* 30 pugnatoreſ *D'* *deinde* tanta *D* 31 pietate *D* circùhienſ ierlem *D*

et uidens repletos cadaueribus uallos et humani corporis tabe patriam Iudaeorum terram rigari cum ingenti gemitu eleuatis ad caelum manibus deum inuocaret testem hoc suum opus non esse.⟩ Romae tantae ciuilitatis in imperio fuit ut nullum omnino puniret. ⟨clementiam uero usque eo perduxit ut⟩ conuictos aduersum se coniurationis ⟨causa⟩ dimiserit et in eadem familiaritate ⟨habuerit⟩ quam antea habuerat. ⟨nam ut breuiter eius clementiam expromam cum aduersus eum duo amplissimi ordinis coniurauissent neque abnuere cogitatum scelus quirent, monuit primo, post deductos in spectaculo se utrimque assidere iussit petitoque ex industria mirmillonum, quorum pugnae uisebantur, gladio quasi ad explorandam aciem uni atque alteri commisit. quibus perculsis et constantiam mirantibus dicebat 'uidetisne potestates fato dari frustraque temptari facinus potiendi spe uel amittendi metu?' fratrem quoque Domitianum parantem insidias militumque animos sollicitantem flens saepius obtestatus est ne parricidio assequi cuperet quod et se uolente esset obuenturum ei et iam haberet cum sit particeps potestatis.⟩

X Facilitatis et liberalitatis tantae fuit ut cum nulli quicquam negaret et ab amicis reprehenderetur, responderit nullum tristem debere ab imperatore cedere. praeterea cum quadam die recordatus in cena fuisset nulli se illo die quicquam praestitisse ⟨uenerando caelestique dicto ait⟩ 'amici hodie diem perdidimus'. hic Romae amphitheatrum aedificauit, et quinque milia ferarum in dedicatione eius occidit. ⟨huius tempore repentinum incendium Romae sine nocturna requie per triduum fuit, plurimae aedes publicae concrematae sunt. abruptum tunc etiam uerticem Vesuuii, montis Campaniae, magna profudisse incendia ferunt torrentibusque flammarum uicina regio-

---

1 repletıſ *D* 3 ıuuocat *D* 5 clementıa *D* 6 dımıſıt *DB* 7 erıt *in* habuerıt *in ras. in D* quam antea *B*, *om. D* habuıt *B*, habuerat *om. D* 8 cum] duodecım *D* duo *om. D* 9 abnumere *D* 10 monuerıt *DP* 11 ıufferıt *P* 13 cõmıſerıt *DP* 14 dıceret *DP* 16 ſolıcıtantẽ *D* 17 opteſtatuſ *D* 20 cum *om. D* 24 ⟨⟩ *D*: dıxerıt *B* 25 perdıdı *B* amplıteatrum *B* 26 repentıno ıncendıo *D* 27 nocturno *D* 28 Adruptum *D* 29 beſubıı *D*

nis cum urbibus hominibusque delesse. lues quoque Romae quanta uix umquam ante fuit, quibus tamen malis nullo uexato pecunia propria subuenit cunctis remediorum generibus, nunc aegrotantes per semet ipsum reficiens, nunc consolans suorum mortibus afflictos.⟩ per haec inusitato fauore dilectus morbo periit in ea qua pater uilla post biennium et menses octo diesque uiginti quam ⟨post patrem imperauerat:⟩ aetatis anno altero et quadragesimo. ⟨huius mors credi uix potest quantum luctum urbi prouinciisque intulerit adeo⟩ ut omnes tamquam in propria doluerint orbitate. senatus obitu ipsius circa uesperam nuntiato nocte inrupit in curiam et tantas ei mortuo laudes gratiasque congessit quantas nec uiuo umquam egerat et praesenti. inter diuos relatus est.

⟨Anno ab urbe condita octingentesimo tricesimo⟩ DOMITIANUS ⟨Vespasiani et Domitillae libertae filius, Titi germanus iunior, undecimus ab Augusto⟩ accepit imperium. ⟨iste⟩ Neroni aut Caligulae aut Tiberio similior quam patri aut fratri suo. primis tamen annis moderatus in imperio fuit, mox ad ingentia uitia progressus libidinis iracundiae crudelitatis auaritiae tantum in se odii concitauit ut merita patris et fratris aboleret. interfecit nobilissimos e senatu, dominum se et deum primus appellari ⟨scribi colique⟩ iussit. ⟨segnisque ridicule remotis omnibus muscarum agmina persequebatur, furens libidine, cuius foedum exercitium Graecorum lingua κλινοπάλην uocabat. hinc percontanti cuidam quisquamne in palatio esset? responsum 'ne musca quidem'.⟩ nullam sibi nisi auream aut argenteam statuam in Capitolio passus est poni. consobrinos suos interfecit. superbia quoque in eo execrabilis fuit. ⟨iste apud Romanos eunuchizari uiros iussit ut in palatio haberet, uxoremque suam nuncupari Augustam.⟩ expeditiones quattuor habuit, unam aduersus Sarmatas, alteram aduersus Chattos,

XI

4 ergotantes *D* 5 hac *B* 6 viii *B* 7 xx *B* ⟨⟩ *D*: imperator | erat factus *B* 8 xlmo *B* 8. 9 ⟨⟩ *D*: | Tantus luctus eo mortuo publicus fuit *B* 11 eo *D* 13 nec pręsenti *B* 14 ⟨⟩ *D*: mox *B* 16 iste *D*: frater ipsius iunior *B* 17 galicule *B* tyberio *DB* 20 odia *B* & frs & pa|tris *B* 22 uiserit *D* 24 chnopalen *D* 26 nec *D* 28 supuia *D* 29 ut] et *D* 30 expetitiones *DB* iiii *B* 31 cathos *B*

duas aduersus Dacos. ⟨nam quanta fuerint Diurpanei Dacorum regis cum Fusco duce proelia quantaque Romanorum clades, ubi Oppius Sabinus consularis et Cornelius Fuscus praefectus praetorii cum magnis exercitibus occisi sunt, longo textu euoluerem nisi Cornelius Tacitus, qui hanc historiam diligentissime contexuit, de reticendo interfectorum numero et Salustium Crispum et alios auctores quam plurimos sanxisse et se ipsum idem potissimum elegisse dixisset. Domitianus tamen prauissima elatus iactantia⟩ de Dacis Chattisque ⟨sub nomine superatorum hostium de extinctis suis legionibus triumphauit.⟩ de Sarmatis solam lauream ursurpauit ⟨ubi legio eius cum duce interfecta est.

XII Verum cum ob scelera uniuersis exosus esset, accensus Antonius maxime iniuria uerborum Domitiani, qua se scortum uocari dolebat cum curans Germaniam superiorem imperium corripuit, Domitianus eum per Norbanum Appium acie strauit.⟩

Romae quoque multa ⟨aedificia uel coepta uel a fundamentis construxit.⟩ in his ⟨Pantheum⟩ Capitolium forum transitorium Odeum porticus Isium ac Serapium et stadium ⟨horrea piperata Vespasiani templum Mineruam Chalcidicam Ludum matutinum Micam auream Metam sudantem. bibliothecas incendio consumptas petitis undique praesertim Alexandria exemplis reparauit. sagittarum tam doctus fuit ut inter patentes digitos extentae manus uiri procul positi spicula trausuolarent.

Iste persecutionem in Christianos agi secundus a Nerone imperauit, quorum multi martyrio coronati suut ut Orosius

---

5 tatıtuſ *D* 9 odacıſ cathıſque *B* 9—11 ⟨⟩ *D:* duplıcem trıumphum | egıt *B* 11—16 ⟨⟩ *D:* multaſ tamen calamıtateſ ıſdem bellıſ paſſuſ eſt · Nam ın ſarmatıa | legıo eıuſ cum duce ınterfecta eſt · et | a dacıſ (c *in ras.*) oppıuſ ſabınuſ conſularıſ et | cornelıuſ · ſurcuſ · prefecto pretorıo cnm | magnıſ erercıtıbuſ occıſı ſunt *B* 14 domıcıanı *D* 16 lappıū *D* 17. 18 ⟨⟩ *D:* opera fecıt *B* 17 cepta *D* 18 & forum *B* phorū *D* 19 odeum *Pithoeus:* dıuorum *DBP* ſerapeum *B* 20—203, 18 ⟨⟩ *D:* Verum cum ob ſcelera unı|uerſıſ exoſuſ eſſe cepıſſ& · ınterfec|tuſ eſt ſuorum conıuratıone ın palatıo · | anno aetatıſ xxxv · imperıı xvmo · funuſ | eıuſ ıngentı dedecore per bıſpellıoneſ | exportatum *B* 20 orrea pıperatarıa *D* 27 Orosius] bretzıuſ *D*

scribit. inter quos et Flauia Domitilla, Flauii Clementis consulis ex sorore neptis, in insulam Pontiam ob fidei testimonium exiliatur. quo tempore etiam beatissimus Iohannes apostolus in Pathmum insulam relegatus fuit.

Inter Iudaeos quoque acerbitate tormentorum et cruentis- XIII
simae quaestionis exquiri genus Dauid atque interficere praeceptum est dum prophetis sanctis et inuidetur et creditur, quasi adhuc futurus esset ex semine Dauid qui regnum possit adipisci. igitur Domitianus metu crudelitatis et conscientiae suae *perculsus est*: coniurauere plerique inpulsoribus Parthenio procurante cubiculum Stephanoque et tum ob fraudem interceptae pecuniae supplicium suspectante Clodiano adscita etiam in consilio tyranni uxore Domitia ob amorem Paridis histrionis a principe cruciatus formidante. Domitianum multis uulneribus confodiunt post annum quintum et quadragesimum uitae, imperii quinto decimo. at senatus gladiatoris more funus eius ingenti dedecore per uespillones efferri iussit radendumque nomen decreuit⟩ et ignobiliter est sepultus. ⟨huius tempore saeculares ludi celebrati sunt. hactenus Romae seu per Italiam orti imperium rexere. hinc aduenae. unde compertum est urbem Romam externorum uirtute creuisse. quid enim Nerua prudentius aut moderatius? quid Traiano diuinius? quid praestantius Hadriano?⟩

LIBER DECIMVS

Anno ab urbe condita octingentesimo quadragesimo sexto I
Vetere et Valente consulibus res publica ad prosperrimum statum rediit bonis principibus ingenti felicitate commissa.

---

1 domitillam *D* 2 pontianam *D* 5 aceruitate *D* 8 adipiſſci *D* 9 domicianuſ *D* 10 perculſuſ eſt *om. DP* 11 ſtephano *D* 12 Aſcita *D* 13 domitio *D'* iſtrioniſ *D* 16 fanuſ *D* 17 iuſpillioneſ *D* iufferunt *D* 23 adriano *D* *subscriptum* EXPLIC' LIBER · VIII · | INCIPIT LIBER · VIIII; *in D*, EXPLICIT LIBER · VII · | INCIPIT LIBER · VIII *in B* 25 Anno octingenteſimo & quinquageſi|mo ab urbe condita *B* 26 et *om. B*

Domitiano enim exitiabili tyranno ⟨interfecto Cocceius⟩ Nerva ⟨oppido Narniensi genitus, duodecimus ab Augusto imperator electus est. is⟩ in priuata uita moderatus et strenuus, nobilitatis mediae, qui senex admodum operam dante Petronio Secundo praefecto praetorio, item Parthenio interfectore Domitiani imperator est factus aequissimum se et ciuilissimum praebuit. ⟨iste cum imperium suscepisset, mox rumore orto uiuere atque affore Domitianum, perinde trepidauit ut colore mutato uerbis amissis uix consisteret. sed a Parthenio confirmatus recepta fiducia ad sollemne delinimentum conuersus est. qui cum in curiam a senatu gratanter acceptus esset, solus ex omnibus Arrius Antoninus, uir acer eique amicissimus condicionem imperantium prudenter exprimens, amplexus eum gratulari se ait senatui et populo prouinciisque, ipsi autem nequaquam: cui satius fuerat malos semper principes eludere quam tanti oneris uim sustinentem haud molestiis modo et suppliciis periculisque subici sed famae etiam inimicorum pariter et amicorum, qui cum se mereri omnia praesumant, si quicquam non extorserint, atrociores sunt ipsis quoque hostibus. iste quicquid ante poenae nomine tributis accesserat indulsit, afflictas ciuitates releuauit, puellas puerosque natos parentibus egestosis sumptu publico per Italiae oppida ali iussit. hic primo edicto suo cunctos exules reuocauit. unde et Iohannes apostolus hac generali indulgentia liberatus Ephesum rediit.

II Hic ne accessu maliuolorum terreretur, Iunii Maurici constantis uiri dicto ita admonetur. qui conuiuio familiari adhibitus cum Veientonem consulari honore functum quidem apud Domitianum, tamen multos occultis criminationibus persecutum adesse uidisset, inter colloquia mentione Catuli facta calumniatoris praecipui, dicente Nerua 'quid nunc faceret si Domitiano

1 domiciano *D* interfecto *om. D* 2. 3 ⟨⟩ *D:* ſucceſſit ut *B* 4 ammodum *D* 5 paternio *B* 7 mox rumore *om. D* 8 domicianum *D* pintre|pidauit *D* 10 ſolemne *D* delinimentum *Gruterus ex Victore* delinamentum *DP Pithoeus* 12 conditionem *D* 15 tanti] toti *D* 16 ſuſtinente | aut moleſtiuſ *D* 17 ſubiici *D* 19 ipſi *D* 20 pene *D* 21 egeſtoſciſ ſumpto *D* 22 alii *D* 23 edito *D* 25 maturicu *cod. Pithoei* 26 uero dictu ita ammonetur *D* 28 domicianum *D*

superuixisset?' 'nobiscum' inquit Mauricus 'cenaret'. hic iurgiorum disceptator et scientissimus et frequens fuit. Calpurnium Crassum promissis ingentibus animos militum pertemptantem detectum confessumque Tarentum cum uxore remonit patribus lenitatem eius increpautibus. cumque interfectores Domitiani ad exitium poscerentur, tantum consternatus est ut neque uomitum neque impetum uentris ualuerit differre et tamen uehementer obstitit dictitans aequius esse mori quam auctoritatem imperii foedare proditis potentiae sumendae auctoribus. sed milites neglecto principe requisitos Petronium uno ictu, Parthenium uero demptis prius genitalibus et in os coniectis iugulauere redempto magnis sumptibus Casperio, qui scelere tam truci insolentior Neruam compulit referre apud populum gratias militibus quod pessimos nefandissimosque omnium mortalium peremissent⟩ rei publicae diuina prouisione consuluit. Traianum ⟨in liberi locum et partem⟩ adoptando. ⟨qui dum suggerente ira uoce quam maxima contra quendam Regulum nomine inclamaret, sudore correptus est. quo refrigescente horror corporis nimius initia febri praebuit nec multo post uitam finiuit post annum et quattuor menses imperii sui ac dies octo⟩ aetatis septuagesimo et altero anno atque inter diuos relatus est. ⟨corpus eius a senatu ut quondam Augusti humeris delatum in sepulcro Augusti in campo Martio sepultum est. eo die quo interiit solis defectio facta est.

Anno ab urbe condita octingentesimo quadragesimo septimo⟩ III
Vlpius Crinitus Traianus ⟨ex urbe Tudertina, Vlpius ab auo dictus, Traianus a Traio, paterni generis auctore uel de nomine Traiani patris sic appellatus tertius decimus ab Augusto imperium adeptus est. is ex⟩ Hispania familia antiqua magis quam clara. nam pater eius primum consul fuit. imperator autem apud Agrippinam ⟨nobilem Galliae coloniam⟩ factus est ⟨habens diligentiam in re militari, in ciuilibus lenitatem, in

1 inquid mauriciuſ *D* 3 ptemtantem *D* 6 domiciani *D* 9 fedare *D* 14 nefandoſq. *D* 17—21 ⟨⟩ *D:* mortuuſ eſt rome poſt annum & IIII meuſeſ imperii ſui ac | dieſ VIII *B* 21 lxxmo *B* 22—25 ⟨⟩ *D:* ſucceſſit ei *B* 23 auguſti honore delato in ſepulchri auguſti *D* marcio *D* 26–29 ⟨⟩ *D:* | natuſ italicę in *B* 31 ⟨⟩ *D:* ingalliſ *B*

subleuandis ciuitatibus largitionem. cumque duo sint quae ab egregiis principibus expectentur: sanctitas domi, in armis fortitudo, utrobique prudentia: tantus erat in eo maximarum rerum modus ut quasi temperamento quodam uirtutes miscuisse uideretur nisi quod cibo uinoque paululum deditus erat.⟩ rem publicam ita administrauit ut omnibus principibus merito praeferatur, inusitatae ciuilitatis et fortitudinis. Romani imperii quod post Augustum defensum magis fuerat quam nobiliter ampliatum, fines longe lateque diffudit. urbes trans Rhenum in Germania reparauit, Daciam Decibalo uicto subegit, prouincia trans Danubium facta in his agris quos Thaiphali nunc Victophali et Teruingi habent. ea prouincia decies centena milia passuum in circuitu tenuit. Armeniam quam occupauerant Parthi recepit, Pharmatasire occiso qui eam tenebat. Albanis regem dedit, Hiberorum regem et Sauromatarum et Bosporanorum et Arabum et Osdroenorum et Colchorum in fidem accepit. Carduenos, Marcomedos occupauit. et Antemusium, magnam Persidis regionem, Seleuciam et Ctesiphontem, Babylonem et Edessam uicit ac tenuit. usque ad Indiae fines et mare rubrum accessit atque ibi tres prouincias fecit Armeniam Assyriam Mesopotamiam cum his gentibus quae Madenam attingunt. Arabiam postea in prouinciae formam redegit, in mari rubro classem instituit ut per eam Indiae fines uastaret.

IIII Gloriam tamen militarem ciuilitate et moderatione superauit Romae et per prouincias aequalem se omnibus exhibens, amicos salutandi causa frequentans uel aegrotantes uel cum festos dies habuisset, conuiuia cum eisdem indiscreta uicissim habens, saepe in uehiculis eorum sedens, nullum senatorem

---

3 utrubiq. *D* 6 ammınıſtrauıt *DB* proferatur *D* 9 renum *B* 10 germanam *B* 11 factam *a man. rec. corr. in* facta ın *in B* taıfalı *DB*, taıfılı *P* 12 uıctohalı *DP*, uıctoalı *B* teruıgıntı *B* 13 cırcuıtum *B* 14 farmatoſyrıę *D*, farmato|ſyrıę *B*, farmatoſyre *P* quı eam *D*: quam *B* 16 boſphoranorum *D* arabıum *D* hoſdroenorum *DB* cholgorum *D*, cholchorum *B* 17 corduenoſ *B* marcomedoſ *sic DBP* 18 ſeleutıam *D* cteſıfontam *D*, teſıphontem *B* 19 & Edessam] meſſinoſ *D*, meſſemoſ *B* 26 exıbenſ *D* 28 eıſdem *D*: ıſdem *B*

laedens, nihil iniustum ad augendum fiscum agens, liberalis in cunctos, publice priuatimque ditans omnes et honoribus augens quos uel mediocri familiaritate cognouisset, orbem terrarum aedificans, multas inmunitates ciuitatibus tribuens, nihil non tranquillum et placidum agens adeo ut omni eius aetate unus senator damnatus sit atque is tamen per senatum ignorante Traiano. ob haec per orbem terrarum deo proximus nihil non uenerationis meruit et uiuus et mortuus. inter alia dicta hoc ipsius fertur egregium. amicis eum culpantibus quod nimium circa omnes communis esset, respondit talem se imperatorem esse priuatis, quales esse sibi imperatores priuatus optasset. ⟨hic ob honorem Surae, cuius studio imperium arripuerat, lauacra condidit. de quo superuacaneum uidetur cuncta uelle nominatim promere cum satis sit excultum atque emendatum dixisse. fuit enim patiens laboris, studiosus optimi cuiusque ac bellicosi, magis simpliciora ingenia aut eruditissimos quamuis ipse parcae esset scientiae moderateque eloquens diligebat. iustitiae uero ac iuris humani diuinique tam repertor noui quam inueterati custos. quae omnia eo maiora uisebantur quod per multos atque atroces tyrannos perdito atque prostrato statu Romano in remedium tantorum malorum diuinitus credebatur opportune datus usque eo ut adueniens imperium eius pleraque mirifica denuntiauerint. in quis praecipuum cornicem e fastigio Capitolii Atticis sermonibus effatam ἔσται καλῶς.

Hic in persequendis sane Christianis errore deceptus ter- V tius a Nerone cum passim repertos cogi ad sacrificandum idolis ac detrectantes interfici praecepisset plurimique interficerentur, Plinii Secundi, qui inter ceteros iudices ut Tertullianus refert persecutor datus erat, relatu admonitus est eos homines nil morte gerere dignum nisi quod dis non immolarent et Christum ueluti deum ante lucem surgentes laudarent

2 dıctanſ *B* 4 ımmunıtateſ *B* 6 hıſ *B* 7 per *om.* *D* 8 & uıuıſ & mortuıſ *B'* 11 ımperatorıſ *D* prıuatoſ *B* 19 ınuetera *D* 20 p *om.* *D'* 22 oportune *D* 25 effatam eſſe ΚΑΛΟC *D* 30 ammonıtuſ eoſ *D* 31 dis] dıgıſ *D*

a malis omnibus abstinentes. ad quem Traianus rescribit Christianos pro fide nullatenus inquirendos. uerum tamen continuo Romae aurea domus a Nerone totis priuatis publicisque rebus inpensis condita repentino conflagrauit incendio ut intellegeretur missa etiam ab alio persecutio in ipsius potissime monumentis a quo primum exorta esset atque in ipso auctore puniri.

Terrae motu quattuor urbes Asiae subuersae Elaea Myrina Pitane Cyme et Graecae ciuitates duae Opuntiorum et Oritorum. tres Galatiae ciuitates eodem terrae motu dirutae. Pantheum Romae a Domitiano constructum fulmine concrematum. terrae motus in Antiochia paene totam subruit ciuitatem.

Incredibile deinde motu sub uno tempore Iudaei quasi rabie efferati per diuersas terrarum partes exarserunt. nam per totam Libyam aduersus incolas exarserunt et atrocissima bella gesserunt quae adeo tunc interfectis cultoribus desolata est ut nisi postea Hadrianus imperator collectas illuc aliunde colonias deduxisset, uacua penitus terra abraso habitatore mansisset. Aegyptum uero totam et Cyrenen et Thebaidam cruentis seditionibus turbauerunt. in Alexandria autem commisso proelio uicti et adtriti sunt. in Mesopotamia quoque rebellantibus iussu imperatoris bellum inlatum est. itaque multa milia eorum uasta caede deleta sunt. sane Salaminam urbem Cypri interfectis omnibus accolis deleuerunt.

VI Igitur Traianus⟩ post ingentem gloriam belli domique quaesitam e Perside rediens apud Seleuciam Isauriae profluuio uentris extinctus est. obiit autem anno aetatis sexagesimo tertio mense uno die quarto, imperii nono decimo mense sexto die quinto decimo. inter diuos relatus est. ⟨huius exusti corporis cineres in urna aurea relati Romam humatique Tra-

8 ęlea *D* 9 pytane *P*, pytanę *D* cymę *DP* grecıe *D* Oriciorum *Pithoeus* 15 lybıam *D* exarferunt & *om. D* 19 cırenen *D* 25 ıngentı ıgıtur *B* 27 lxııı *B* 28 xvıııȷ *B* menfe fexto dıe xvmo *B:* menfef fex et dıef quındecım *D* 29—209, 10 ⟨⟩ *D:* Soluf omnıum ıntra urbem fepul|tuf eft offa conlata ın urnam auream | ın foro quod aedıfıcauıt fub columna | fubpofıta funt · cuıuf altıtudo cxl pedef , habeat *B* 30 cınerıf *D*

iani foro sub eius columna cuius altitudo centum quadraginta pedes habet et imago superposita sicut triumphantes solent in urbem inuecta senatu praeeunte et exercitu.

Eo tempore multo perniciosius quam sub Nerua Tiberis inundauit magna clade aedium proximarum et terrae motus grauis per prouincias multas atroxque pestilentia famesque et incendia facta sunt. quibus omnibus Traianus per exquisita remedia plurimum opitulatus est statuens ne domorum altitudo sexaginta superaret pedes ob ruinas faciles et sumptus siquando talia contingerent exitiosos. unde merito pater patriae dictus est.⟩ huius tantum memoriae delatum est, ut usque ad nostram aetatem non aliter in senatu principibus adclametur nisi 'felicior Augusto melior Traiano'. adeo in eo gloria bonitatis optinuit ut uel adsentantibus uel uere laudantibus occasionem magnificentissimi praestet exempli.

⟨Anno ab urbe condita octingentesimo sexagesimo septimo⟩ VII
Aelius HADRIANVS ⟨stirpis Italicae ex Hispania, Aelio Hadriano Traiani principis consobrino Hadriae orto genitus, quod oppidum agri Piceni etiam mari Adriatico cognomen dedit, quartus decimus ab Augusto imperator est creatus. hic sine aliqua uoluntate Traiani imperator est factus operam tamen⟩ dante Plotina Traiani uxore. nam cum Traianus quamquam consobrinae suae filium uiuus noluerat adoptare. qui Traiani gloriae inuidens statim prouincias tres reliquit, quas Traianus addiderat id est Assyria Mesopotamia Armenia reuocauit exercitus ac finem imperii esse uoluit Euphratem. idem de Dacia facere conantem amici deterruerunt ne multi ciues Romani barbaris

---

1 phoro *D* 4 tyberiſ *D* 9 sumptus *Pithoeus:* ſubtuſ *DP* 10 contingerint exitioſaſ *DP, emend. Pithoeus* 11 tante *D* 15 magnifici preſt& auxilu *B* 16 ⟨⟩ *D:* defuncto traiano *B* 17 eliuſ *D* adrianuſ *DB* 17—21 ⟨⟩ *D:* crea͵tuſ eſt principeſ· ſine aliqua quidem | uoluntate iraiani· ſod operam dante | *B'* 17 ex *om. DP* elio adriano *D* 18 principeſ *D'* conſobrino filiuſ adrige horto genituſ *D* 20 eſt *om. D* 22 eum *D:* cum *B* conſobrini ſui *DP* 23 filiuſ uiuum *B* *post* adoptare *add.* natuſ | & ipſe italicię iu hiſpania *B* glā *B* 24 reliquid *B* 25 id eſt ſyriam· (& *add. B*) meſopotamiam | armeniam *DBP, em. Gruterus* 26 eufraten *DB* de datiam faceret *D* 27 amici deterruerunt ne *D:* acidi decreue|runt nec *B*

traderentur propterea quia Traianus uicta Dacia ex toto orbe Romano infinitas eo copias hominum transtulerat ad agros et urbes colendas. Daciae enim diuturno bello Decibali uires fuerant exhaustae. pacem tamen omni imperii sui tempore habuit. semel tantum per praesidem ⟨cum Sauromatis dimicauit et uicit.⟩ orbem Romanum circumiit. multa aedificauit.

⟨Hic per Quadratum discipulum apostolorum et Aristidem Atheniensem, uirum fide sapientiaque plenum, et per Serenum Granium legatum libris de christiana religione compositis instructus atque eruditus praecepit per epistulam ad Minucium Fundanum pro consule Asiae datam ut nemini liceret Christianos sine obiectu criminis aut probatione damnare idemque continuo pater patriae in senatu ultra morem maiorum appellatur
VIII et uxor eius Augusta. textus autem epistulae hic est 'accepi litteras ad me scriptas a decessore tuo Serenio Graniano clarissimo uiro et non placet mihi relationem silentio praeterire ne et innoxii perturbentur et calumniatoribus latrocinandi tribuatur occasio. itaque si euidenter prouinciales huic petitioni suae adesse ualent aduersum Christianos, ut pro tribunali eos in aliquo arguant hoc eis exsequi non prohibeo. precibus autem in hoc solis et adclamationibus uti eis non permitto. et enim multo aequius est siquis uolet accusare te cognoscere de obiectis. siquis igitur accusat et probat aduersum leges quicquam agere memoratos homines, pro merito peccatorum etiam supplicia statues. illud me hercule magnopere curabis ut siquis calumniae gratia quemquam horum postulauerit reum, in hunc pro sui nequitia suppliciis seuerioribus uindices.'

VIIII Igitur Hadrianus rem publicam iustissimis legibus ordinauit. Iudaeos sane perturbatione scelerum suorum exagitatos et Palaestinam prouinciam quondam suam depopulantes ultima caede perdomuit excidio Hierosolymis nouissime desolatis ita ut nec lapis super lapidem secundum diuinam uocem sit in ea

1 datıa *D* 3 datıe *D* decıualı *DB* uıref *D:* ref *B* 5. 6 ⟨⟩ *D:* ındıcauıt *B* 10 epſam *D* mınutıum fundanıum *D* 13 maıorem *D* 14 Textū *D* eplę hec *D* 15 Serenio Germano *Pithoeus* (S. Granıano *cod. Pithoei DP*) 25 hercule perecuranſ *D* 28 adrıanuſ *D* 30 phaleſtınã *D* 31 hierofolımıſ *D*

relictus ultusque est Christianos, quos illi Cocheba duce cur sibi aduersus Romanos non adsentarentur excruciabant. praecepitque ne cui Iudaeo introeundi Hierosolymam esset licentia, Christianis tantum ciuitate permissa, quam ipse in optimum statum murorum extructione reparauit et Aeliam uocari de praenomine suo praecepit. per idem tempus Romae Phauorinus et Palaemon rhetores insignes nec non et Herodes Atheniensis et Marcus habebantur. iste⟩ facundissimus Latino sermone ⟨Graecis litteris⟩ eruditissimus fuit ⟨ita ut a plerisque Graeculus appellaretur. Atheniensium studia moresque auxit peritus non sermone tantum sed et ceteris disciplinis canendi psallendi medendique scientia musicis geometria pictor fictorque ex aere uel marmore proxime Polycletos et Euphranoras. proinde omnino ad ista est factus ut elegantius nunquam raro quicquam humanae res expertae uideantur. memor supra quam cuiquam credibile est locos et negotia, milites absentes quoque nominibus recensere. immensi laboris quippe qui prouincias omnes passibus circuierit agmen comitantium praeuertens cum oppida uniuersa restituerit, augeret ordinibus. namque ad specimen legionum militarium fabros perpendiculatores architectos genusque cunctum extruendorum moenium seu decorandorum in cohortes centuriauerat.

Varius multiplex multiformis ad uitia atque uirtutes quasi X
arbiter genitus impetum mentis quodam artificio regens ingenium inuidum triste lasciuum et ad ostentationem sui insolens callide tegebat, continentiam facilitatem clementiam simulans contraque dissimulans ardorem gloriae quo flagrabat, acerrimus ad lacessendum pariter et respondendum seriis ioco maledictis, referre carmen carmini dictum dicto prorsus ut meditatum crederes aduersus omnia. huius uxor Sabina dum prope ser-

---

1 ılıco cheba *DP* 2 excrucıabat *D* 3 ıudeo* (*fuit* ſ) *D* hıerofolıma effe *D* 5 helıam *D* 7 palemon *D* 8 marcuſ bızan|tıuſ rhetoreſ habebantur *D* 9 grecıſ lıtterıſ *D*: greco *B* 11 peritus] potıuſ *D* 13 polıcletuſ et eufranoraſ *D* 14 est] et *D* legantıuſ umquam *D* 15 uıdetur *D* 17 lauorıſ *D* 18 cırcuhıerıt *D* 21 meııum *D* 25 trıſtem *D* 26 calıde *D* 28 ferıſ *D*

uilibus iniuriis afficitur, ad mortem uoluntariam compulsa, quae palam iactabat se quod immane ingenium probauisset, elaborasse ne ex eo ad humani generis perniciem grauidaretur. hic morbo subcutaneo, quem diu placide pertulerat, uictus dolore ardens impatiensque plures e senatu extinxit. a regibus multis pace occultis muneribus impetrata iactabat palam plus se otio adeptum quam armis ceteros. officia sane publica et Palatina, nec non militiae in eam formam statuit, quae paucis per Constantinum immutatis hodie perseuerat. dehinc miserabili exitu consumptus est, cruciatu membrorum fere omnium confectus in tantum ut crebro sese interficiendum ministrorum fidissimis precans offerret ac ne in semet ipsum saeuiret, custodia carissimorum seruaretur. hic⟩ non magnam clementiae gloriam habuit, diligentissimus tamen circa aerarium et militum disciplinam. obiit in Campania ⟨apud Baias⟩ imperii anno uicesimo primo, mense decimo et die uicesimo ⟨aetatis sexagesimo et altero anno.⟩ senatus ei tribuere noluit diuinos honores. tamen cum successor ipsius Titus Aurelius Antoninus Fuluius hoc uehementer exigeret et uniuersi senatores palam resisterent, tandem optinuit.

XI Ergo Hadriano successit ⟨quintus decimus ab Augusto⟩ ANTONINVS Fuluius Boionius, idem etiam PIVS ⟨postea⟩ nominatus, genere claro sed non admodum uetere. ⟨iste ab Hadriano in filium adoptatus, cuius gener fuerat⟩ uir insignis et qui merito Numae Pompilio conferatur ita ut Romulo Traianus aequatur. uixit ingenti honestate priuatus, maiori in imperio, nulli acerbus, cunctis benignus, in re militari moderata gloria, defendere magis prouincias quam ampliare studens, uiros aequissimos ad administrandam rem publicam quaerens, bonis ho-

1 afficiatur *D'* 5 ardens] arduuſ *D* extincxit *D* 6 occultis *Pithoeus:* occultiuſ *DP* 8 per *om. D* 9 perſeuerant *D* 12 kariſſimorum *D* 14 diſcipplinam *B'* 15 apud baiaſ *D:* maior ſexagenario *B* xxmo primo *B* 16 xmo *B* xxma *B* 18 antoniuſ *B* 21 adriano *DB* ſuſceſſit *ut uid. D'* ⟨⟩ *D:* m̄ *B* 22 antoniuſ *DB* iſdem *BD* 23 ammodum *D* adriano *D* 25 popilio *DB* 26 equaretur *B* maior *DP, emend. ex Eutropio Gruterus* 27 aceruuſ *B* 29 ad *om. D* amminiſtrandam *B* bonoſ *B*

image
not
available

magis ipsis conuenit punire eos, qui sibi immolare nolunt, quam uobis. sed uos confirmatis eorum quos persequimini sententiam, quam de uobis habent, dicentes uos impios et sine deo esse. unde et optabilius habent animam ponere pro deo suo et mortem libenter amplecti quam uobis adquiescere et in uestrae religionis iura concedere. de motibus autem terrae, qui uel facti sunt uel etiam nunc fiunt, absurdum non erit maerorem uestrum iusta commonitione solari, quoniam quidem comperi quod in huiusce modi rebus ad illorum inuidiam communes casus transfertis, in quo illi quidem maiorem fiduciam accipiunt apud deum, uos autem in omni tempore, quo de talibus ignoratis, ceteros quidem deos neglegitis, cultum uero inmortalis dei, quem Christiani colunt, expellitis et deturbatis usque ad mortem cultores illius obseruantiae persequentes, super quibus plurimi ex prouinciis iudices etiam uenerabili patri nostro scripserant. quibus rescriptum est ab eo ut nihil omnino molestiae huiusce modi hominibus generarent nisi forte arguerentur aliquid aduersum Romani regni statum moliri. sed et mihi ipsi de his quam plurimi retulerunt, quibus ego paternam secutus sententiam pari moderatione rescripsi. quod siquis persistit huiusce modi hominibus absque ullo crimine mouere negotia, ille quidem qui delatus pro hoc nomine fuerit, absoluatur etiam si probetur id esse quod ei obicitur, Christianus. is autem qui crimen obtendit, reus poenae ipsius quam obiecit, existat. proposita Ephesi publice in conuentu Asiae.'

XIII Per idem tempus Romae agnoscitur Arrianus philosophus Nicomediensis praetor nec non et Maximus Tyrius, Apollonius Stoicus Chalcedonius, Basilides Scythopolitanus. isti etiam magistri Verissimi Caesaris extiterunt. igitur Antoninus apud Lorias uilla propria milibus passuum ab urbe duodecim febri paucorum dierum post uitae annum septuagesimum septimum, imperii uicesimum tertium consumptus est⟩ atque inter diuos

9 communiſ *D*   24 pene *D*   25 in *om.* *P*   29 ſcithopolitanuſ *D*   32 anno ſeptuagefimo; ſeptimo *D*   33 uicefimo . tercio *D* deoſ *B*

relatus est et merito consecratus ⟨ita ut in honorem eius templa sacerdotes atque infinita alia decreta sint. usque eo autem mitis fuit ut cum ob inopiae frumentariae suspicionem lapidibus a plebe Romanā perstringeretur, maluerit ratione exposita placare quam ulcisci seditionem.

Anno ab urbe condita nongentesimo undecimo⟩ MARCVS ⟨AVRELIVS⟩ ANTONINVS VERVS ⟨sextus decimus ab Augusto imperium adeptus est⟩ haud dubie nobilissimus quippe cum eius origo ⟨paterna⟩ a Numa Pompilio, materna a Salentino rege penderet, et cum eo LVCIVS ANNIVS ANTONINVS VERVS. tumque primum Romana res publica duobus aequo iure imperium administrantibus paruit, cum usque ad eum singulos semper habuisset Augustos. hi et genere inter se coniuncti fuerunt et adfinitate. nam Verus *nepos*, Annius Antoninus gener Antonini Pii fuit per uxorem Galeriam Faustinam, iuniorem consobrinam suam. hi bellum contra ⟨Vologesum regem Parthorum⟩ gesserunt, qui post uictoriam Traiani tum primum rebellauerat ⟨et graui eruptione Armeniam Cappadociam Syriamque uastabat. Lucius⟩ Verus ⟨Annius⟩ Antoninus ad id ⟨bellum⟩ profectus est ⟨qui dum Athenis sacrificaret, ignis de caelo ab occidente in orientem ferri uisus est.⟩ qui Antiochiae et circa Armeniam agens multa per duces suos ingentia patrauit. Seleuciam, Assyriae urbem nobilissimam ⟨super Hydaspen fluuium sitam cum⟩ quadringentis milibus hominum cepit. Parthicum triumphum reuexit. obiit tamen in Venetia inter Altinum et Concordiam ciuitatem cum proficisceretur et cum fratre in uehiculo sederet subito sanguine ictus, casu morbi quem Graeci ἀπόπληξιν uocant ⟨carminum XIIII

1 eſt *om.* *D* 1–6 ⟨⟩ *D:* Poſt hunc imperauit *B* 2 ſunt *D* 5 placere *D* 6 ꝙ *B* 7 antoniuſ *B* 9 popilio *D* ſolentino *DB* 10 L· *B* 10 Verus] ſeueruſ *DB* 11 a duob; *DB* amminiſtrantib; *DB* 13 affinitate *D* ueruſ marcū antouinuſ | geuer *D* nam ſeueruſ *DP* 14 nepoſ *om.* *DP* *add.* *Pithoeus* anniuſ antoniuſ gener *B* galeam *D* 16 ⟨⟩ *D:* parthoſ *B* bologeſum *D* 17 rebellauerant *B* 18 ſeueruſ *D* 21 circa *om.* *D* 23 ydaſpen *D* cccc milibuſ *B* 24 coepit *B* triumpho *B* *post* reuexit *add.* | cum fratre eodemque ſocero trium|phauit *B* 25 benetia *D* uene|tia cū a concordia ciuitatem | altinum proficiſceretur *B* atq. incordiam *D* dum *P* 26 beiculo *D* 27 apoplexin *DB* 27–216, 1 ⟨⟩ *D:* uir ingeuii parum ciuiliſ· *B*

maxime tragicorum studiosus, ingenii asperi atque lasciui⟩ reuerentia tamen fratris nihil umquam atrox ausus. cumque obisset undecimo imperii anno, inter diuos relatus ⟨est⟩.

XV Post eum ⟨Marcus⟩ Antoninus ⟨Verus⟩ rem publicam solus tenuit, quem mirari facilius quisquam quam laudare possit: a principio uitae tranquillissimus adeo ut ab infantia quoque uultum nec ex gaudio nec ex maerore mutauerit, philosophiae deditus Stoicae. ipse etiam non solum uitae moribus sed etiam eruditione philosophus tantae admirationis adhuc iuuenis ut eum successorem parauerit Hadrianus relinquere, adoptato tamen Antonino Pio generum ei idcirco esse uoluerit ut hoc ordine ad imperium perueniret. institutus est ad philosophiam per Apollonium Chalcedonium, ad scientiam litterarum Graecarum per *Sextum* Chaeronensem, Plutarchi nepotem. Latinas autem litteras eum Fronto orator nobilissimus docuit. hic cum omnibus Romae aequo iure egit, ad nullam insolentiam elatus est imperii fastigio: liberalitatis promptissimae prouincias ingenti benignitate et moderatione tractauit. contra Germanos eo principe res feliciter gestae sunt. ⟨iste uirtutum omnium caelestisque ingenii extitit aerumnisque publicis quasi defensor obiectus est. et enim nisi ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu ruissent omnia status Romani. quippe armis quies nusquam erat perque omnem orientem Illyricum Italiamque bella fluebant, terrae motus non sine interitu ciuitatum, inundationes fluminum, lues crebrae, locustarum species in agris infestae prorsus ut prope nihil, quo summis angoribus atteri mortales solent, dici seu cogitari queat quod non illo imperante saeuierit. credo diuinitus attributum ut dum mundi lex seu natura aliquid hominibus incognitum gignit, rectorum consiliis tamquam medicinae remediis leniantur.

XVI Hic permisit uiris clarioribus ut conuiuia eodem cultu quo ipse et similibus ministris exhiberent. is diebus Parthici belli

3 imperii xlmo anno *B* 5 laudari *B* 9 ammirationiſ *DB* 10 adrianuſ *DB* 13 appolium *D* calcedonem *B*: calendonem *D* 14 ſextum *om. DB* cheronenſem *B* plutharci *B* 15 eum litteraſ *B* fronte *D* 17 promtiſſime *D* 18 et *om. B* 23 ylhricum *D* 24 fruebant *D* 29 natura aliudue | quid *D* 32 exiberent *D*

persecutiones Christianorum quarta iam post Neronem uice agi imperauit, quae tam graues eius praecepto extiterunt ut in Asia et Gallia multi sanctorum martyrio coronati sint.⟩ bellum unum ipse gessit Marcomannicum sed quantum nulla memoria fuit adeo ut Punicis conferatur. nam eo grauius est factum quod uniuersi exercitus Romani perierant. sub hoc enim tantus casus pestilentiae fuit ut post uictoriam Persicam Romae ac per Italiam prouinciasque maxima hominum pars, militum omnes fere copiae languore defecerint. ingenti ergo labore et moderatione cum apud Carnuntum ingi triennio perseuerasset, bellum Marcomannicum confecit, quod cum his Quadi Vandali Sarmatae Sueui atque omnis ⟨paene Germania gerebant et in Quadorum usque fines progressus exercitus circumuentusque ab hostibus, propter aquarum penuriam cum praesentius sitis quam hostis periculum sustineret, ad inuocationem nominis Christi, quam subito magna fidei constantia quidam milites effusi in preces palam fecerunt, tanta uis pluuiae effusa est ut Romanos quidem largissime ac sine iniuria refecerit, barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos praesertim cum plurimi eorum occiderentur, in fugam coegerit, quorum terga Romani usque ad internicionem caedentes gloriosissimam uictoriam et omnibus paene antiquorum titulis praeferendam rudi paruoque militum numero sed potentissimo Christi auxilio reportarunt.

Igitur multa hominum milia interfecta⟩ ac Pannoniis ser- XVII
uitio liberatis Romae rursus cum Commodo Antonino filio suo, quem iam Caesarem fecerat, triumphanit. ad huius belli sumptum cum aerario exhausto largitiones ⟨quas militibus impenderet⟩ nullas haberet neque indicere prouincialibus aut senatui aliquid uellet, instrumentum regii cultus facta in foro

---

1 nerone *D* 3 ſunt *D* 4 et unum *D* 8 maximaſ *DB* 9 copiaſ langore *B* 10 cum *B:* cu *D* 11 hiſ *om. B* 12 uuandali *B* 12—25 ⟨⟩ *D:* barbaria commo|uerat · multa milia hominum interfecit · *B* 13 gerebant *om. D* 14 cum *om. D* 15 preſentium *DP, emend. ex Orosio Gruterus* 17 uí *D* (*lineola transuersa in hoc codice littera* m *non significatur*) 25 interfectiſ *P* 28 exa|uſto *B* 30 facte *B* phoro *D*

diui Traiani sectione distraxit, uasa aurea, pocula crystallina et murrhina, uxoriam ac suam sericam et auream uestem, multa ornamenta gemmarum: ac ⟨per⟩ duos continuos menses uenditio habita est multumque auri redactum. post uictoriam tamen emptoribus pretia restituit, qui reddere comparata uoluerunt: molestus nulli fuit qui maluit semel empta retinere. hic in editione munerum post uictoriam adeo magnificus fuit ut centum simul leones exhibuisse tradatur. ⟨huius tempore Cassius tyrannidem arripiens extinctus est. hic etiam praeteriti temporis per omnes prouincias tributa donauit omniaque simul fiscalium negotiorum calumniosa monumenta congesta in foro iussit incendi seuerioresque leges nouis constitutionibus temperauit. per idem tempus Romae pollebat Galenus optimus medicus genere Pergamenus et Saluius Iulianus Romae leges promebat et Fronto rhetor et Aristides Smyrnaeus sophista Oppianusque poeta et Atticus Platonicus philosophus Romae erant.⟩ igitur cum fortunatam rem publicam et uirtute et mansuetudine reddidisset, obiit ⟨in Pannonia apud oppidum Vendobouam⟩ octauo decimo imperii anno, uitae sexagesimo primo. ⟨de eius morte nuntio Romam perueeto confusa luctu publico urbe senatus in curiam ueste taetra amictus lacrimans conuenit et quod de Romulo aegre creditum est, omnes pari sensu praesumpserunt Marcum caelo receptum esse, ob cuius honorem templa columnae multaque alia decreta sunt.

XVIII Huic successit Lucius Aurelius⟩ COMMODVS ⟨filius eius, qui et ipse Antoninus dictus et ab Augusto septimus decimus imperator creatus. hic qualis futurus esset in ipso primordio ostendit. nam cum in supremis moneretur a parentibus attritos iam barbaros ne permitteret uires recipere, responderat 'ab incolumi quamuis paulatim negotia perfici posse, a mortuo nihil'. iste⟩ nihil paternum habuit nisi quod contra Germanos

1 criſtallina *D* 2 murrina *DB* 6 *post* retinere hic *add.* permiſit uiris clarioribus ut con|uiuia eodem cultu ipſe & miniſtris ſimi|libus exhiberent *B* 7 muerum *B* 11 congesta *scripsi:* conieſta *D* phoro *D* 13 galienus *D* 14 pgaminus *D* 15 ſpromebat *D'* 17 cum igitur *B* 19 bendobonā *DP* auno imperii *B* lxmo *B* 20–25 ⟨ ⟩ *D:* & ab omnibus certatim | admitentibus inter diuos relatus eſt · | huius ſucceſſor antoninus *B* tetra *D* 23 eſſet *ut uid. D'*

feliciter et ipse pugnauit. Septembrem mensem ad nomen transferre conatus est ut Commodus diceretur. sed luxuriae et obscaenitatis ⟨dedecore plurimo⟩ deprauatus gladiatoriis ⟨quoque⟩ armis saepissime in ludo ⟨depugnauit⟩. deinceps etiam in amphitheatro cum huius modi hominibus ⟨et cum feris⟩ dimicauit. ⟨interfecit etiam plurimos senatores maxime quos animaduertit nobilitate industriaque excellere, inter quos etiam Saluium Iulianum legis latorem occidit. flagitia regis poena urbis insequitur. nam fulmine Capitolium ictum, ex quo facta inflammatio bibliothecam illam maiorum cura studioque compositam aedesque alias iuxta sitas rapaci turbine concremauit. deinde aliud incendium postea Romae exortum, aedem Vestae et palatium plurimamque urbis partem solo aequauit. huic Marcia, generis libertini, uxor fuit, forma tamen meretriciisque artibus pollens cum animum eius penitus deuinxisset, egresso e balneo ueneni poculum optulit. ad extremum, ab immisso ualidissimo palaestrita compressis eius faucibus expirauit in domo Vestiliani⟩ cum annis duodecim post patrem et octo mensibus imperasset ⟨uitaeque anno uicesimo secundo. tanta execratio fuit⟩ omnium ut hostis generis humani etiam mortuus iudicaretur.

Huic successit ⟨Heluius⟩ PERTINAX ⟨octauus decimus ab XVIIII Augusto imperium adeptus. iste⟩ grandaeuus et qui septuagenariam adtigisset aetatem praefecturam urbi tum agens ex senatus consulto ⟨coactus imperium repugnansque suscepit. proinde tale cognomentum sortitus est.⟩ octagesimo primo die imperii praetorianorum militum seditione et ⟨Saluii⟩ Iuliani scelere ⟨multis uulneribus obtruncatur. huius caput tota urbe

2 ſed uxoria obſcenitate *B* 3 obſcenidatiſ *D* | plurimo *in extremo folio om. D* 5 amphiteatro *B* 6–18 ⟨⟩ *D:* obiit morte ‖ ſubita atque adeo ut ſtrangulatuſ | uel ueneno interfectuſ putetur *B* 8 flagitia regiſ *in DP post* 7 excellere *posita: emend. ex Orosio Gruterus* 9 pena *D* 12 exhortū *D* 15 poenituſ deuixiſſet *D* 16 ualneo *D* 18 xii *B* 19. 20 ⟨⟩ *D:* tanta execratione *B* 19 tricesimo *corr. ex* trigeſimo *in D* 24 attigiſſeſ *D* prefectura *D* 25 conſulato* (*fuit* ſ) *D*, conſultu *B* 25–26 ⟨⟩ *D:* imperare iuſſuſ *B* 26 tali cognomento *D* lxxxmo die *B* 28–220, 14 ⟨⟩ *D:* occiſuſ eſt *B* 28 capud *D*

circumuectum est. hoc exitu obiit, uir ad humanae conuersationis exemplum per laboris genera uniuersa ad summos prouectus *honores* usque eo ut fortunae uocaretur pila. is origine ortus sordida. nam libertino genitus patre apud Ligures in agro squalido Lollii Gentiani, cuius in praefectura quoque clientem se esse libentissime fatebatur, fuit doctor litterarum quae a grammaticis traduntur. blandus magis quam beneficus. unde eum Graeco nomine chrestologon appellauere. numquam iniuria accepta ad ulciscendum ductus. amabat simplicitatem. communem se affatu conuiuio incessu praebebat. huic mortuo diui nomen decretum est. ob cuius laudem ingeminatis ad uocis usque defectum plausibus acclamatum est 'Pertinace imperante securi uiximus, neminem timuimus. patri pio, patri senatus, patri omnium bonorum'.⟩

XX Post eum ⟨Didius⟩ Saluius IVLIANVS ⟨ortu Mediolanensis nonus decimus post Augustum⟩ rem publicam inuasit, uir nobilis et iure peritissimus, nepos Saluii Iuliani, qui sub diuo Antonino perpetuum composuit edictum ⟨factiosus praeceps, regni auidus. hoc tempore Niger Pescennius apud Antiochiam et in Sabaria Pannoniae oppido Septimius Seuerus creantur Augusti. ab hoc Seuero Iulianus uictus est⟩ apud Muluium pontem ⟨bello ciuili et fugiens in palatio captus et in abditas palatii balneas ductus extenta damnatorum modo ceruice decollatur caputque eius in rostris ponitur post septem menses quam⟩ imperare coeperat.

XXI ⟨Anno ab urbe condita nongentesimo quadragesimo septimo⟩ Septimius SEVERVS ⟨uicesimus post Augustum Romani imperii administrationem⟩ suscepit. ⟨iste⟩ oriundus ex Africa, prouincia Tripolitana, oppido Lepti ⟨fuit.⟩ solus omni memo-

---

3 honoreſ *om. DP add. Victoris editio Veronensis* (adſumptuſ prouectuſque *Schottus*) 5 cuiuſ in *corr. ni fallor ex* ciuium *in D* 8 chriſtologon *D* 15 ortuſ *D* 18 Antonino *D:* adriano *B* 18—21 ⟨⟩ *D:* uictuſ a ſeuero *B* 20 ſeptimuſ *D* 21 miluium *B* 22—25 ⟨⟩ *D:* | interfectuſ in palatio uixit menſibuſ xii | poſtquam *B* 23 ualneaſ *B* ceruiceſ *D* 24 capudq. *D* 25 coeperat imperare *B* ceperat *D* 26. 27 ⟨⟩ *D:* | hinc imperii romani amminiſtrationem | *B* 28 amminiſtrationē *DB* ſuſcepit *D:* accepit *B* 29 tropolitana *B* Lepti *Pithoeus:*

ria et ante et postea ex Africa imperator fuit. hic primum fisci aduocatus, mox militaris tribunus per multa deinde et uaria officia atque honores usque ad administrationem totius rei publicae uenit. Pertinacem se appellari uoluit in honore eius Pertinacis, qui a Iuliano fuerat occisus. bella multa et feliciter gessit. Pescennium Nigrum ⟨hominem omnium turpitudinum,⟩ qui in Aegypto et Syria rebellauerat, apud Cyzicum interfecit. Parthos uicit et Arabas interiores et Adiabenos. Arabas eo usque superauit ut etiam prouinciam ibi faceret. idcirco Parthicus Arabicus Adiabenicus dictus est. multa toto orbe Romano reparauit. sub eo etiam Clodius Albinus, qui in occidendo Pertinace socius fuerat Iuliano, Caesarem se in Gallia fecit uictusque apud Lugdunum et interfectus ⟨est. hic fuit bellicosissimus omnium qui ante eum fuerunt: acer ingenio ad omnia quae intendisset in finem perseuerans, beniuolentia quo inclinasset mirabili ac perpetua. ad quaerendum diligens, ad largiendum liberalis, in amicos inimicosque pariter uehemens quippe qui Lateranum Cilonem Anulinum Bassum ceterosque alios ditaret, aedibus quoque memoratu dignis, quarum praecipuas uidemus, Parthorum quae dicuntur ac Laterani. hic nulli in dominatu suo permisit honores uenundari. iste Iudaeos et Samaritas rebellare conantes ferro coercuit. quintam post Neronem persecutionem Christianos excruciauit plurimique sanctorum per diuersas prouincias martyrio coronati sunt.

XXII Igitur⟩ Seuerus praeter bellicam gloriam etiam ciuilibus studiis clarus fuit et litteris ⟨Latinis⟩ doctus, philosophiae scientiam ad plenum adeptus ⟨Graecis sermonibus eruditus, Punica eloquentia promptior.⟩ nobilissimum bellum in Brittannia habuit atque receptas prouincias omni securitate muniuit ⟨itaque magnam fossam, firmissimumque⟩ uallum ⟨crebris

---

lemcı *D*, lepcı *B*, lenıcı *P* 2 fiſce *D* 3 ammınıſtratıonē *DB* 4 reı p, totıuſ *B* 5 eı *D* *post* occıſuſ *add.* parcuſ admodum | fuıt · natura ſeuuſ *B* 6 ıeſſıt *D* 7 cızıcum *DB* 8 Pathoſ *D'* trabaſ *D* azabenoſ *DBP*, zabenoſ *cod. Pith., deinde* trabaſ *D* 10 azabenıcuſ *DP*, aıabenıcuſ *B* 11 glodıuſ *B* 18 anulıū *D* 22 cohercuıt *D* 25 *post* ſeueruſ *add.* tamen *B* 27 grecuſ *D'* ſermonıſ *P* 28 nouıſſımum *B* brıttanıa *DB* 29 atque *D:* utquę *B* munıret *DB*

insuper turribus⟩ per centum triginta et duo milia passuum a mari ad mare deduxit. ⟨ibique apud Eboracum oppidum dum membrorum omnium, maxime pedum dolorem pati nequiret, ueneni uice, quod ei negabatur, cibum grauis ac plurimae carnis auidius inuasit, quem cum conficere non posset, cruditate pressus expirauit⟩ anno imperii octauo decimo menseque tertio ⟨uitae anno sexagesimo quinto⟩ diuusque appellatus est. nam filios duos successores reliquit Bassianum et Getam. sed Bassiano Antonini nomen a senatu uoluit imponi.

XXIII Itaque dictus est Marcus Aurelius Antoninus Bassianus ⟨Caracalla⟩ patrique successit ⟨Lugduni genitus. hic Bassianus ex aui materni nomine dictus est Caracalla autem cum e Gallia uestem plurimam deuexisset talaresque caracallas fecisset coegissetque plebem ad se salutandum indutam talibus introire, de nomine huiusce modi uestis, Caracalla cognominatus est. hic fratrem suum Getam peremit, ob quam causam furore poenas dedit Dirarum insectatione, quae non immerito Vltrices uocantur, a quo post furore conualuit. hic corpore Alexandri Macedonis conspecto Magnum atque Alexandrum se iussit appellari adsentantium fallaciis eo perductus ut truci fronte et ad laeuum humerum conuersa ceruice, quod in ore Alexandri notauerat, incedens fidem uultus simillimi persuaderet sibi. iste⟩ morum fere paternorum fuit, paulo asperior et minax. opus Romae egregium fecit lauacri, quae Antoninianae appellantur, nihil praeterea memorabile. inpatientis libidinis, qui nouercam suam Iuliam uxorem duxerit. ⟨is dum moliens aduersum Parthos expeditionem cum Carras iter faceret, apud Edes-

---

1 per xxii paſſuum | milia a mari *B* 2—6 ⟨⟩ *D:* | deceſſit euoraci admodum ſenex *B* 2 euoracū *D* 5 cum *om. D* 6 imperii anno ſexto decimo menſe *B* 7 diuuſ *B* 8 reliquid *DB* 9 baſianū *D* 10 $\overline{m}$ *B* 11 kara* calla (*fuit* kalla) *D* 11—23 ⟨⟩ *D:* Nam geta hoſtiſ publicuſ | iudicatuſ cenfeſtim periit · $\overline{ō}$ igitur | aureliuſ antoninuſ baſſianuſ idemque | caracalla *B* 12 Karakalla *D* 13 karakallaſ *D* 15 karakalla *D* 17 pęnaſ *D* 19 conſpectu *D'* 20 aſſententiū *D* 24 antoniane *B* 26—223, 2 ⟨⟩ *D:* defunctuſ eſt in oſdroena apud edeſſam molienſ aduerſuſ parthoſ | expetitionem *B* 27 expetitionem *D* mouiſſet *post* expeditionem *add. Pithoeus, om. DP* expetitionem *B* charraſ *D*

sam in Osdroena secedens ad officia naturalia a milite, qui quasi ad custodiam sequebatur, interfectus est⟩ anno imperii sexto, mense secundo ⟨uitae⟩ uix egressus quadragesimum tertium annum. ⟨corpus eius⟩ funere publico ⟨Romam⟩ relatum.

Deinde Opilius Macrinvs, qui praefectus praetorio erat, cum filio Diadvmeno ⟨ab exercitu⟩ imperatores creati nihil memorabile ex temporis breuitate gesserunt. nam imperium eorum duum mensuum et unius anni fuit. ⟨ambo pariter ab eodem exercitu apud Archelaidem obtruncantur pro eo quod Macrinus militarem luxuriam stipendiaque profusiora comprimeret.

Anno ab urbe condita nongentesimo septuagesimo secundo⟩ XXIIII
post hos creatus est Marcus Aurelius Antoninus ⟨Varius uicesimus tertius ab Augusto imperator.⟩ hic Antonini Caracallae ⟨ex Semea consobrina sua occulte stuprata⟩ filius. sacerdos autem Eliogabali templi erat. ⟨proinde Eliogabalvs dictus. huius matris Semeae auus Bassianus nomine fuerat, Solis sacerdos, quem Phoenices, unde erat, Eliogabalum nominabant, a quo iste Eliogabalus dictus est. is⟩ cum Romam ingenti et militum et senatus expectatione uenisset, probris se omnibus contaminauit, inpudicissime et obscaenissime uixit. ⟨cupiditatem stupri, quam assequi naturae defectu nondum poterat, in se conuertens, muliebri nomine Bassianam se pro Bassiano iusserat appellari. Vestalem uirginem quasi matrimonio iungens suo abscissisque genitalibus matri se Magnae sacrauit. hic Marcellum, qui post Alexander dictus est, consobrinum suum, Caesarem fecit.⟩ bienniоque post et octo mensibus ⟨quam imperare coeperat, Romae⟩ tumultu militari interfectus est ⟨anno uitae sexto decimo⟩ et cum eo mater sua misera. ⟨huius corpus per urbis uias more canini cadaueris a militibus

4 romę *D*, *deinde* elatuſ eſt *B* 6 dıodumeno *B* factı ımperatoreſ *B* 8 duum *B:* duo *D* menſuum *BD: ex P nihil notatum est* 8—12 ⟨⟩ *D:* ſedı|tıone mılıtarı ambo parıter occıſı ſunt *B* 13 $\overline{m}$ *B* uaruſ *D* 14 karakalle *D* 15 ⟨⟩ *D:* hıc *B* *post* filıuſ *add.* putabatur *B* 17 baſianuſ *D* 18 phenıceſ *D* elıogaboluſ *D* 21 obſcenıſſıme *D*, obſenıſſıme *B* 23 baſianā *D* baſiano *D* 26 quı *om.* *D* 28 quam] quoſ *D* ceperat *D* ınterfectuſ eſt mılıtarı *B* 29 mater ſua rıſera *D*, mater | ſurıaſera *B*

tractum est militari cauillo appellantium indomitae rabidaeque libidinis catulam. nouissime cum augustum foramen cloacae corpus minime recceperit, usque ad Tiberim deductum adiecto pondere, ne umquam emergeret, in fluuium proiectum est atque ex his quae acciderant Tiberinus Tracticius appellatus est.

XXV Anno ab urbe condita nongentesimo septuagesimo quinto⟩ successit huic ⟨in imperium uicesimus quartus ab Augusto⟩ Aurelius ⟨SEVERVS⟩ ALEXANDER, ab exercitu Caesar, a senatu Augustus nominatus, iuuenis admodum susceptoque aduersus Persas bello Xerxen eorum regem gloriosissime uicit. militarem disciplinam seuerissime rexit, quasdam tumultuantes legiones integras exauctorauit. adsessorem habuit uel scrinii magistrum Vlpianum iuris conditorem. ⟨cuius mater Mammaea Christiana Origenem presbyterum audire curauit. bonus quoque rei publicae fuit, aerumnosus sibi. huius temporibus Taurinus in oriente Augustus effectus ob timorem ipse se Euphrate fluuio abiecit. tunc etiam Iulius Maximinus apud Gallias regnum arripuit pluribus de exercitu corruptis. Alexander uero cum deseri se ab stipatoribus apud Magontiacum uidisset, matrem sibi causam fuisse mortis exclamans, accurrenti percussore, obuoluto capite, ceruices manibus ualide compressas praebuit anno uitae uicesimo sexto⟩ imperii tertio decimo et die octauo. in Mammaeam matrem suam unice pius ⟨fuit et ob id omnibus amabilis. haec eo filium coegerat ut et illa ipsa permodica si mensae prandioque superessent quamuis semesa alteri conuiuio reponerentur.⟩

XXVI Post hunc ⟨Iulius⟩ MAXIMINVS ⟨genere Thrax ad imperium

1 raudeq. *D* 3 tyberım *D* 4 emergerentur *D* 5 tyberınuſ tractıcıuſq. *D* 9 ammodū *D* 10 Xerxen eorum *Pithoeus:* xere|neorum *D*, exner eorū *D*, exenerorum *P* 11 dıſcıpplınam *B* 12 exactoraut *D* aſſeſſorem *B* 13–22 ⟨⟩ *D:* rome quoque | fauorabılıſ fuıt · perıt ın gallıa mılıtarı | tumultu · *B* 13 mamea *D* 14 prb̄m *D* 16 eufrate *D* 18 correptıſ *D* 21 manibus ualide compressis *Gruterus* (compreſſaſ habuıt *P et cod. Pithoei*) 22 XIIIIMO ımperıı anno *B* 23 mammeam *B* 25 ſemenſa altero *D* 26 *post* reponerentur *subscriptum* EXPLIC' LIB̄ · VIIII | INCIPIT LIBER · X · , *in D*, *post* 23 pius *subscriptum* INCIPIT LIBER NONVS *in B*

accessit, uicesimus quintus ab Augusto, anno ab urbe condita nongentesimo octogesimo octauo. is primus⟩ ex corpore militari ⟨imperator factus⟩ sola militum uoluntate cum nulla senatus intereessisset auctoritas neque ipse senator esset. hic bello aduersus Germanos feliciter gesto cum ⟨pecuniosos persequitur insontes pariter noxiosque, apud Aquileiam a Pupieno⟩ occisus est, deserentibus eum militibus suis cum filio ⟨Diadumeno nomine⟩ adhuc puero, cum quo imperauerat triennio et paucis diebus ⟨cunctis militari ioco conclamantibus 'ex pessimo genere ne catulum habendum'. iste persecutionem in Christianos sextus a Nerone exercuit.

Hujus imperio duo Gordiani pater et filius principatum arripientes unus post unum interiere. deinde GORDIANVS, ne- XXVII
pos Gordiani ex filia, uicesimus sextus ab Augusto imperator creatus ortus Romae clarissimo patre qui⟩ consensu militum cum proconsulatum Africae gereret, Maximino imperante princeps fuit electus. itaque cum Romam uenisset, Balbinus et Puppienus fratres in palatio interfecti sunt. Gordianus admodum puer cum Tranquillinam Romae duxisset uxorem, Iani gemini portas aperuit ⟨quas utrum post Vespasianum et Titum apertas constet neminem scripsisse memini⟩ et ad orientem profectus Parthis bellum intulit, qui iam moliebantur erumpere. quod quidem mox feliciter gessit proeliisque ingentibus Persas afflixit. rediens haud longe a Romanis finibus ⟨apud Ctesiphontem ciuitatem Persidis⟩ interfectus est fraude Philippi ⟨praefecti praetorii⟩ qui post eum imperauit ⟨accensis in seditionem militibus anno uitae uicesimo, imperii

3 ⟨⟩ *D*: primuſ ad imperium acceſſit *B* 4 hic *D*: iſ *B* 5. 6 ⟨⟩ *D*: | a militibuſ imperator eſſet appellatuſ | a puppieno aquileia *B* 6 inſonteſ pſequitur pecunioſoſ pariter *D* pupiano *D* 9—15 ⟨⟩ *D*: Poſtea treſ ſimul | auguſti fuerunt · puppienuſ · balbinuſ · | gordianuſ · duo ſuperioreſ obſcuriſſimo | genere · gordiannſ nobiliſ quippe cuiuſ : pater ſenior gordianuſ cum *B* 16 proconſulatu *D* maximiano *B* 17 fuiſſet *DB* neneſ|ſent *B* 18 puppienuſ *B*: pupianuſ *D* *post* ſunt *add.* ſoli gordiano | imperium reſeruatum *B* ãmodũ *D* 19 ianum geminum aperuit *B* 21 conſtet *om. DP. add. Pithoeus* anemině *D* 22 qui * iã (*uid. fuisse* n) *D* 25 cteſiphontã *D* 27 xxmo *B*

sexto.⟩ miles ei tumulum uicesimo miliario a Circesso, quod castrum nunc Romanorum est Euphratem imminens, aedificauit ⟨nomenque loco dedit sepulcrum Gordiani⟩ exequias ⟨uero⟩ Romam reuexit, ipsum diuum appellauit. ⟨huius temporibus Porphyrius, Plotini Platonici philosophi auditor, Romae habetur, Theopompus philosophus apud Chaeroniam et Nicanor sophista penes Athenas pollebant.

XXVIII Anno ab urbe condita nongentesimo nonagesimo septimo Marcus Iulius PHILIPPVS uicesimus septimus ab Augusto una cum filio Gaio Iulio Saturnino Philippo imperium inuasit⟩ atque exercitu incolumi reducto ad Italiam ex Syria profecti sunt. ⟨isti primi omnium imperatorum Christiani Romae facti sunt et in die Paschae id est in ipsis uigiliis cum interesse uoluissent et communicare mysteriis, a Fabiano Romano episcopo non prius est permissum nisi confiteretur peccata sua et inter paenitentes staret nec ullo modo copiam sibi mysteriorum futuram nisi prius per paenitentiam culpas, quae de eo ferebantur, plurimas diluisset. ferunt igitur libenter eum quod a sacerdote sibi imperatum fuerat, suscepisse, diuinum sibi inesse metum et fidem religionis plenissimam rebus atque operibus comprobans.⟩ his ⟨tertio anno⟩ imperantibus millesimus annus urbis Romae ingenti ludorum apparatu spectaculorumque celebratus est. ambo deinde ab exercitu interfecti sunt. senior Philippus Veronae ⟨medio capite supra ordines dentium praeciso⟩ iunior Romae ⟨postquam⟩ annos quinque imperauerunt ⟨inter diuos tamen relati sunt.⟩ ex quibus iuuenior Philippus ⟨duodecim annorum interfectus est:⟩ adeo seueri ⟨et tristis⟩ animi fuit ut ⟨iam tunc a quinquenni aetate⟩ nullo ⟨prorsus⟩ cuiusquam commento ad ridendum solui potuerit patremque ludis saecularibus petulantius cachinnantem ⟨quamquam adhuc tener⟩ uultu

---

2 eufratē *D*, eufraten *B* 4—10 ⟨⟩ *D*: Philippi duo filiuſ | ac pater gordiano occiſo · imperium | inuaſerunt *B* 6 cheroniam *D* 11 incolomi *B* 13 paſche *D* 14 miſteriſ *D* phauiano *D* romano *add. D, om. P* 15 est] eſſe *D* 16 miſteriorū *D* 22 apparatū *D*, apparatuſ | *B*, *deinde* ſpectaculumque *B* 25 romę iunior *B* anniſ · v · *B* 26 iunior *B* 28 tunc] autem *D* 30 cacinnantem *DB*

auersato notauerit. ⟨is Philippus humillimo ortus loco fuit patre nobilissimo latronum ductore.

Anno ab urbe condita millesimo tertio⟩ Decivs e Pannonia XXVIIII
inferiore Bubaliae natus ⟨uicesimus octauus ab Augusto interfecto Philippo⟩ imperium inuasit. ⟨hic septimus post Neronem ad persequendos interficiendosque Christianos feralia dispersit edicta plurimosque sanctorum ad coronas Christi de suis cruciatibus misit. iste⟩ bellum ciuile quod in Gallia motum fuerat oppressit, ⟨Decium⟩ filium suum Caesarem fecit. Romae lauacrum aedificauit ⟨uir artibus cunctisque uirtutibus instructus, placidus et communis domi, in armis promptissimus. huius temporibus cum plurimi Gothi Histrum fluuium transmeassent Romanorumque ciuitates denastantes Misam et Nicopolim capientes, Decius autem una cum filio illos bello aggressus apud Abritum, qui locus Foroterebronii dicitur triginta milibus barbarorum interfectis de suis plurimis perditis maxime Thracibus ipseque in eodem bello inter confusas turbas⟩ gurgite paludis submersus ita ut nec cadauer eius potuerit inueniri ⟨filiusque eius bello extinctus est anno imperii secundo. Scythae uero cum plurimis spoliis et captiuis ad sua reuersi sunt captiuam desertamque dimittentes Philippopolim ciuitatem Macedoniae.

Huius temporibus Valens Licinianus imperator effectus ilico occiditur.⟩

Mox ⟨exercitus imperatores creauit Virium Gallvm et Galli XXX
filium Volvsianvm. horum temporibus Hostilianus Perpenna a senatu imperator creatus nec multum post pestilentia consumptus est.⟩ sub his ⟨etiam⟩ Aemilianus in Moesia ⟨impera-

1—3 ⟨⟩ *D:* poſt hoc *B* 2 doctore *D* 4 natuſ *om. P* 5 inuaſit *D:* ſumpſit *B* 10—17 ⟨⟩ *D:* cum biennio impe|raſſent ipſe & filiuſ uterque in bello barba|rico interfecti ſunt · ɇ quibuſ ſenior *B* 13 misam *Pithoeus:* myſoſ *DP* 15 abrytũ *VP* phorothẽ bronu *D*, phorothenbronu *P* 17 thraceſ *D* 18 ſũmerſuſ *D*, *deinde add.* eſt *B* 19—24 ⟨⟩ *D:* digno | damnatuſ iudicio qui perſecutionem in | x̅p̅ianoſ mouenſ · inter cęteroſ beatiſſimum | lęuitam & martyrem laurentium extincxit | *B* 20 ſcitheroſ uero *D* 23 licianuſ *D* 25—28 ⟨⟩ *D:* imperatoreſ creati ſunt galluſ hoſti|lianuſ & galli filiuſ uoluſianuſ · *B* 25 imperatoriſ creuit uirũ *D* galli] galliſ *D* 28 emilianuſ *B*, meſia *D* 28—228, 1 ⟨⟩ *D:* reſ nouaſ | molituſ eſt · ad *B*

tor effectus est. contra⟩ quem opprimendum ambo profecti apud Interamnam ⟨bellum ciuile molientes ab exercitu suo caeduntur anno aetatis pater septimo circiter et quadragesimo, imperii anno secundo: creati in insula Meninge quae nunc Girba dicitur. isti⟩ nihil omnino clarum gesserunt. sola pestilentia et morbis atque aegritudinibus ⟨noti quod nulla fere prouincia Romana nulla ciuitas nulla domus fuit quae non illa generali pestilentia correpta atque uastata sint.⟩

Aemilianvs ⟨uero Maurus genere⟩ obscurissime natus obscurius imperauit. si quidem ⟨auarus fuit ac quarto mense damnatus apud Spoletium siue pontem, quem ab eius caede Sanguinarium accepisse nomen feruut, inter Otriculum Narniamque Spoletium et urbem Romam regione media positum extinguitur uitae anno quadragesimo septimo.

XXXI Anno ab urbe condita millesimo octauo⟩ Licinius Valerianvs ⟨cognomeuto Colobius tricesimus ab Augusto⟩ in Raetia et Norico agens ab exercitu imperator et mox Augustus est factus. Gallienus quoque ⟨filius eius⟩ Romae a senatu Caesar est appellatus. ⟨is parentibus ortus splendidissimis, stolidus tamen et multum iners neque ad usum aliquem publici officii consilio seu gestis accommodatus. hic Cornelium Valerianum, Gallieni filii sui filium, Caesarem fecit. sub bis etiam Germani Rauennam usque uenerunt. his imperantibus Regilianus in Moesia, Cassius Labienus Postumius in Gallia Gallieni filio interfecto imperatores effecti sunt. pari modo Aelianus apud Mogontiacum, in Aegypto Aemilianus, apud Macedonas Valens, Mediolani Aureolus dominatum inuasere. tum Gothi rursus

---

1 cum ambo profecti effent interamne *B* 2—5 ⟨⟩ *D*: interfecti funt non completo biennio *B* 4 imperii annof duof *D* nuc *D'* 5 ifte *D* 6—8 ⟨⟩ *D*: notuf eorum | principatuf fuit *B* 6 noti *om.* *D* 10—15 ⟨⟩ *D*: mauruf | fuerat ac tertio menfe extinctuf eft hinc *B* 10 fuerat *D* 12 ocricolū *DP* 13 fpolentiū *D* pofita extincguitur *D* 15 licinniuf *B* 16 retia *DB* 19 · 229, 4 ⟨⟩ *D*: horum imperium | romano nomini perniciofum & poene exiti|abile fuit · ut uel infelicitate principum | uel ignauia · germani rauennam ufque | uenerunt *B* 19 fplendidiffimuf *D* 23 religianuf *D* 24 mefia *D* pofthumuf *D* 25 aelianuf *P*: elianuf *D* 26 emilianuf *D*

Histrum transeuntes Thessalonicam urbem Illyrici uastauerunt et praedis onustati ad propria remearunt. tunc et Heruli quingentis nauibus per Maeotidas paludes ad Pontum nauigantes Byzantium et Chrysopolim ceperunt.⟩ Valerianus ⟨igitur⟩ in Mesopotamiam bellum gerens a Sapore Persarum rege superatus est, mox etiam captus apud Parthos ignobili seruitute consenuit. nam quam diu uixit rex eiusdem prouinciae incuruato eo pedem ceruicibus imponens equum conscendere solitus erat. ⟨hic mox ut arripuit imperium octauus a Nerone adigi per tormenta Christianos ad idololatriam abnegantesque interfici iussit fuso per omnem Romani regni latitudinem sanctorum sanguine.

XXXII Gallienvs igitur eius filius, in loco Cornelii filii sui Salonianum alterum filium subrogauit amori diuerso paelicum deditus, Saloninae coniugis et concubinae quam per pactionem concessa parte superioris Pannoniae a patre Marcomannorum rege matrimonii specie susceperat, Pipam nomine. interea⟩ Gallienus cum adulescens factus esset Augustus, imperium primum feliciter, mox commode, ad ultimum perniciose gessit. nam iuuenis in Gallia et in Illyrico multa strenue fecit, occiso apud Mursam Ingenuo, qui purpuram sumpserat, et Trebelliano: diu placidus et quietus, mox in omnem lasciuiam dissolutus, tenendae rei publicae habenas probrosa ⟨pigritia uel miseria⟩ ignauia et desperatione laxauit. Alemanni uastatis Galliis in Italiam penetrauerunt. Dacia quae a Traiano ultra Danubium fuerat adiecta tum amissa est. Graecia Macedonia Pontus Asia uastata per Gothos, Pannonia a Sarmatis Quadisque depopulata est, Germani usque ad Hispanias penetrauerunt, Parthi Mesopotamia occupata Syriam sibi coeperunt uindicare.

---

1 thefalomcã *D* ylhrici *D* 2 onuftatuf *D* 3 meotidef *D* 4 bizantiũ & chrifopoli *D* 8 ceruicibuf einf *B* folitus erat equum confcendere *B* 13 falonie *D* 14 pelicum *D* 18 adolefcenf *D* 20 hyllirico *B* 22 deuolutuf *B* 23 auenaf *DB*, statum *cod. Pithoei* pigricia *D* pigritia uel miseria *deest apud Pithoeum et Gruterum* 24 laxauit *Pithoeus:* lauit *DP, deinde* alamannif *D*, Alamanni• *fuit* f) *B* 25 (gallif *DB* datia *D* 28 populata *B* 29 mefopotamiã *D* furiam *D* ceperunt *D*, coeperant *B*

XXXIII Tam desperatis rebus et deleto paene imperio Romano Postumius in Gallia obscurissime natus purpuram sumpsit et per annos decem ita imperauit ut consumptas paene prouincias ingenti uirtute et moderatione reparauerit. qui seditione militum interfectus est quod Magontiacum quae aduersum eum rebellauerat Lolliano res nouas moliente diripiendam militibus tradere noluisset. post eum Marius, uilissimus opifex, purpuram accepit et secundo die interfectus est. Victorianus postea Galliarum accepit imperium, uir strenuissimus. sed cum nimiae libidinis esset et matrimonia aliena corrumperet, Agrippinae occisus est actuario quodam dolum machinante imperii sui anno secundo. huic successit Tetricus senator, qui Aquitaniam honore praesidis administrans absens a militibus imperator electus est et apud Burdigalam purpuram sumpsit. seditiones multas militum pertulit. sed dum haec in Gallia geruntur, in oriente per Odaenatum Persae uicti sunt, defensa Syria, recepta Mesopotamia: usque ad Ctesiphontem Odaenatus peuetrauit. ita Gallieno rem publicam deserente Romanum imperium in occidente per Postumium, per Odaenatum in oriente seruatum est. Gallienus interea ⟨aduersus Aureolum profectus est, quem cum apud pontem, qui ex eius nomine Aureolus appellatur, optentum detrusumque Mediolanium obsedisset, eiusdem Aureoli ducis sui commeatu una⟩ cum Valeriano fratre ⟨a suis occiditur. regnauit annis quindecim, sex cum patre, nouem solus. uixit annos quinquaginta.

XXXIIII Anno ab urbe condita millesimo uicesimo quarto CLAVDIVS ab Augusto tricesimus primus⟩ ei successit, a militibus electus

1 tam *Gruterus:* tau *DP* poene *B* 2 poſtumuſ *B* 3 ·x· *B* poene *B* 4 et *om. D* 5 quo *D* quae] qui *DB* aduerſuſ *B* 6 Lolliano *Pithoeus:* emliano *DP* molientē *D* deripiendam *B* 8 Victorinuſ *B* 10 et *om. B* 11 octoario *B* 12 tetriehuſ *D* 13 aministranſ *B* 14 burdigalam *B:* burdigalē *D* 16 odenaehū *DB, cf. Pauli Lagardii opuscula p.* 26 *not.* 2 furia *D* 17 ctefifonlā *D,* tefinte | fontem *B* odeuachuſ *DB* 18 deferente *D'*, deferentem *B* 19 occidente *D:* oriente *B* per *ante* poſtumium *om. D* poſtumum *B* in occidente per odenaehum ſaluatum eſt *B* odenachū *D* 20 ſer , ſeruatū *D* 20—23 ⟨⟩ *D:* | fraude aureoli duciſ ſui mediolanium *B* 22 obſedit *D* 23 duci *D* 24—27 ⟨⟩ *D·* occiſuſ eſt impe'rii anno nono · Claudiuſque *B*

a senatu appellatus Augustus. ⟨hunc plerique putant Gordiano satum dum adulescens a muliere matura institueretur ad uxorem. hic Claudius Gallieni morientis sententia imperator designatur ad quem Ticini positum per Gallonium Basilium indumenta regia direxerat.⟩ hic Gothos ⟨qui sub Decio dispersi⟩ Illyricum Macedoniamque ⟨per quindecim annos⟩ uastantes ingenti proelio ⟨et incredibili strage deleuit⟩ parcus uir ac modestus et iustitiae tenax ac rei publicae gerendae idoneus.⟩ extinctoque a suis Aureolo receptis legionibus aduersus trecenta milia Alemannorum haud procul a lacu Benaco in silua quae Ligana dicitur dimicans tantam multitudinem fudit ut aegre pars dimidia superfuerit. ⟨Claudius uero cum ex fatalibus libris, quos inspici praeceperat, cognouisset sententiae in senatu dicendae primi morte remedium desiderari, Pomponio Basso qui tunc primus erat se offerente ipse uitam suam haud passus responsa frustrari dono rei publicae dedit⟩ qui tamen intra imperii biennium ⟨apud Sirmium⟩ morbo interiit diuus⟨que⟩ appellatus est ⟨praefatus neminem tanti ordinis primatem haberi, quam imperatorem. ea res sicut erat cunctis grata, non diuinum uocabulum modo sed ex auro statuam prope ipsum Iouis simulacrum in Capitolio, atque in Curia clypeum ipsi aureum proceres sacrauere.⟩ Quintilius post eum Claudii frater consensu militum imperator electus est, unicae moderationis uir et ciuilitatis, aequandus fratri uel praeferendus. consensu senatus appellatus ⟨est⟩ Augustus. septimo decimo imperii die occisus est.

⟨Anno ab urbe condita millesimo uicesimo septimo⟩ Av- XXXV
RELIANVS ⟨tricesimus secundus ab Augusto imperator creatus.

1 auguſ *D* 2 adoleſcenſ *D* 5 guthoſ *B* 6 ylliricū *D*, hylliricum *B* uaſtanteſ *D* 7 ⟨⟩ *D*: uicit *B* 8 teneude *B* 9 ccc alamannorum *B* alamannorum *D* 10 benacu *D'* in ſilua – dicitur *om. D* 14 primuſ *om. D* 17 ſyrmiı̄* (*uid. fuisse* ſyrmioſ) *D* 18—22 ⟨⟩ *D*: ſenatuſ | eum ingenti honore decorauit · ſcilicet | ut in curia clypeuſ ipſi aureuſ · item in capitolio ſtatua aurea poneretur · *B* 18 primaſ *D* 20 diuino *D* 21 nouiſ *D* capitoliū *D* clypeuſ *DP* 22 aureuſ *DP* Quintilliuſ *B* 27 ⟨⟩ *D*: poſt eum *B* 28—232, 2 ⟨⟩ *D*: ſuſcepit imperium *B*

iste genitus patre mediocri et ut quidam ferunt Aurelii clarissimi senatoris colono⟩ Dacia Ripensi ⟨quae est inter Daciam et Macedoniam⟩ oriundus, uir in bello potens, animi tamen inmodici et ad crudelitatem propensioris quique Gothos ⟨in Danubium⟩ strenuissime uicit ⟨dicionemque Romanam antiquis terminis statuit. iste⟩ haud dissimilis fuit magno Alexandro seu Caesari dictatori. nam Romanum orbem triennio ab inuasoribus receptauit cum Alexander annis tredecim per uictorias ingentes ad Indiam peruenerit et Gaius Caesar decennio subegerit Gallos aduersus ciues quadriennio congressus. iste in Italia tribus proeliis uictor fuit apud Placentiam et iuxta amnem Metaurum ac fanum Fortunae, postremo Ticinensibus campis. huius tempore apud Dalmatas Septimius imperator effectus, mox a suis obtruncatur. iste primus apud Romanos diadema capiti innexuit gemmisque et aurata omni ueste, quod adhuc fere incognitum Romanis moribus uisebatur, usus est.

XXXVI Hic muris ualidioribus ⟨et latioribus⟩ urbem saepsit, templum Soli aedificauit, in quo infinitum auri gemmarumque constituit. porcinae carnis usum populo instituit. superauit in Gallia Tetricum apud Catalaunos ipso Tetrico prodente exercitum suum, cuius assiduas seditiones ferre non poterat. quin etiam per litteras occultas Aurelianum ita fuerat deprecatus ut inter alia uersu Vergiliano uteretur

eripe me his inuicte malis.

quem Aurelianus correctorem Lucaniae prouexit, aspergens hominem eleganti ioco sublimius habendum regere ⟨aliquam⟩ Italiae partem quam trans Alpes regnare. Zenobiam quoque occiso Odaenatho marito qui orientem tenebat, haud longe ab Antiochia ⟨magis proelii terrore quam proelio cepit.⟩ ingressusque Romam nobilem triumphum quasi receptor orientis occidentisque egit praecedentibus currum Tetrico et Zenobia.

---

6 ſeu *D*: aut *B* 8 xııı *B* 9 gallıſ *B* 12 tıcienſibuſ (ni) *D* 13 ſeptımınuſ *DP* 17 ſepſıt *DP* 19 porcıone *D* 20 tetrıchū *D* tetrıcho *D* 23 uırgılıano *D* (*Aen. VI* 365) 25 claudıuſ correptorē *D* 26 *ıoco *D* 28 eodenacho *D*, odenatho *B* marıtum *B* 29 ⟨⟩ *D*: ſ.ne | graui prelıo uıcıt *B* terrorē *D* 31 tetrıcho *D* zenobıo *D*'

XXXVII

Hoc imperante etiam in urbe Monetarii rebellauerunt uitiatis pecuniis et Felicissimo rationali interfecto. quos Aurelianus uictos ultima crudelitate conpescuit, plurimos nobiles capite damnauit saeuus et sanguinarius ac necessarius magis in quibusdam quam in ullo amabilis imperator, trux omni tempore, etiam filii sororis interfector, disciplinae tamen militaris et morum dissolutorum magna ex parte corrector. prouinciam Daciam, quam Traianus ultra Danubium fecerat, intermisit uastata omni Illyrico et Moesia desperans eam posse retineri abductosque Romanos ex urbibus et agris Daciae in media Moesia collocauit appellauitque eam Daciam, quae nunc duas Moesias diuidit et est dextera Danubio in mare fluenti cum antea fuerit in laeua.

⟨Iste cum persecutionem aduersus Christianos agi nonus a Nerone decerneret, fulmen ante eum magno pauore circumstantium ruit ac non multo post in itinere⟩ occiditur serui sui fraude, qui ad quosdam militares uiros amicos ipsius nomina pertulit adnotata falso manum eius imitatus tamquam Aurelianus ipsos pararet occidere. itaque ut praeueniretur, ab isdem interfectus est in itineris medio quod inter Byzantium et Heracliam est stratae ueteris. locus Caenophrurium appellatur. mors tamen eius inulta non fuit, meruit quoque inter diuos referri. imperauit annos quinque ⟨et⟩ menses sex. ⟨hoc tempore septem mensibus interregni species euenit.⟩

XXXVIII

Post hunc Tacitvs ⟨tricesimus tertius ab Augusto⟩ imperium suscepit, uir egregie moratus et rei publicae gerendae idoneus, nihil tamen potuit ostendere. intra ⟨ducentesimum enim imperii diem apud Tarsum febre moritur.⟩

Florianvs qui Tacito successerat, duobus mensibus et

1 in urbem *P*, urbē *D* 3 credulitate *D* compescuit pluref *B* 5 nullo *BP* 6 discippline *B* 9 yllirico *D*, hyllirico *B* mesia *D* 11 męsia *B* 17 qui ad *B:* quod *D* es *in* militares *et* a *in* nomina *in ras. in D* 18 annotata *B* tamqui aurelius *B* 19 *poster.* a *in* pararet *in ras. in D* hisdem *DB* 20 bizantiū *D:* constantinopolim *B* erachā *D* 21 cenofrurī *DB* 22 multa *D* 25 tacitus post hunc *B* suscepit imperium *B* 27—28 ⟨⟩ *D:* sex|tum mensem imperii morte pręuentus *B* 27 ducentesimo *D* 28 die *D*

diebus uiginti in imperio fuit. ⟨sed eum magna pars exercitus equitum Probum militiae peritum legisset, Florianus quasi per ludum imperio usus, incisis a semet ipso uenis effuso sanguine consumptus est.

Anno ab urbe condita millesimo tricesimo tertio PROBVS tricesimus quintus ab Augusto imperium adeptus est. hic genitus patre agresti, hortorum studioso, Dalmatio nomine⟩ gloria militari ad administrationem rei publicae accessit. Gallias a barbaris occupatas ingenti proeliorum felicitate restituit ⟨bella deinde ciuilia et quidem plurimo sanguine duo gessit contra quosdam imperatores ab exercitu creatos, unum in oriente aduersum Saturninum, alterum aduersum⟩ Proculum et Bonosum Agrippinae ⟨quos magnis⟩ certaminibus oppressit. uineas Gallos et Pannonios habere permisit, opere militari Almam montem apud Sirmium et Aureum apud Moesiam superiorem uineis conseruit et prouincialibus colendos dedit. hic cum bella innumera gessisset, pace parta dixit breui milites necessarios non futuros uir acer strenuus iustus et qui Aurelianum aequaret gloria militari, morum autem ciuilitate superaret. Interfectus tamen est Sirmio tumultu militari in turri ferrata. imperauit annos sex menses quattuor. ⟨anno ab urbe condita millesimo quadragesimo CARVS⟩ Narbone natus in Gallia ⟨tricesimus sextus ab Augusto imperauit.⟩

XXXVIIII Iste confestim Carinum et Numerianum filios Caesares fecit, cum quibus regnauit annis duobus. sed dum bellum aduersum Sarmatas gerit, nuntiato Persarum tumultu ad orientem profectus ⟨est. qui cum Antiochiae degeret, Numerianus filius eius uoluit intrare in ecclesiam et explorare Christianorum mysteria. at sanctus Babylas episcopus prohibuit eum

1 xx *B* 1—7 ⟨⟩ *D:* neque | quicquam dignum memoria egit · | Poſt hunc probuſ uir illuſtriſ *B* 3 imperioſuſ · | inciſiſ a ſemedipſo *D* 7 agreſtu *ut uid. D'* 8 amminiſtracione *DB* 10—12 ⟨⟩ *D:* | Quoſdam imperium uſurpare conatuſ · | ſcilicet ſaturninum in oriente *B* 13 quod *P* 14 paunoniaſ *B* 15 ſyrmium *DB* meſiā *D* 16 uiaſ *corr. in* uineaſ *B* 17 parata *DBP* 20 ſyrmio *D* 21 IIII *D* 21—22 ⟨⟩ *D:* | Poſt hunc caruſ eſt factuſ auguſtuſ | *B* 24 iſ *B* 25 aduerſuſ *B* 27 antiochia *D* 28 exploratore *D*

dicens 'non licet tibi uidere diuina Christianorum mysteria cum sis pollutus idolicis sacrificiis'. qui indignatus occidit eum. hic⟩ contra Persas res nobiles gessit, ipsos proelio fudit, Sohenen et Ctesiphontem urbes notissimas cepit. et cum castra super Tigridem haberet, ui diuini fulminis periit. Numerianus quoque filius eius quem secum Caesarem ad Persas duxerat, adulescens egregiae indolis cum oculorum dolore correptus in lecticula ueheretur, inpulsore Apro, qui socer eius erat, per insidias occisus est. et cum dolo occultaretur ipsius mors quousque Aper inuadere possit imperium, fetore cadaueris ⟨scelus⟩, est proditum. milites enim qui eum sequebantur, putore commoti deductis lecticulae palliis post aliquot dies mortem eius notam habere potuerunt. interea Carinus, quem Caesarem ad Parthos proficiscens Carus in Illyrico et Gallia ⟨et⟩ Italia reliquerat, ⟨Sabinum Iulianum imperium inuadentem in campis Veronensibus occidit⟩ omnibusque se sceleribus inquinauit. plurimos innoxios fictis criminibus occidit, matrimonia nobilium corrupit. condiscipulis quoque, qui eum in auditorio uersuta fatigatione taxauerunt, perniciosus fuit atque omnibus honoribus inuisus. non multo post ⟨trucidatur eius praecipue tribuni dextera cuius dicebatur coniugem polluisse.⟩

Nam de Perside uictor exercitus rediens cum Carum Augustum fulmine, Numerianum Caesarem insidiis perdidisset, Diocletianum imperatorem creauit. ⟨anno ab urbe condita XXXX
millesimo quadragesimo secundo Diocletianvs tricesimus septimus ab Augusto imperator creatus⟩ Dalmatia oriundus, uir obscurissime natus adeo ut a plerisque scribae filius, a non nullis Anulini senatoris libertinus fuisse credatur ⟨matre pariter atque oppido nomine Dioclea, quorum uocabulis donec imperium sumeret Diocles est appellatus. ubi orbis Romani po-

3 ref contra perfaf *B* 4 foenem *B* ctefifoută *D*, tefifontem *B* coepit *B* 5 tygridem *B* uĩ *D* numerianũ *D* 6 filiũ *D* 7 adolefcenf *DB* 10 foetore *B* 11 prodita eft *B* 12 pallei *D*, palleif *B* aliquod *B* 14 pficiffenf *D* yllirico *D*, hyllirico *B* 16 omnibuf *B* 17 nobilia *B* 18 uerfuta *D*: uerbi *B* 20 multa *D'B* 20. 21 ⟨ ⟩ *D*: poenaf dedit *B* 26 oriundum *B* uirũ *DB* 27 natũ *DB* a *om.* *D* 28 anolini *D*, anuli *B* libertini *cod. Pithoei* 30 eft *om.* *D*

tentiam cepit, Graium nomen in Romanum morem conuertit.⟩ is primum militi in contione iurauit Numerianum nullo suo dolo interfectum et cum iuxta eum Aper, qui Numeriano insidias fecerat, constitisset, in conspectu exercitus manu Diocletiani percussus est gladio. postea Carinum ⟨quem Carus Caesarem in Illyrico reliquerat⟩ omnium odio et exsecratione uiuentem apud Murgum ingenti proelio uicit, proditum ab exercitu suo, quem fortiorem habebat, certe desertum inter Viminatium atque Aureum montem. ita rerum Romanarum potitus cum tumultum rusticani in Gallia concitauissent et factioni suae Bagaudarum nomen inponerent, duces autem haberent Amandum et Aelianum, ad subigendos eos Maximianum Herculium Caesarem misit, qui leuibus proeliis agrestes domuit et partem Galliae reformauit.

XXXXI Per haec tempora etiam Carausius, qui uilissime natus, seuerae militiae ordine famam egregiam fuerat consecutus cum apud Bononiam per tractum Belgicae et Armoricae pacandum ⟨Oceanum⟩ mare accepisset, quod Franci et Saxones infestabant, multis barbaris saepe captis nec praeda integra aut prouincialibus reddita aut imperatoribus missa ⟨sed sibi soli uindicata⟩ cum suspicio esse coepisset consulto ab eo admitti barbaros ut transeuntes cum praeda exciperet atque hac se occasione ditaret, a Maximiano iussus occidi purpuram sumpsit et Brittannias occupauit. ita ⟨cum⟩ per omnem orbem terrarum res turbatae essent, Carausius in Brittannia, Achilleus in Aegypto ⟨Iulianus in Italia imperatores effecti diuerso exitu periere: e quibus Iulianus acto per costas pugione in ignem se abiecit. Narseus rex Persarum orientem debellabat⟩ Africam

---

6 yllırıco *D* decertatıone *DBP* 7 margum *DBP* ab] a ſe *DB* 8 fortıore *B* uımınacıum *B* 9 romanorum *DB* 10 tumultu *D* factıonı ſeua caudarum *B* 11 bacaudarū *D* ımponerent *B* 12 helıanum *DB* 13 *post* domuıt *fere 7 litt. in fine pag. erasae in D* 16 ſerenae *PD*: seuerae *in Pithoei codice legi notauit Bongarsius* ordınem *B* 17 bellıce et armorıcı *DB*, *deinde* capandum | mare *B* 20 uındıcanda *D* 21 cepıſſet *D* conſulato *D*, conſultu *B* 22 hac] ac *D* 23 a] et *D* 24 brıttanıaſ *DB* 25 brıttanıa *D*, brıttannıſ *B*, *deinde add.* rebellaret *B* 27 exercıtu *D* cuſtoſ *D*'

Quinquegentiani infestabant. Diocletianus ⟨mox Aurelium⟩ Maximianvm ⟨cognomento⟩ Herculium ex Caesare fecit Augustum: Constantium et ⟨Galerium⟩ Maximianum ⟨cognomento Armentarium⟩ Caesares ⟨creauit.⟩ quorum Constantius per filiam nepos Claudii ⟨imperatoris⟩ traditur. Maximianum Galerium etiam affinitate coniunxerat. Constantius priuignam Herculii Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit. Galerius filiam Diocletiani Valeriam ⟨accepit uxorem.⟩ ambo uxores habuerant: repudiare compulit. cum Carausio tamen, cum bella ⟨frustra⟩ temptata essent contra uirum rei militaris peritissimum, ad postremum pax conuenit. eum post septennium Allectus socius eius occidit atque ipse post eum Brittannias triennio tenuit, qui dolo Asclepiodori praefecti praetorio oppressus est. ita Brittanniae decimo anno receptae.

Per idem tempus a Constantio Caesare in Gallia bene XXXXII
pugnatum est circa Lingonas. die una aduersam et secundam fortunam expertus est. nam cum repente barbaris ingruentibus intra ciuitatem esset coactus tam praecipiti necessitate ut clausis portis in murum funibus tolleretur, uix quinque horis mediis aduentante exercitu, sexaginta fere milia Alemannorum cecidit. Maximianus quoque Augustus bellum in Africa profligauit domitis Quinquegentianis et ad pacem redactis. Diocletianus obsessum Alexandriae Achilleum octauo fere mense superauit eumque interfecit. uictoria acerbe usus est, totam Aegyptum grauibus proscriptionibus caedibusque foedauit. ea tamen occasione ordinauit prouide multa et disposuit, quae ad nostram aetatem manent. ⟨erat autem cum ipso et Constantinus filius Constantii. qui cum adhuc ualde iuuenis esset, for-

---

1 ınfeſtarent *B*, *deinde* narſeuſ orıentı bel|lum ınferret *add. B* 3 constantinum *cod. Pithoei* 6 afınıtate *D* coııungeret *BD*, *deinde* conſtantıaſ *B'* 7 herculı *B* conſtanı frſ *D* 9 accepıt uxorem *om. D add. ut uid. P* 10 compulſı *B* cum a carauſıo *DB* 11 eſſet *D* pre|ſtıſſımū *D* 12 ad|lectuſ *B* 13 brıttanıaſ *DB* 14 dolo] ductu *DBP* 15 brıttanıę *D*, brıttanıe *B* 16 a *om. D* conſtatıo *D* 21 aduentante *D:* aduerſante *B* lx *B* alamannorum *DB* 22 profrıgauıt *B'* 25 acẹrue *DB* 26 conſcrıptıonıbuſ coedıbuſque *B* fedauıt *D*

titer agebat in proeliis et cum Christianis sentiebat. quem intuens Diocletianus, intellectu animae ac corporis robore atque ingenio circa eruditionem proficere et deprehendens hunc futurum tyrannidis et eius dogmatum destructorem, inuidia motus dolo perimere satagebat. deus autem hunc inopinate saluauit et patri restituit.

XXXXIII Interea Diocletianus in oriente, Maximianus Herculius in occidente uastari ecclesias, affligi interficique Christianos decimo post Neronem loco praeceperunt. quae persecutio omnibus fere ante actis diuturnior atque immanior fuit. nam per decem annos incendiis ecclesiarum, proscriptionibus innocentium, caedibus martyrum incessabiliter acta est.

Sequitur terrae motus in Syria, ex quo apud Tyrum et Sidonem passim labentibus tectis multa hominum milia prostrata sunt.⟩

Galerius Maximianus primum aduersum Narseum proelium insecundum habuit, inter Callinicum Carrasque congressus cum inconsulte magis quam ignaue dimicasset. admodum enim parua manu cum copiosissimo hoste commisit. pulsus igitur et ad Diocletianum profectus cum ei in itinere occurrisset, tanta insolentia a Diocletiano fertur exceptus ut per aliquot passuum milia purpuratus tradatur ante uehiculum eius cucurrisse. mox tamen per Illyricum Moesiamque contractis copiis rursus cum Narseo Hormisdae et Saporis auo in Armenia minore pugnauit successu ingenti nec minore consilio simul et fortitudine, quippe qui etiam speculatoris munus cum altero et tertio equite susceperit. pulso Narseo castra eius diripuit, uxores sorores liberos cepit, infinitam extrinsecus Persarum nobilitatem ⟨abduxit⟩ gazam Persicam copiosissimam, ipsum in ultimi regni solitudines egit. quare ad Diocletianum in Me-

5 plimere *d* 13 qua *D* 16 aduersus *B* 17 gallianicū *DP*, callinicum *B* congressū *B* 18 ammodū *D* 20 in *om. D* 21 aliquod *DB* 22 tradatus *D'* ante *D*: ad *B* 23 yllricū *D*, hyllricum *B* 24 hormisde *B* armenia maiore *BD* 25 & *om. D* simul qui etiam fortitudine speculatoris *B* 26 &] aut *DB* 28 coepit *B* 29 nobilitatem persarum *B* 30 ultimi regni solitudines *B*: ultimi regis similitudines *DP* mesopotamiā *DB*

sopotamiam cum praesidiis tum morantem ouans regressus ingenti honore susceptus est.

XXXXIIII

Varia deinceps et simul et uiritim bella gesserunt Carpis et Basternis subactis, Sarmatis uictis. quarum nationum ingentes captiuorum copias in Romanis finibus locauerunt. Diocletianus morigeratus callide fuit, sagax praeterea et admodum subtilis ingenio et qui seueritatem suam aliena inuidia uellet explere. diligentissimus tamen et sollertissimus princeps, etsi imperio Romano primus regiae consuetudinis formam magis quam Romanae libertatis inuexerat adorarique se iussit cum ante eum cuncti ⟨imperatores ut iudices⟩ salutarentur. ornamentum gemmarum uestibus calciamentisque indidit. nam prius imperii insigne in chlamyde purpurea tantum erat reliquaque communia. Herculius autem propalam ferus et inciuilis ingenii asperitatem suam et uultus horrore significans. hic naturae suae indulgens Diocletiano in omnibus etiam seuerioribus consiliis obsecutus. cum tamen ingrauescente aeuo parum se idoneum Diocletianus moderando imperio esse sentiret, auctor Herculio fuit ut in uitam priuatam concederent et stationem tuendae rei publicae uiridioribus iunioribusque mandarent cui aegre collega obtemperauit. tamen uterque uno die priuato habitu imperii insigne mutauit, Nicomediae Diocletianus, Herculius Mediolani, post triumphum inclitum quem Romae ex numerosis gentibus ⟨egerant⟩ pompa ferculorum inlustri, qua Narsei coniuges sororesque et liberi ante currum ducti sunt.

XXXXV

Concesserunt tamen Salonam unus, alter in Lucaniam. Diocletianus priuatus in uilla, quae haud procul a Salonis est, praeclaro otio senuit. qui dum ab Herculio atque Galerio ad recipiendum imperium rogaretur, tamquam pestem aliquam detestans in hunc modum respondit 'utinam ⟨Salonae⟩ possetis

---

1 prefıdıf tamen *DB* 3 varıã *D* fımul parıt̃ et uırıtı̃ *D* 6 moratuſ *DB* ãmodũ *D* 8 expellere *D* 11 ımperatoreſ *om.* *D* ornamenta *B* 13 clamıde *DB* 14 ıncıuılıb; ıngenıſ *D* 16 ın *om.* *D* 20 tuendae *om.* *D* 22 ımperıı habıtu *D* 23 ınclınatũ *D*, ınclytum *B* 24 egerant *D* 27 ın lycaonıa *B* 29 oratıo *B'* ab *B*: ad *D* 30 alıquam *D*: quam *B* 31 utıne *B*

uisere holera nostris manibus instituta, profecto numquam istud temptandum iudicaretis. uixit annos sexaginta octo e quibus communi habitu prope nouem egit. morte consumptus est, ut satis patuit, per formidinem uoluntaria. quippe cum a Constantino atque Licinio uocatus ad festa nuptiarum, per senectam quo minus interesse ualeret, excusauisset: rescriptis minacibus acceptis, quibus increpabatur Maxentio fauisse ac Maximiano fauere, suspectans necem dedecorosam, uenenum dicitur hausisse inusitata uirtute usus ut solus omnium post conditum Romanum imperium ex tanto fastigio sponte ad priuatae uitae statum ciuilitatemque remearet. contigit igitur ei quod nulli post natos homines ut cum priuatus obisset, inter diuos tamen referretur.

LIBER VNDECIMVS

I His igitur obeuntibus administrationem rei publicae Constantius et Galerius Augusti creati sunt diuisusque inter eos ita Romanus orbis ut Gallias Italiam Africam Constantius, Illyricum Asiam orientem Galerius optineret sumptis duobus Caesaribus ⟨Seuero per Italiam, Maximo Galerii sororis filio per orientem. eodemque tempore Constantinus Caesar efficitur.⟩ Constantius tamen contentus dignitate Augusti Italiae atque Africae administrandae sollicitudinem recusauit, uir egregius et praestantissimae ciuilitatis, diuitiis prouincialium ac priuatorum studens, fisci commoda non admodum affectans dicensque melius publicas opes priuatis haberi quam intra unum claustrum reseruari. adeo autem cultus modici ut feriatis die-

2 lx annoſ octo *D*, annoſ lxviii *B* ex quiſ *B* 4 uoluntariam *DBP*, *emend. Pithoeus* cum conſtantio *D*, cum a conſtantio *B* 7 increpabantur *DB* fuiſſe *D* 8 maximino *B* ſuſpectaſ *D* 9 anſiſſe *B* 11 remeret *B* eo *B* 13 *subscriptum* EXPLICIT LIBER · X · INCIPIT LIBER |· XI · *in D*, JNCIPIT LIBER DECIMUS · *in B* 15 abeuntibuſ *DB* ad *post* obeuntibus *ex Eutropio add. Gruterus* amminiſ|trationem *B* 17 ylliricū *D*, hylliricum *B* 18 occuparet *B* 19 maximino *D* 21 contemptuſ *D*, *deinde* dignitatem *DB* 22 ãmminiſtrande *D* 23 diutiuſ *B* 24 ãmodū *D* 25 cum *om. DB*

bus si cum amicis numerosioribus esset epulandum, priuatorum ei argento ostiatim petito triclinia sternerentur. hic non modo amabilis sed uenerabilis etiam Gallis fuit praecipue quod Diocletiani suspectam prudentiam et Maximiani sanguinariam temeritatem imperio eius euaserant. obiit in Brittannia Eboraci principatus anno tertio decimo, atque inter diuos relatus est. Galerius uir et probe moratus et egregius re militari cum Italiam quoque sinente Constantio administrationi suae accessisse sentiret ⟨Maximum Caesarem in orientem direxit et Seuerum in Italiam reliquit⟩ ipse Illyrico commoratus est.

⟨Anno ab urbe condita millesimo sexagesimo primo⟩ Con- II
stantio mortuo Constantinvs ex obscuriore matrimonio eius filius in Brittannia ⟨tricesimus octauus ab Augusto⟩ creatus est imperator ⟨sexto kalendas Augusti⟩ et in locum patris exoptatissimus moderator accessit. ⟨hic dum iuuenculus a Galerio in urbe Roma religionis specie uice obsidis teneretur, fugam arripiens atque ad frustrandos insequentes publica iumenta quaqua iter egerat interficiens ad patrem in Brittanniam peruenit. et forte eisdem diebus ibidem Constantium parentem fata ultima perurgebant. quo mortuo cunctis qui aderant annitentibus sed praecipue Croco Alamannorum rege auxilii gratia cum Constantino comitato imperium capit. hic sororem suam Constantiam Licinio Mediolanio accito coniungit filiumque suum Crispum nomine, ex Mineruia concubina susceptum idem Constantinus eisdem diebus natum oppido Arelatensi, Licinianumque Licinii filium mensuum fere uiginti Caesares effecit.⟩

Romae interea praetoriani excitato tumultu Maxentium III

2 argentum hoſtıatım *B* trıclınıaſ cernerentur *B* 5 brıttanıa *D*, brıttanı *B* 6 xıııımo *B* 7 et *ante* egregıuſ *om.* *B* rẽ *D* ıtalıa *D* 8 ãmınıſtratıonıſ *D* 9 ſentırent *B* 9. 10 ⟨⟩ *D:* cęſareſ duoſ creaurt | maxımınıanum quem orıentıſ pręfe|cıt & ſeuerum cuı ıtalıam dedıt *B* 9 maxımınũ *D* orıente *D* 10 relıquıd *D* yllırıco *D* 11 ⟨⟩ *D:* uerım *B* prımo · uerũ con|ſtãtıo *D* 13 brıttanıa *DB* 14 vı · kƀ avḡ · *D* 15 uenculuſ *D'* 16 legıonıſ *D* 18 ınterfecıt *D*, ınterfecıt et *P* brıttanıã *D* 20 purguebãt *D* 23 medıolanıo *P*, medıolano (*D*) 25 contantınuſ *D*

Herculii filium, qui in uilla publica morabatur ⟨sex milibus ab urbe discreta itinere Lauicano⟩ Augustum nuncupauerunt. quo nuntio Maximianus Herculius ad spem arrectus resumendi fastigii, quod inuitus amiserat, Romam aduolauit e Lucania, quam sedem priuatus elegerat in agris amoenissimis consenescens. Diocletianumque etiam per litteras adhortatus est ut depositam resumeret potestatem, quas ille irritas habuit. sed aduersum motum praetorianorum atque Maxentii Seuerus Caesar Romam missus a Galerio cum exercitu uenit obsidensque urbem militum suorum scelere desertus ⟨ab Herculio ad tres Tabernas extinguitur funusque eius Gallieni sepulcro infertur quod ab urbe abest per Appiam uiam milibus nouem.

IIII Post haec Herculius Maximianus in contentione exercituum filium Maxentium imperio nudare conatus seditionem et conuicia militum tulit.⟩ auctae Maxentio opes, confirmatum imperium. Herculius ad Gallias profectus est dolo composito tamquam a filio esset expulsus ut Constantino genero iungeretur, moliens tamen Constantinum reperta occasione interficere, qui in Gallis et militum et prouincialium ingenti iam fauore regnabat caesis Francis atque Alamannis captisque eorum regibus, quos etiam bestiis cum magnificum spectaculum muneris parasset obiecit. detectis igitur insidiis per Faustam filiam, quae dolum uiro nuntiauerat, profugit Herculius Massiliaeque ⟨a Constantino⟩ oppressus — ex ea enim nauigare ad filium praeparabat — ⟨a Constantino captus⟩ poenas dedit ⟨mortis genere postremo fractis laqueo ceruicibus.⟩ uir ad omnem asperitatem saeuitiamque procliuis infidus incommodus ciuilitatis penitus expers ⟨natura ferus ardens libidine consiliis stolidus ortu agresti Pannonioque, nam etiam nunc haud longe

1 *post* qui *add.* haud procul ab urbe *B* 2 itanere *D* 6 adoratuſ *D* 10 ſcelerũ *D* 11 ſepulchro *D* 12 ab] ex *D* 14 ſeditione & conuitia *D* 15 confirmatumque *B* 16 herculiuſ *D:* ſeueruſ | fugienſ rauenne interfectuſ eſt · | herculiuſ tamen maximianuſ poſt | hec in contione exercituum filium ma|xentium nudare conatuſ · ſeditionem & conuicia militum tulit · inde *B* cũpoſito *D* 17 tamqui *B* 18 conſtantino repperta *B* 19 galliſ *D* 20 pauore *B* captiſ *DB* 22 numeriſ *D* abiecit *D* 25 penaſ *D*, pęnaſ *B* 26 ⟨⟩ *D:* iuſtiſſimo exitu *B* 27 oĩe *D*

Sirmio eminet locus palatio ab eo ibidem constructo, ubi parentes eius exercebant opera mercennaria. aetate interiit sexagenarius, annorum uiginti imperator. genuit ex Eutropia Syra muliere Maxentium et Faustam coniugem Constantini, cuius patri Constantio tradiderat Theodoram priuignam.⟩

Per hoc tempus a Galerio Licinius imperator est factus V
Dacia oriundus, notus ei antiqua consuetudine et in bello quod aduersum Narseum gesserat, strenuus laboribus et officiis acceptus. ⟨interea Galerius persecutionem, quae a Diocletiano et Maximiano in Christianos fuerat missa, ipse atrocioribus edictis accumulauit. ac postquam per annos decem omni genere hominum prouincias exhausit, putrefacto introrsum pectore et uitalibus dissolutis cum ultra horrorem humanae miseriae etiam uermes eructaret neque medici ultra iam fetorem ferentes crebro iussu eius occiderentur a quodam medico constantiam ex desperatione sumente increpitus iram dei esse poenam suam atque ideo a medicis non posse curari, edictis late missis Christianos de exiliis reuocauit: ipse autem cruciatus non sustinens uim uitae suae attulit. fuit licet inculta agrestique iustitia satis laudabilis, pulcher corpore, eximius et felix bellator, ortus parentibus agrariis, pastor armentorum, unde ei cognomen Armentarius fuit, ortus Dacia Ripensi ibique sepultus est, quem locum Romulianam ex uocabulo Romulae matris appellarat. is insolenter affirmare ausus est matrem more Olympiadis Alexandri Magni creatricis compressam dracone semet concepisse.

Interea⟩ res publica tum a nouis quattuor imperatoribus VI
tenebatur Constantino Maxentio filiis Augustorum, Licinio et Maximino nouis hominibus. Quinto tamen Constantinus imperii sui anno bellum aduersum Maxentium ciuile commouit ⟨pro eo quia senatorum et maxime nobilium matronas publice abstrahi atque ad suam libidinem deduci imperabat et post

3 annorum *P*: anno *D* eotropia ſira *D* 6 li|cinniuſ *B* 8 aduerſuſ *B* 9—27 ⟨⟩ *D*: morſ galeri|um confeſtim ſecuta · | Ita *B* 9 quã *D* 12 ppuintiaſ *D* 17 penã *D* 22 datia *D* 25 olimpiadiſ *D* 27 nobiſ *B* 28 licinnio *B* 29 maximiano *D* 30 aduerſuſ *B*

contaminationem uiris suis reddi iubebat non tam expleta adulterii libidine quam immutata. tantus uero metus patres plebemque oppresserat uti ne hoc ipsum quidem quod in metu erant palam ostendere auderent sed ferebant insuetam seruitutem gementes et aliquid pro libertate cogitare metu inhibebantur cum ille non iam ira sed libidine caedis agitaretur. denique quadam die imperabat militibus suis exire per plateas totius urbis et omnes qui occurrissent, cuiuscumque aetatis et cuiuslibet sexus gladiis caederent innumeraeque multitudines populi Romani non hostium sed ciuium telis deiectae sunt. senatores uero et hi maxime qui uel honoribus uel opibus clariores in curia uidebantur confictis criminibus tamquam rei puniti proscriptique sunt. magicae quoque artis industriam summis studiis excolebat, ad quae ministeria explenda perquirebantur mulieres nobiles grauidae et adhibitae funestis sacris mediae scindebantur, rapiebantur et paruuli infantes eorumque exta uisceribus reuulsa perscrutabantur. iugulabantur et leones et nefandis quibusdam commentis ac precationibus daemonica arte compositis bella per haec dicebantur arcere et credebatur ius fasque regni per nefas posse seruari. his uero malis omnibus etiam illud additur quod illi qui per ceteras urbes uel agros fuerant tyrannica crudelitate deterriti dum nihil sibi ad uitam tutum putant, relictis agris per loca abdita et latebras eunt: omni studio arandi serendique cessante tanta fames urbem atque omnia loca inuaserat ut nihil reliqui ad uitae subsidium fieret.

VII Constantinus igitur⟩ eius copias multis proeliis fudit ⟨tamen propter magicas artes eum ualde metuebat. cumque in haesitatione multa consisteret et multa secum de imminentis belli necessitate peruoluens iter ageret atque ad caelum saepius oculos leuaret et inde sibi diuinum precaretur auxilium uidet per soporem ad orientem partem in caelo signum crucis

14 excolebant *D* ad quae] atq. *D* 19 arcire *D* 20 faſſiſq *D* 23 et latebraſ *P:* latebraſ *D* 25 inuaſerant *D* 27 copiaſ einſ *B* 27—246, 21 ⟨ ⟩ *D:* ipſum poſtremo romę ad|uerſum nobileſ omnibuſ exituſ feuen|tem apud pontem muluium uicit · | italiaque eſt potituſ · maxentium | ſubpoſitum ferunt *B* 29 eſitatione *D* 30 puolenſ *D* 32 orienti *D*

igneo fulgore rutilare. cumque tanto uisu fuisset exterritus ac nouo perturbaretur aspectu, adstare sibi uidet angelos dicentes 'Constantine *ἐν τούτῳ νίκα*' quod est 'in hoc uince'. fertur autem et ipsum Christum apparuisse ei et signum monstrasse crucis ac praecepisse ut figuram similem faceret et in proeliis auxilium hoc haberet quo uictoriae iura conquireret. Eusebius itaque Pamphilus iure iurando ipso imperatore dicente audisse se refert quia circa meridiem declinante iam sole crucis signum ex lumine factum et scripturam consertam ei dicentem 'in hoc uince' uidisset ipse et milites qui cum eo tunc essent. pergenti namque aliquo cum exercitu pariter in loco, 'hoc' inquit 'ei est miraculum ostensum'. dumque cogitaret quid esset, nox superuenit et dormienti Christus apparuit cum signo quod uidit in caelo, iussitque ut fieret eius signi figuratio quae foret auxilium in congressionibus proeliorum.

Tum uero laetus redditus et de uictoria iam securus si- VIII
gnum crucis, quod in caelo uiderat, in militaria uexilla transformat ac labarum quem dicunt, ex auro et lapidibus pretiosis in speciem crucis dominicae exaptat. hoc enim signum bellicum inter alia pretiosius erat eo quod imperatorem praecederet et adorari eum a militibus moris esset. unde praecipue Constantinum reor nobilissimum decus imperii Romani in signum mutasse crucis ut frequenti uisione atque cura desuescerent a priore more subiecti et eum solum arbitrarentur deum quem coleret imperator uel quo duce atque auxiliatore uteretur aduersus hostes. semper enim hoc signum proponebatur ante ordines uniuersos quod maxime laborantibus aciebus in proeliis adesse percipiebat. constituit itaque certos signiferos qui in eo laborarent, quorum opus erat ut uicibus humeris eum ueherent et omnes acies ita lustrarent. fertur enim eo, quod aliquando quidam ferens hoc signum repente hostibus inuadentibus expauisset dedissetque illud alteri deuehen-

4 ipſe *D* 5 ut] in *D* 7 pamphilicuſ *DP* *quae secuntur corrupta iudicat Gruterus* 8 referat *D* 11 cum *om. D: corrupta putat Gruterus* 18 Lebarum *cod. Pithoei* 20 pretioſuſ *D* 22 romano *D*' 25 auxiliator *D* 28 percipiebat *cod. Pithoei:* praecipiebat *P* (*D*)

dum. cumque se de proclio subtraxisset et iacula declinasset, subito percussus interiit. ille uero qui sacrum suscepit tropaeum, multis se iaculantibus permansit inlaesus. mirabiliter enim diuina regente uirtute sagittae hostium figebantur in signo, a signifero autem inter pericula protinus euoluebantur. dicitur autem neque alium umquam huius signi ministrum ut solet in bello uulnere mortuum aut cladem captiuitatis perpessum.

VIIII Igitur cum iam Constantinus haud procul a ponte Moluio castra posuisset, subito Maxentius agitur in occursum et proruens urbis Romae portis sequi se reliquum exercitum iubet, prior ipse praecurrit armatus. iusserat autem nauibus ad decipulam compositis fluuium sterni et superpositis pontibus exaequari. tunc Constantinus crucem auream quam formauerat, ante se iussit portare factaque congressione superati sunt qui circa Maxentium fuerant plurimis ex his interemptis. Maxentius autem cum residuis fugiens paullo superius a ponte Moluio in ponte nauigiis composito ab latere ingredi festinans lapsu equi in profundum demersus est uoratumque limo pondere thoracis corpus uix repertum. erat enim annus septimus imperii Constantini. inter haec Diocletianus Salonae defunctus est. fertur autem Maxentium suppositum⟩ arte muliebri tenere mariti animum laborantis auspicio gratissimi partus coepti a puero. ⟨is Maxentius carus nulli umquam fuit ne patri aut socero quidem Galerio. interea ciues Romani, qui Constantinum poposcerant, ut in eorum exsurgeret adiutorium, a maligni Maxentii tyrannide liberati ciuitatem coronant et cum gaudio uictorem Constantinum una cum uiuifica cruce suscipiunt et deum collaudantes nec non et uiuificam crucem per septem dies adorantes et Constantinum uictorem laudibus magnificantes.⟩

X Non multo ⟨post⟩ deinceps in oriente quoque aduersum Licinium Maximinus Caesar res nouas molitus uicinum exitium fortuita apud Tarsum ⟨Ciliciae morte simplici praeuenit. hic

2 tropeū *D* 5 euoluebant *D* 13 cruce aurea que *D* 16 paulo *D* 22 ceptı *D* 25 exſurgerent *D* 31 muıta *B* aduerſuſ *D'B* 32 molıtuſ eſt *B* 33 tharſum *B* 33—247, 26 ⟨⟩ *D*: | montem peruenıt · Conſtantınuſ tamen *B* 33 perıt *D*

sorore Armentarii progenitus ueroque nomine ante imperium Daza dictus post imperium Galerius Maximinus appellabatur. Caesar quadriennio, dehinc per orientem Augustus triennio fuit ortu quidem atque instituto pastorali uerum sapientissimi cuiusque ac litterarum cultor, ingenio quieto, uini auidior, quo ebrius quaedam corrupta mente aspera iubebat, quod cum pigeret factum, differri quae praecepisset in tempus sobrium ac matutinum statuit. Valens interea in oriente ab exercitu imperator appellatus ab eodem Licinio morte multatur. deinde Alexander qui apud Carthaginemmperat or est factus, a Constantini exercitu iugulatur. iste fuit Phryx origine, ingenio timidus, inferior aduersus laborem uitio senectae aetatis. igitur Constantinus quarto decimo imperii sui anno totius Romani orbis monocrator effectus omnem curam transtulit ad diuina, ecclesias erigens et liberaliter has ex ratione publica ditans. iste primam legem scripsit idolorum templa his tradi, quae Christo sunt deputata — cum eo sane leges proferebat Crispus filius eius — secundam uero Christianos solos militare, gentibus ac exercitibus principari: tertia duas paschales hebdomadas unam scilicet ante et alteram post resurrectionem sine labore cuiusquam operis celebrandas.

XI

His ita gestis pax profunda et tranquillitas optinuit orbem, et exultatio fideles concurrentibus assidue omnibus nationibus ad fidem Christi et baptizatis ac patria conquassantibus simulacra. uerum enim uero ut imperia difficile concordiam custodiunt, Constantinus⟩ uir ingens et omnia efficere nitens quae animo praeparasset, simul principatum totius orbis affectans Licinio bellum intulit quamquam necessitudo et affinitas cum eo esset ac primo eum in Pannonia ⟨uicit⟩ secunde apud Cibalas ⟨iuxta paludem Hiulcam nomine Constantino castra Licinii

---

5 litteratorū *D* 7 differrı *D* 10 kartaginē *D* 11 exercituſ *D'* frix *D* 13 quarta *D* 15 erienſ *D* 19 ebdomadaſ *D* 27 effectanſ *D* 29 *post* eſſet *add.* Nam ſoror conſtantia | nupta licinio erat *B* uicit *om.* *DB* ſecunda *DB*, *deinde add.* ingenti apparatu bellum *B* cibaliaſ *B* 30–248, 3 ⟨⟩ *D*: inſtru|ente repentinuſ oppreſſit · omnique *B* 30 nocte licinii *D*

noete irrumpente, Licinius fugam petiit Byzantiumque fuga uolucri peruenit ubi Martinianum officiorum magistrum Caesarem ercat. Constantinus omni⟩ Dardania Moesia Macedonia potitus numerosas prouincias occupauit. uaria deinceps inter eos bella et pax reconciliata ruptaque est. ⟨denique Licinius pugnaturus denuo contra Constantinum spem uictoriae habebat per diuinationes et sacrificia. denique etiam Graeci dicunt tunc eum expertum diuinationem Delphici Geminique Apollinis eique consulenti de bello respondisse fertur daemonium 'o senex ualde te iuuenes pugnatores obseruant tuaque uita soluta est saeuaque senectus te excipiet'.

XII Interea Constantinus acie potior Licinium nauali et terrestri proelio uicit et eum apud Nicomediam Bithyniae urbem indumentum regium deferentem in deditionem cepit et contra sacramenti religionem Thessalonicae in custodia missum priuatum una cum Martiniano iussit occidi metuens Herculii Maximiani soceri sui exemplo ne iterum depositam purpuram in perniciem rei publicae sumeret.⟩ hic Licinius annum dominationis ⟨suae⟩ fere post quartum decimum, uitae proxime sexagesimum occiditur, auaritiae cupidine omnium pessimus neque alienus a luxu uenerio, asper admodum, haud mediocriter inpatiens, infestus litteris quas per inscientiam inmodicam uirus ac pestem publicam nominabat, praecipue forensem industriam. agraribus plane ac rusticantibus, quod ab eo genere ortus esset et alitus, satis utilis ac militiae custos ad ueterum instituta seuerissimus. spadonum et aulicorum omnium uehemens domitor tineas soricesque palatii eos appellans.

XIII Eodem tempore res Romana sub uno Augusto et tribus Caesaribus quod numquam alias fuit, cum liberi Constantini

1 bızantıũq. *D* 5 rupta *B* 5–18 ⟨⟩ *D:* poſ|tremo lıcıuıuſ nauali et terreſtri procho | uıctuſ · apud nicomediam ſe dedıdıt | & contra regionem theſſalonıcę ſacra|mentı prıuatuſ occıſuſ eſt *B* 8 dıuınatıone mıletı gemınıq. *D*, *deinde* apollonıſ *D'* 10 obſerbant *D* 12 portıor *D* 13 bıthınıę uxorẽ *D* 15 legıonẽ theſalonıce *D* prınatuſ *D* 18 domıtıanıſ *B* 20 occıdıt *B* cupıdınem *B* 21 alıeno *B* luxo *D* ãmodũ *D* 22 ınſcıtıam *B* 24 ortuſ alatuſq. erat *D*, ortuſ altuſq. erat *B* au|lıgorum (r *corr. ex* n) *B* 26 dormıtor *B* eo *B* 28 ono *D* 29 cum] quẽ *D*

Galliae orienti Italiaeque praeessent. uerum insolentia rerum secundarum aliquantum Constantinum ex illa fauorabilis animi docibilitate mutauit. primum necessitudines persecutus, egregium uirum et sororis filium commodae indolis iuuenem interfecit, mox ⟨Crispum filium Fausta coniuge ut putant suggerente necari iubet, dehinc⟩ uxorem ⟨suam Faustam in balneas ardentes coniectam interemit cum eum dolore nimio nepotis mater Helena increparet.⟩ post numerosos ⟨interfecit⟩ amicos. uir primo imperii tempore optimis principibus, ultimo mediis comparandus. innumerae in eo animi corporisque uirtutes claruerunt, militaris gloriae adpetentissimus, fortuna in bellis prospera fuit, uerum ita ut non superaret industria. nam etiam Gothos ⟨fortissimas et copiosissimas gentes⟩ post ciuile bellum ⟨in ipso barbarici soli sinu hoc est in Sarmatarum regione⟩ uarie profligauit pace his ad postremum data ingentemque apud barbaras gentes memoriae gratiam collocauit. ⟨Calocerum quendam in Cypro adspirantem nouis rebus oppressit. tricennalibus suis Dalmatium fratris sui Dalmatii filium Caesarem legit. fuit uero ultra quam aestimari potest laudis auidus. hic Traianum herbam parietariam ob titulos multis aedibus inscriptos appellare solitus erat. hic pontem in Danubio construxit, habitum regium gemmis et caput exornans perpetuo diademate. commodissimus tamen rebus multis fuit, calumnias sedare legibus seuerissimis, ciuiles artes nutrire, praecipue studia litterarum, legere ipse, scribere, meditari, audire legationes et querimonias prouinciarum⟩ affectator iusti amoris quem omnem sibi et liberalitate et docibilitate quaesiuit. sicut in non nullos amicos dubius ita in reliquos egregius nihil occasionum praetermittens quo opulentiores eos clarioresque praestaret. multas

2 conſtantinuſ *DB* 3 neceſſitudine *DB* 4 uirum et ſororiſ ilfium commodem (commodae *Eutropius*) indoliſ iuuenem (iuuentē *D*) interfecit *DB* 7 mat̃ helena nepotiſ *D* 12 ſuperaſſet *B* induſtria *DB* 14 barbarici *scripsi:* barbarico *D, cod. Pithoei* 15 pflicauit *D* 16 karlocherū *D* 16—26 ⟨⟩ *D:* | ciuilibuſ artibuſ & ſtudiſ liberalibuſ | dedituſ *B* 18 dealmatiū *D* dealmatii *D* 20 paretariam *D* 22 capud *D* 27 docilitate *B* nō* nulloſ (*in ras. fuit* l) *B*

leges erogauit, quasdam ex bono et aequo, plerasque superfluas, non nullas seueras.

XIIII Primusque urbem nominis sui ad tantum fastigium euehere molitus est ut Romae aemulam faceret. ⟨nam cum ei omnia prospere cederent, propriam uoluit habitare ciuitatem ueniensque ad campum ante Ilium positum, iuxta Hellespontum super Aeantis tumulum, ubi Achiui contra Troiam pugnantes habuerunt castra, ciuitatem designauit portasque fecit quae hactenus uidentur a nauigantibus. haec agenti per noctem deus apparauit monens ut alium quaereret locum eumque monens pergere ad Byzantium Thraciae illic eum habitare iussit. quae cum primitus Byzantium uocaretur, auxit et maximo eam muro circumdedit et diuersis ornatam fabricis aequam imperiali Romae constituit et denominatam Constantinopolim appellari secundam Romam lege firmauit, sicuti lex ipsa in marmorea platoma noscitur esse conscripta et in Strategio iuxta equestrem statuam eius est constituta. eaque summa liberalitate ditata in illustribus domibus eos qui ab urbe Roma erant, uiros rationabiles collocauit et ex aliis locis secundum genus eligens et domos magnas eis tribuens ut habitaretur ciuitas egit. tunc etiam templum sanctae Sophiae et sanctae Eirenae et apostolorum et sancti Motii et archangeli dei amicus princeps aedificauit. tunc funditus templo Asclepii penes Aegas et Veneris in Aphaeis sito destructo atque aliis multisque euersis horum reditus donauit ecclesiis. simulacra namque ornata publice Constantinopolitana urbe proposuit et tripodas Delphicos in circo ad spectaculum dedit, quae cum ipso uideantur aspectu, superfluere feruntur. tunc multae gentes ad baptismum accesserunt miraculis actae, quae patrata sunt a captiuis sacerdotibus qui fuerant sub Gallieno captiuati.

---

1 rogauit *B* 3 eueere *B* 6 illum *D* 7 eantiſ *D* 8 acteuuſ *D* 10 pergere *om. D* 11 bizantiũ trachię *D* 12 bizantiũ *D* mucro *D* 13 ornata (*prior* a *in ras.*) *D* 15 platoma *nec Graecum nec Latinum est* 17 eãq. *D* libertate *cod. Pithoei* 21 heirene *D* 22 mocu *DP* 23 egaſ *D* 24 aluſ *D*' 26 circu *D* 29 ia *in* patrata *in ras. in D* 30 galieno *D*

Interea mater imperatoris Helena nomine in somnis admouita Hierosolymam properauit et sepulcrum Christi, quod licet difficillime tamen inuenit, sordibus coopertum et desuper templum Veneris aedificatum, ubi uirgines cantibus insultabant, praecepit destrui sceleratissimum templum ipsumque puluerem funestis sacrificiis uiolatum eici et procul a ciuitate dispergi. exin locum purgari praecipiens, statim palam domini monumentum apparuit. apparuerunt et circa illud suffossae tres cruces et claui, simul et titulus litteris Hebraeis Graecis Latinisque conscriptus 'Iesus Nazarenus rex Iudaeorum'. dicitur autem quia etiam mortuus crucis tactu surrexit. de hoc ligno Sibylla dixit apud Paganos 'o ter beatum lignum in quo deus extensus est'. tunc ergo quae crux esset domini, quae latronum dubitare coeperunt. proinde Macarius ciuitatis praesul huius modi tractatu dubitationem soluit. mulieri namque nobilitate clarae longa aegritudine fatigatae unam illarum crucium cum oratione promptissima adhibens uirtutem saluatoris agnouit. mox enim ut mulierem crux attigit passionem saeuissimae aegritudinis effugauit et feminae salutem restituit. de clauis quidem quibus manus Christi fuerant perforatae, alios in galeam misit imperatoris, filii capitis prouidentiam gerens ut iacula bellica submoueret, alios freno equino permiscuit et cautelam imperatoris agens et ueterem philosophiam adimplens. olim enim Zacharias clamauerat propheta dicens 'et erit quod in freno est sanctum domino omnipotenti'. saluatoris uero crucis partem quidem aliquam filio distribuit quam Constantinus suscipiens et credens saluari ciuitatem ubi haec particula seruaretur in sua statua sicut fertur in foro Constantini posita super columnam porphyreticam de uoto condidit. reliquam uero partem in argentea theca clausam Macario ciuitatis tradidit sacerdoti et undique congregans artifices maximas illic ornatasque aedificauit ecclesias. XV

---

1 ãmonita *D* 7 exin] et *D* piecepit *D* monumento *D* 8 illud] eũ *D* 9 hebreiſ *D* 10 ihſ *D* 14 ceperunt *D* 16 fatigare *D* 22 ſũmoueret *D* 24 ꝓphetiã *D* & *om. D* 28 phoro *D* 29 porphireticã *D*

XVI Post haec igitur imperator curam maximam Christianorum habens, paganorum superstitiones auersabatur remouitque monomachias et suas imagines in templis poni praecepit et cubitum quo mensuratur Nilus non iam in templum Serapidis annis singulis sed in ecclesiis portari sanciuit. igitur Constantinus⟩ bellum aduersum Parthos moliens, qui iam Mesopotamiam fatigabant, secundo et tricesimo ⟨anno⟩ imperii, aetatis sexto et sexagesimo ⟨aegritudine captus ex urbe Constantinopolitana quasi ad calidas aquas egressus est⟩ Nicomediam: in uilla publica ⟨morbo consumptus est, facto testamento tribus filiis consulatu Feliciani et Tatiani undecimo kalendas Iunii. fuit enim irrisor potius quam blandus, unde prouerbio uulgari Trachala dictus. decem annis praestantissimus, duodecim sequentibus latro, decem nouissimis pupillus ob profusiones inmodicas nominatus. mors eius etiam ante biennium denuntiata est⟩ per crinitam stellam, quae inusitatae magnitudinis aliquandiu fulsit — eam Graeci κομήτην uocant — atque inter diuos meruit referri. ⟨corpus autem eius in aureo locello collocatum Constantinopolim est deuectum et in palatii celso loco repositum. quod in multis honoribus atque ueneratione quasi uiueret habebatur donec aliquis filiorum eius assisteret. postea uero ab oriente Constantio ueniente cum imperialibus exequiis funus eius sepultum est in apostolorum ecclesia in sepulcro porphyretico.⟩

XVII Is successores filios tres reliquit atque unum fratris ⟨sui Dalmatii⟩ filium. ⟨hi singuli has partes regendas habuerunt. Constantinus primus filius in decennali suo eius genitor fecit eum habere principatum super cuncta trans Alpes. secundum Constantium in uicennali suo in oriente constituit a freto Propontidis in Asiam atque orientem. Constantem uero iuniorem in tricennalibus suis in Illyricum Italiamque et Africam

---

6 aduerſuſ *B* 7 uno & tricefimo *B* 8 conſtantinopolitano *D* 10—15 ⟨⟩ *D:* | obiit · denuntiata morſ eiuſ etiam *B* 11 xi · kl iuń *D* 12 trochala *DP* 13 dictuſ *om. DP* 16 crintā *D*' inuſitatē *D* 17 cometē *D*, commetem *B* 23 porphiretico *D* 25 reliquid *DB* 26 dealmatii *D* 28 ſcdſ conſtantiuſ *D* 29 in *om D.* 30 conſtanſ *D* 31 ylliricū *D*

ordinauit. Dalmatium in Thraciam Macedoniamque et Achaiam: Annibalianum Dalmatii Caesaris consanguineum in Armeniam nationesque circumsocias.⟩ uerum Dalmatius Caesar prosperrima indole neque patruo absimilis haud multo post oppressus est factione militari et Constantio patrueli suo sinente potius quam iubente. ⟨Constantinus igitur dum nititur partes iunioris fratris inuadere bellum contra eum commouit et dum inconsultius apud Aquileiam proelium aggressus est, a Constantis ducibus interfectus est et in fluuium proiectus, cui nomen Alsa est non longe ab Aquileia consulatu Acindini et Procli. quam ob rem Romani imperii principatus occidentalium quidem partium peruenit ad Constantem, orientalis autem ad Constantium.

Eodem tempore etiam rem publicam contigit ualde tur- XVIII
bari. gens namque Francorum circa Gallias constituta Romanis erat infesta, quam Constans oppressit et Romano imperio subiecit. tunc enim etiam terrae motus maximus in oriente factus est et praecipue in Antiochia, quae anno iugiter est commota et Neocaesaria ciuitas Ponti cecidit.

Constantius autem et Constans leges ediderunt Iudaeum non emere seruum, alioquin auferri eum et publicis rationibus tradi. porro et si circumcidere ausus fuerit seruum, gladio puniri talia praesumentem.

Igitur⟩ Constantis imperium strenuum aliquandiu et iustum fuit. mox cum et ualitudine inprospera et amicis prauioribus uteretur, ad grauia uitia conuersus cum intolerabilis prouincialibus, militi iniucundus esset ⟨et dum circa Gallias uenandi cupidine per siluas saltusque erraret, conspirauere aliquanti militares in eius necem auctoribus Chrestio et Marcellino si-

---

1 dealmatıũ (*fuit* ıa) *D* tracıã *D* 2 dealmatıı *D* 3 deamatıuſ *D*, dalmatuſ *B* profperrımę *B* 4 e *in* ındole *in ras. in D* paruo *D* obſımılıſ *DB* 6—24 ⟨⟩ *D:* | conſtantınum porro bellum frı̄ ınferentem | & apud aquıleıam ınconſultıuſ proelıum ‖ aggreſſum conſtantıı ducem ınteremerunt | ıta reſ publıca ad duoſ auguſtuſ redacta | *B* 9 duceſ *B* 10 acınnıdı *D* 16 quē *D* 19 nuoceſarıa *D* 24 ſtrenuuſ *B* 25 cum e *D* ualetudıne *B* 27 mılıtıbuſ *B* ınıocunduſ *B* *et* (uſ *in ras.*) *D* 27—254, 6 ⟨⟩ *D:* factıone magnentıı | occıſuſ eſt obııd haud *B*

mulque Magnentio. qui ubi patrandi negotii dies placuit, Marcellinus natalem filii simulans plerosque ad cenam uocat. itaque in multam noctem conuiuio celebrato, Magnentius quasi ad uentris solita secedens apud Augustodunum habitum uenerabilem capit. ea re cognita Constans fugere conatus apud Helenam oppidum Pyrenaeo proximum non⟩ longe ab Hispaniis ⟨a Gaisone cum lectissimis misso interficitur⟩ anno imperii septimo decimo, aetatis tricesimo. ⟨nam Caesar triennio fuit. hic fuit debilis pedibus manibusque articulorum dolore, fortunatus caeli temperie, fructuum prouentu, nulla a barbaris formidine⟩ per omne tempus sine graui crudelitate terribilis.

XVIIII Diuersa Constantii fortuna fuit. a Persis enim multa et grauia perpessus saepe captis oppidis, obsessis urbibus, caesis exercitibus nullumque ei contra Saporem prosperum proelium fuit nisi quod apud Singarum haud dubiam uictoriam ferocia militum amisit, qui pugnam seditiose et stolide contra rationem belli die iam praecipiti poposcerunt.

⟨Per idem tempus Dyrrachium Dalmatiae terrae motu corruptum est et Roma per tres dies a terrae motu commota est. interea terrae motu magno et in ciuitate Beryto Phoenices facto plurima pars eius corruit ita ut multi gentiles ingrederentur ecclesiam, se ritum Christianum seruaturos spondentes.

XX Igitur⟩ post Constantis necem Magnentio Italiam Africam Gallias optinente etiam Illyricum res nouas habuit. Vetranio ⟨enim magister militum⟩ ad imperium ⟨in Pannonia apud Mursam⟩ consensu militum electus quem grandaeuum iam et cunctis amabilem diuturnitate et felicitate militiae ad tuendum Illyricum principem creauerunt uirum probum et morum ueterum ac iucundae ciuilitatis sed omnium liberalium ⟨artium⟩ expertem adeo ut ne elementa quidem primarum litterarum

---

4 auguſtudunū *D* 6 pırıneo *D* 7 ⟨⟩ *D:* ın caſtro cuı helene nomen eſt *B* xvııımo *B* 8 xxxmo *B* fuıt *om. D* 10 fortıtudıne *D* 15 quo *B* dubıum *DB* 17 popoſſerunt *D* 19 a terre motuſ *D* 20 & *om. D* byryto phenıcıſ *D* 23 conſtatıſ *D'* 24 obtınente *B* yllırıcū *D*, hyllırıcum *B* betramıone *D*, ultramıone *B* 25 enım *om. D* myrſā *D* 26 electū *D*, electo *B* 27 malıtię *B* 28 yllırıcū *D*, byllırıcum *B* 29 ıocunde *D*, ıocundę *B*

nisi grandaeuus et iam imperator acceperit. ⟨tunc Constantius imperator Gallum patruelem suum Caesarem fecit, cui suum nomen inponens Syriam Antiochiae habitandam destinauit ut partes per eum custodirentur orientales. quo Antiochiam ueniente circa orientem signum apparuit in caelo die Pentecostes. columna uamque sub speciem crucis in caelo uisa speciem luminis habens extensam a Golgotha usque ad montem oliuarum. in circuitu autem eius corona erat uelut Iridis speciem habens. hoc et Constantius Gallus uidit.

Interea Constantius Augustus⟩ ad ultionem fraternae necis XXI
bellum ciuile commouerat ⟨castra metatus est in Illyricum. cogebat eum fraternae necis ultio et maxime Vetranionis qui per milites Augustus fuerat factus. cumque uenisset in Sirmium, mutuo foederibus habitis Vetranionem uidit. factumque est ut milites qui eum constituerant, transirent ad fauorem Constantii. quo facto solum Constantium imperatorem Augustum uoce missa clamauerunt. cumque de Vetranione nulla memoria fieret, ille repente sciens se traditum ad pedes se prostrauit imperatoris. porro Constantius auferens eius coronam simul et purpuram clementer ei locutus est monens ut

1—10 ⟨⟩ *D:* ſed a conſtantio quo *B* 3 in ſiriã *D* habitandũ *D* 5 pentecoſten *B* 7 extenſũ *D* 8 hyriſ *D* 10 conſtatiuſ *D'* fratrem *B* 11—257, 17 ⟨⟩ *D:* ab (v) rogatum eſt ueteranioni | imperium nouo inuſitatoque more conſenſ | militum deponere inſigne compulſuſ ·| Romę quoque tumultuſ fuit nepotiano | ſorori conſtantini filii ſororiſ per gla|diatoriam manum imperium uindicante ‖ qui ſeuiſ exordiſ diguum exitum nanctuſ eſt | Uiceſimo enim atque octauo die a magnen|tianiſ ducibuſ oppreſſuſ · poenaſ dedit | caput eiuſ per urbem circumla|tum eſt · grauiſſimeque proſcriptioneſ · et | nobilium cędeſ fuerunt · Non multo | poſt magnentiuſ apud murſam pro|fligatuſ acię eſt ac pene captuſ ingen|teſ romam imperii uireſ ea dimicatio|ne conſumpte ſunt at quelibet bella externa idoneę quę multum trium|phorum poſſent ſecuritatiſque conferre | orienti mox ut conſtantio cęſar | eſt datuſ patrui filiuſ galluſ magnentiuſque diuerſiſ pręliiſ uictuſ · uim | uitę ſuę apud lugdunum attulit | imperii anno tertio · menſe ſeptimo · | ſrr quoque eiuſ ſenoniſ quem ad tuendaſ | galliaſ ceſarem miſerat · | Per hęc tempora etiam a conſtantio ‖ multiſ inciuilibuſ geſtiſ galluſ cęſar | occiſuſ eſt · uir natura feruſ & ad ty|rannidem pronior · ſi ſuo iure imperari licuiſſet · Silnanuſ quoque in gallia | *B* 11 yllircũ *D* 12 ultionẽ *D* bretanioniſ *D* 13 ſyrmiũ *D* 14 betranionẽ *D* 17 betranione *D*

sub schemate priuato quiesceret, quod utique eius aetati conuenientius quam habere nomen sollicitudinibus onustatum. iussitque ei sumptus uberrimos ex publicis functionibus exhiberi: fuit autem prope ad stultitiam simplicissimus. cumque in Prusa Bithyniae Vetranio moraretur, Constantius scripsit ei dicens quia multorum bonorum ei causa fuisset quem a tantis cogitationibus et malis sibi prouenientibus liberasset nec se bene fecisse quia quae sibi praestare debuerat, illi potius impendisset. his diebus Romae Nepotianus Eutropiae Constantii sororis filius hortantibus perditis Augusti nomen rapit. quem octauo die uicesimoque Magnentius oppressit. caput eius pilo per urbem circumlatum est grauissimaeque proscriptiones et nobilium caedes fuerunt.

XXII Hoc tempore Constantius cum Magnentio apud Mursam dimicans uicit, in quo bello paene numquam amplius Romanae consumptae sunt uires totiusque imperii fortuna pessum data. dehinc cum se Magnentius in Italiam recepisset, apud Ticinum plures fudit incautius et ut uictoria solet audacius persequentes ueniensque Romam, multos peremit senatores et populos. ibique agnoscens uicinos esse contra se Constantii milites, accessit ad Gallias partis occidentalis. cumque bellum illic saepius inter alterutros exercerent, modo isti modo illi uictores esse uidebantur. nouissime autem deuictus Magnentius fugit uidensque milites quasi de perditione tristes, stans celsiore loco eos nitebatur allocutionis consuetudine confortare. tunc illi fauorem solitum Magnentio exhibere praeparati e diuerso nolentes clamauerunt omnes una uoce 'Constanti Auguste tu uincas'. hoc augurium Magnentius traxit ad semet ipsum tamquam non ei diuinitus concederetur imperium et propterea ad ulteriora tendebat. sequentibus autem Constantii militibus circa montem Seleucum facta congressione solus fugiens uenit in Lugdunensem urbem comperiens suam matrem et fratrem

1 ſcemate *D'* conueniret *D* 5 pſa bithinię betranio (e *corr. ex* a) *D* 7 ſiui *D* 8 impediſſet *D* 9 eotropię *D* 11 capud *D* 14 myrſã *D* 20 ibique] cumque *D* 21 cũq. illic bellũ ſepiuſ inter alterutroſ *DP* 23 diuituſ *D'* 32 cõperienſ *DP*: comprehendenſque *Pithoeus*

Senonem, quem ad tuendas Gallias Caesarem constituerat, occidisse. nec multo post a Constantii militibus ibidem coangustatus gladio occulte prouiso ictum pulsu parietis iuuans, transfosso latere ut erat uasti corporis naribusque et ore cruorem effundens mense imperii quadragesimo secundo, aetatis prope quinquagesimo expirauit anno imperii Constantii sexto et Constantii Galli consulatus anno secundo, decimo octauo kalendas Septembris. fuit enim ortus parentibus barbaris, qui Galliam inhabitant. legendi studio promptus, sermonis acer, animi timidi et inmodici, timidus, artifex tamen ad occultandam audaciae specie formidinem. eius morte audita Decentius frater eius laqueo fascia composito uitam finiuit. in his dimicationibus ingentes Romani imperii uires consumptae sunt ad quaelibet bella externa idoneae quae multum triumphorum possent securitatisque conferre.

Sed neque sic circa rem publicam quies euenit. nam post XXIII
paullulum apud Gallias occidentales Siluanus quidam⟩ res nouas molitus ⟨ tyrannus est exortus, quem duces Constantii uicesimo octauo die imperii perimunt. fuit ingenio blandissimus: quamquam barbaro patre genitus, tamen institutione Romana satis cultus et patiens. porro Iudaei in Diocaesaria Palaestinae residentes uicina loca turbabant et sumentes arma temptabant resultare Romanis. post haec itaque Gallus Caesar cum Antiochiae degeret, exercitu destinato eos apprehendit ciuitatemque uastauit. cumque uideretur sibi prospere gessisse, felicitatem non ferens accessit ad tyrannidem et non insinuans imperatori suam intentionem, quaestorem uocabulo Magnum et

---

1 ſenonē *DP*, seniorem *Pithoeus* (apud senonas laqueo uitam finiuit *Orosius VII* 29, Senonis *Eutropius XII* 12 *quod Cellarius recte* in Senonibus *emendauit: noster opinor Senonem Dezentii nomen putauit eorum quae secuntur immemor* occidisse *scripsi* (*cf. paulo post u.* 12): occidit *DP* (*'Lectio insana. quis enim praeterea hoc scripsit? deinde cur, obsecro, tali in calamitate parricidium geminaret' Gruterus*) 6 quinquaginta annoſ expirauit *D* 7 XVIII · KĹ SĔP; *D* 17 paululū *D* occidentaliſ *D* 18–268, 7 ⟨⟩ *D:* ante diem triceſimum | extinctuſ eſt · *B* 19 phimunt *d* 21 dioceſaria phaleſtine *D* 24 exercituſ *D* 25 ꝓſpere regreſ|ſiſſe *D*

Domitianum praefectum orientis occidit. ob quam rem Constantius indignatus euocauit eum. qui cum contemnere non ualeret, pergebat ad principem. cumque contra insulam Falconensem uenisset, eum illic Constantius praecepit interimi anno imperii sui septimo et consulatus ipsius Galli anno tertio. uir natura ferus et ad tyrannidem pronior si suo iure imperare licuisset.⟩ solusque imperio Romano eo tempore Constantius princeps et Augustus fuit.

XXIIII ⟨Nunc igitur de Claudio Iuliano pauca dicenda sunt eiusque genere ac disciplina et quo modo uenerit ad imperium. Constantinus qui Byzantium suo nomine Constantinopolim appellauit, duos habuit ex eodem patre, non ex eadem matre germanos quorum unus Dalmatius alter Constantius uocabatur. Constantius autem duos habuit natos Gallum et Iulianum. post mortem Constantini conditoris Constantinopolitanae ciuitatis dum milites iuniorem Dalmatium peremissent, tunc et isti defuncto iam patre paene mortis periculum cum Dalmatio sustinuerant; nisi Gallum quidem aegritudo, quae putabatur ineuitabilis, liberasset, Iulianum uero aetas infantilis: erat enim annorum octo. cumque ab eis feruor imperatorum quieuisset, Gallus circa Ephesum apud doctores erat, ubi etiam a progenitoribus possessiones habebat. porro Iulianus crescens in auditoriis Constantinopolitanae urbis, exercebatur in basilica ubi doctores erant, habitu priuato procedens habebatque paedagogum eunuchum nomine Mardonium, grammaticum Nicoclem Laconensem, rhetorica uero legebat apud Ecibolum sophistam. erat enim Iulianus ab initio Christianus. cumque lectione proficeret, et fama per populum uolitabat quia posset etiam rem publicam gubernare. quod dum latius panderetur, aestuationes induxit imperatori Constantio. quam ob rem ab-

---

2 contem non ualeret *D* 4 interhimi *D* 9—261, 3 ⟨⟩ *D*: *m*ox iulium cęſarem | ad galliaſ miſit patruelem ſuum galli | frm̄ tradite in matrimonium ſorore cum | multa oppida barbari expugnaſſent | alia obſiderent · ubique feda uaſtitaſ | eſſet · romanumque imperium non dubia iam calamitate nutaret · a quo *B* 11 bizantiū *D* 16 phemiſſent *D* 18 inabitabiliſ *D* 22 poſſeſſionim *ni fallor D'* 23 audi|riſ *D* 26 legabat *D* 28 uolitaret *D* 30 obſtinuit *D*

stinuit eum urbe regia et misit Nicomediam praecipiens ne conueniret apud Libanium sophistam Syrum. tunc enim Libanius a paedagogis Constantinopoli expulsus Nicomediae morabatur. prohibebatur ergo Iulianus apud Libanium legere eo quod paganus esset, uerum tamen librorum eius lectionibus utebatur.

XXV Cumque proficeret rhetorica, superuenit Nicomedia Maximus philosophus non ille Byzantius pater Euclidis sed Ephesius, quem postea quasi artes magicas exercentem Valentinianus imperator praecepit occidi. tunc igitur non ob aliam causam Nicomediam uenerat nisi Iuliani fama protractus. apud quem Iulianus cum uerba philosophica praegustasset, coepit etiam doctoris imitari religionem. is enim etiam imperii cupidinem animum eius immiserat. cum haec non laterent aures imperatoris, inter spem metumque constitutus, suspicionem celare uolens, quia qui dudum integer fuerat Christianus, postea proditor est effectus, tonsus monachicam simulabat uitam et latenter quidem exercebatur in philosophica, in manifesto autem sacros Christianorum legebat libros. denique in ecclesia Nicomediae lector est constitutus et diuinos codices in ecclesia populo audiente legebat. porro sub hoc habitu furorem declinauit imperatoris. haec equidem per timorem faciebat nequaquam a spe recedens quam mente conceperat dicebatque plurimis amicorum suorum felicia fore tempora quibus ipse rerum potiretur.

XXVI Post paululum uero perempto Gallo repente Iulianus fit suspectus imperatori qui etiam eum custodiri praecepit et dum fuga lapsus fuisset, diuersa loca circumeundo saluatus est. uixque sero uxor imperatoris Eusebia celatum inueniens supplicauit imperatori quatenus nihil mali pateretur sed ut potius ad philosophandum mitteretur Athenas. coepit igitur Iulianus imperialia sceptra desiderare. quam ob rem discurrens uniuersam Helladam uates quaerebat responsa reddentes consulens si ad suum imperium perueniret inuenitque uirum qui ei

3 conſtantinopolim *D*   nicomedia *D*   8 bizantiuſ *D*   12 cepit *D*
13 doctoriſ — enim *om.* *D*   27 circumeunda *D'*   30 cępit *D*

desiderata se dicere fateretur. is eum perducens ad quendam idolorum locum et intromittens in adytum seductores daemones euocauit quibus sollemniter apparentibus terrore compellitur Iulianus in fronte sua crucis signaculum formare. tunc daemones tropaei dominici figuram respicientes repente disparuerunt. quod agnoscens magus coepit culpare Iulianum. ad ille terrorem significauit et crucis se dixit obstupuisse uirtutem eo quod uidentes hoc signum daemones euanuerunt. porro magus 'non hoc suspiceris inquit o bone uir quia timuerunt sicut ais sed abominati hoc signum potius abscesserunt'. et ita capiens miserum odio repleuit Christiani signaculi Iulianum. post haec igitur Constantius euocauit Iulianum et constituit Caesarem septimo idus Nouembris dansque ei coniugem Helenam sororem suam, quae Constantia dicta est, contra barbaros eum destinauit ad Gallias. hi namque barbari, quorum imperator Constantius contra Magnentium solacia petierat cum nihil profuissent contra tyrannum, Romanorum uastabant urbes, alias expugnabant ut ubique foeda uastitas esset Romanumque imperium non dubia iam calamitate nutaret.

XXVII Cum esset ergo iuuenculus Iulianus, iussit ei imperator praeter consilium ducum nihil moliri praesumeret. cumque duces accepta potestate neglegerent et propterea barbari superarent, tunc Iulianus duces quidem deliciis uacare permisit, sumens autem milites eisque spolia peremptorum hostium conpromittens, initium uincendi barbaros fecit et amorem suum apud milites collocauit. fertur itaque quod dum in quandam ciuitatem fuisset ingressus corona laurea quibus solent ciuitates ornari inter columnas pendens rupto fune super eius caput decidit eumque aptissime coronauit. quo facto cuncti clamauerunt quia ei signum foret imperii. interea cum Iulianus apud imperatorem de ducum neglegentia quereretur, alter mittitur magister armorum eius alacritati conueniens, cuius ministerio cum barbaris fiducialiter est congressus. et dum illi

2 adıtū *D* 3 follēpmt̃ *D* 4 formaut fignaculū *D* 5 tropeı *D* 6 cępıt *D* 7 obftıpuiffe *D* 9 ınquıd *D* 10 abcefferunt *D* 11 fignaculıf *D* 12 & *om.* *D* 13 vıȷ · ıđ nov̇ *D* 26 quod*om.* *D* quadā *D* 28 rupta *D* capud *D*

per legatos litteras imperatoris eos ad prouincias inuitantis ostenderent, tunc ille legatos eorum misit in uinculis factaque congressione cum⟩ modicis copiis ⟨Romanorum⟩ apud Argentoratum Galliae urbem ingentes ⟨hostium copias extinxit. stabant acerui montium similes, fluebat cruor fluminum modo, captus rex nobilis Nodomarius et Constantio missus, fusi omnes optimates, redditus limes Romanae possessionis. ac postmodum cum Alamannis apud Rhenum fluuium residentibus dimicans, potentissimum eorum regem Badomarium cepit claraque uictoria decoratus dum mediocritate uitae atque mansuetudine militibus gratus esset, ab eis appellatur Augustus. cumque corona deesset imperialis, unus signa portantium torquem quam habebat in collo sumens Iuliani capiti circumposuit. hoc ergo modo Iulianus imperator est factus.

Hoc facto nihil de Constantio cogitans iudices ab illo fa- XXVIII ctos honoribus mulcebat et ad illius inuidiam litteras proferebat quibus ostenderet eum propter bellum contra Magnentium gestum in Romanorum terras barbaros induxisse. hunc Constantius urgere legationibus ut in statum nomenque pristinum reuertatur. Iulianus mandatis mollioribus refert se sub nomine celsi imperii multo officiosius pariturum. igitur Iulianus repente religione mutata cum prius Christianus esse putaretur, semet ipsum pontificem nominabat et ueniens ad templa Paganorum sacrificabat subiectisque talia colere suadebat et Christianum baptisma sacrificiis et inuocationibus, quas expiationes Pagani uocant, et sanguine immolationum studebat abluere et

---

4—262, 25 ⟨⟩ *D:* alamannorum | copię extincte fuut · Rex nobilıſ| ſimuſ captuſ · gallię reſtıtute | multa poſtea per eundem ıulıanum | egregıa aduerſuſ barbaroſ geſta ſunt ‖ ſummotıque nltra renum barbarı & fınıbuſ | ſuıſ romanum ımperıum reſtıtutum · | Neque multo poſt cum germanıcıanı | exercıtuſ a gallıarum prę̨ſıdıo tolle|reutur · conſeuſu mılıtum ıulıanuſ | factuſ eſt auguſtuſ Interıectoque | auno ad hyllırıcum optınendum pro|fectuſ conſtantıo perſıcıſ proelııſ occu|pato quı rebuſ cognıtıſ ad bellum cıuı|le conuerſuſ ıu ıtınere obııt · ınter cılıcıam | cappadocıamque *B* 4 copıe extıncxıt *D* 6 nodomarıuſ *DP:* Nodomarus *cod. Pithoei* 7 poſſeſſıoneſ *D'* 8 reſıdenteſ *D* 9 badomarıū *sic DP* 12 quā *sic D* 16 mnlcıebat *D* 18 ınduxıſſet *D* 25 expiationes *Pithoeus:* expedıtıoneſ *DP* 26 ımmolatıonē *D* ablııı abreuuntıarı *D*

abrenuntiare ecclesiasticae confessioni. cumque Constantius propter bellum Persicum Antiochiam moraretur, sperans ille quia sine bello posset Illyricum detinere, ad eos agebat iter dicens se uelle Constantio satisfacere tamquam non sponte sed uoluntate militum infulas imperii suscepisset. dicitur itaque qui dum ad hos terminos accessisset, uindemia iam collecta circa occasum Pliadum, uuas denuo fuisse prolatas, iusuper etiam imbrem ex aere descendentem in eius uestem simul et ceterorum guttas singulas crucis formasse signacula. hoc facto uidebatur et ipsi et aliis quia botruis extra tempus inlatis bonum rei panderetur indicium, imber autem cadens uestem super quam ceciderat roboraret. alii uero dicebant uuarum signum praeter tempus significare perditionem imperatoris ad instar huius modi botruorum et parui temporis fore eius imperium. porro de cruce dicebant praenuntiare hoc signum quia sit caeleste dogma Christianorum et oporteat signari cunctos crucis signaculo.

XXVIIII Cum audisset itaque Constantius contra se uenire Iulianum instructione belli Parthici derelicta Constantinopolim ueniebat. cumque iter faciens et magis magisque ardens dolore atque ut erat talium inpatiens acriter festinaret in radicibus Tauri montis apud oppidum Mopsocrenen inter Ciliciam et Cappadociam febri acerrima, quam indignatio nimia uigiliis augebat, interiit tertio nonas Nouembris, consulatu Tauri et Florenti⟩ anno imperii tricesimo octauo, aetatis quinto et sexagesimo ⟨ex quibus tredecim cum patre regnauit, uiginti et quattuor post illum id est septem solus, cum fratribus atque Magnentio sedecim⟩ meruitque inter diuos referri. ⟨eodem tempore facto magno terrae motu Constantinopolis pars diruta est. iste fuit⟩ uir egregiae tranquillitatis, placidus, nimium amicis et familiaribus credens, mox etiam uxoribus deditior, qui tamen primis
XXX imperii annis ingenti se modestia egerit. familiarium etiam locupletator neque inhonoros sinens quorum laboriosa exper-

3 yllirică *D* 12 roborare *D* 21 acriter festinaret *om. D* radictib; *D* 24 iij · noñ noũ · *D* 25 octauo | & xxx *B* sexagesimo *Pithoeus* · quadragesimo *D* 27 septem] octo *D* 32 familiarum *D* 33 locupletato *D* in honores *D*

tus fuisset officia. ad seueritatem tum propensior si suspicio imperii moueretur, mitis alias ⟨felix bellis ciuilibus, externis lacrimabilis, mirus artifex in sagittis, a cibo uinoque et somno multum temperans, patiens laboris, facundiae cupidus, quam cum assequi tarditate ingenii non posset, aliis innidebat, spadonum aulicorumque amori deditus et uxorum quibus contentus nulla libidine transuersa aut iniusta polluebatur. sed ex coniugibus quas plurimas sortitus est, praecipue Eusebiam dilexit, decoram quidem uerum per Adamantias et Gorgonias et alia importuna ministeria uexantem famam uiri contra quam feminis modestioribus mos est, quarum saepe praecepta maritos iuuant. namque ut ceteras omittam, Pompeia Plotina incredibile dictu est quantum auxerit gloriam Traiani, cuius procuratores cum prouincias calumniis agitarent adeo ut nnus ex his diceretur locupletium quemque ita conuenire 'quare habes?' alter 'unde habes?' tertius 'pone quod habes' illa coniugem corripuit atque increpans quod laudis suae esset incuriosus, talem reddidit postea ut exactiones improbas detestans fiscuui lienem uocaret quod eo crescente reliqui artus tabescunt.

Igitur defuncto Constantio Iulianus iam Thracas optinebat XXXI
et non multo post Constantinopolim ueniens appellatus est Augustus. interea cum Constantinopolim fuisset ingressus, coepit cogitare quem ad modum sibi populum conplacaret et eorum fauorem decenter adquireret. quod hac arte fecit. bene namque sciebat Constantium ab omnibus populis nomen consubstantialitatis amplectentibus odiri, ob quam rem ab ecclesiis uidebantur exclusi et episcopi confiscati exilioque directi. si-

2—272, 19 ⟨⟩ *D:* & cuıuſ ın cıuılıbuſ ma|gıſ quam ın externıſ bellıſ ſıt laudan|da fortuna · Hınc ıulıanuſ rerum | potıtuſ eſt ıngentıque apparatu* *(fuit* m) | parthıſ ıntulıt bellum · cuı expedıtıouı | ego quoque ınterfuı · alıquot oppıda | & caſtella perſarum ın dedıtıonem acce|pıt · uel · uı · oppugnauıt · aſſyrıamque | populatuſ caſtra apud teſıfontem ſtatı|na alıquandıu habuıt · remeanſque uıc|tor dum ſe ınconſultuſ proelıſ ınferıt · | hoſtılı manu ınterfectuſ eſt ** *(fuit* ad) ſexto | kalendaſ ıulıaſ · ımperıı anno ſeptımo | ętatıſ altero & trıceſımo · atque ınter | dıuoſ relatuſ eſt · *B* 12 ıubant *D* ceteroſ *D'* 18 ut *in fine lin. om. D* 24 cępıt *D* quẽãmodũ *D*

mul etiam nouerat et Paganos fuisse contristatos prohibitione sacrificiorum et desiderare adipisci tempus quo eorum aperirentur templa ut haberent idolis immolandi licentiam. sic igitur utrumque populum maeroribus uulneratum a defuncto cognoscens et communiter omnes eunuchorum uiolentia et praecipue Eusebii Nicomediensis episcopi rapinis ingemiscentes, qui suam sedem reliquerat et inuaserat Constantinopolitanam, Iulianus ita apud omnes semet ipsum artificioso uelamine commendabat. et aliis quidem amare se fingebat, aliis autem per uanam gloriam largus erat, omnibus tamen in commune qualis esset religione monstrabat. et primum quidem crudelitati Constantii circa subiectos derogans et eam coram populo uniuerso redarguens, iubet episcopos exilio deportatos euocari et confiscatas eorum reddi substantias. templa quoque Paganorum uelociter suos necessarios praecepit aperire, eos autem qui fuerant ab eunuchis oppressi, recipere quae male ab eis fuerant abrepta, sanciuit. Eusebium uero praesidentem imperiali cubiculo morte damnauit non solum quia multos oppresserat sed quia Gallum quoque fratrem eius consilio audierat interemptum. et corpus quidem Constantii regio honore sepe-
XXXII liuit. eiecit expulitque e palatio eunuchos tonsores et coquos. eunuchos quidem quia eius uxor obierat post quam non duxit aliam, coquos autem quia cibis simplicibus uteretur, tonsores uero: ‘unus’ inquit ‘sufficit multis’. scriptorum autem plurimos fortunae antiquae restituens reliquis eorum mercedem scripturae dari praecepit. abscidit quoque etiam publicum cursum mularum et caballorum. haec eius opera laudant pauci plurimique uituperant. is enim etiam noctibus uigilans conscribebat libros et descendens in senatu publice recitabat. solus enim imperatorum a Iulio Caesare in curia senatus recitauit orationes. honorabat disciplinarum cultores maxime philosophantes. habebat autem plurimum uanae gloriae uitium et in oratione quam de Caesaribus scripsit cunctos

1 contrıſtatuſ *D* 6 ıngemeſcenteſ *D* 8 ıtaq. *D* 9 armare *D* 17 abrepta *Gruterus:* abrecta *DP* 19 gallū quoq. *in ras. in D* 21 *et* 23 cocoſ *D* 24 ınquıd *D* 30 curıā *D*

ante se principes lacerauit. hac ergo arrogantia motus etiam contra Christianos conscripsit libros. ut ergo coquos atque tonsores expelleret, opus philosophi non tamen imperatoris egit, ut detraheret atque laceraret neque philosophi neque principis fuit.

Igitur Iulianus dudum studens Paganitatem in omni sua XXXIII ditione dilatari et Christianitatem exterminari, primum quidem Galilaeorum filiis — sic enim saluatoris nostri cultores denominabat — praecepit haud poetarum et rhetorum atque philosophorum legere disciplinas. 'propriis' inquit 'pennis secundum prouerbium uulneramur: ex nostris enim armati conscriptionibus contra nos bella suscipiunt'. et templa quidem erant aperta sacrificiaque Paganorum per ciuitates secundum uoluntatem illius procedebant, ipse autem aestuabat ne feruor eius Christianorum abundantia frustraretur. et maxime pulsabatur quia multum sacerdotum suorum Christianas habebat uxores et filios atque seruos. arbitratus autem Christianitatis statum ex uita bona et conuersatione consistere, studuit ubique templa Paganorum constructione et ordine Christianae religionis ornare sedibus atque processionibus. Paganorum dogmatibus atque monitionibus lectores suae superstitionis instituit ad instar clericorum ut horas certas et dies et orationes sollemniter obseruarent, praecipiens pariter habere curas uirorum atque mulierum philosophare scientes, habitaculis peregrinorum et pauperum aliaque prouidentia circa egenos exhibita Paganorum religionem componere et pietatis habere nomen. siquis autem sponte uel inuito peccaret, secundum traditionem Christianorum instituit ut post paenitentiam mediocrem constitutam sustineret correctionem. praecipue uero zelatus dicitur notas litterarum episcopalium, quibus solent alterutris scribentes commendare peregrinos et ubi proficiscuntur et a quibus ueniunt modis omnibus indicare et solacia promereri tamquam noti et amici sint testimonio directi signaculi.

---

2 cocoſ *D* 5 prıntıpıſ *D* 7 dıtıone *in ras.* *D* 10 ınquıd *D* 14 eſtuebat *D* 18 conſıſteret D^1 22 et *ante* oratıoneſ *om.* D^1 ſollēpnıter *D* 25 exıbıta *D* 26 relıgıone *D* 28 conſtıtuıt ſuſtınere 32 ſolatıa *D*

XXXIIII Haec considerans festinabat ut Pagani Christianorum assuescerentur officiis. scribens enim Arsauo pontifici Galatiae tali modo epistulam 'Paganorum ritus nondum agitur secundum intentionem nostram propter cultores eius in neglegentia positos. nam deorum claritas magnitudo atque sublimitas omni oratione omnique spe maior est. sed propitii sint nostris mentibus dii propter neglegentiam quam habemus cum illorum prouidentia in paruo tempore tanta mutatio facta sit quantam neque orare primitus quicumque praesumpserat. cur ergo credimus hoc posse sufficere neque respicimus quem ad modum superstitionem Christianorum auxit cura peregrinorum et circa sepulturas et mortuos multa solacia honestaque conuersationis studia non uera sed ficta. quas res arbitror apud nos debere sub ueritate geri. non itaque fas est te solum talem esse sed omnes absolute circa Galatiam sacerdotes, quos aut deprecare aut oratione flecte aut certe festinanter a sacerdotali ministerio remoue nisi diis cum coniugibus et filiis atque seruis colla submiserint non ferentes ulterius eorum seruos atque filios hoc facere, contemnentes autem Galilaeos impie contra deos agentes et impietates pietatibus praeponentes. deinde cunctos admone ut sacerdos neque ad spectacula procedat neque in tabernis bibat aut cuilibet arti operibusue turpibus aut inpudentibus praesit. qui oboediunt honorentur, inoboedientes expelle.

XXXV xenodochia constitue per singulas ciuitates ut nostra peregrini clementia perfruantur non tantum nostri sed etiam extranei pecuniis indigentes. ut autem habeas unde fiat, interim decreui singulis annis triginta milia modios tritici per uniuersam dari Galatiam et sexaginta milia uini sextarios. horum quinta pars pauperibus templa obseruantibus debet expendi, reliqua

2 arſauo *DP*, *'Αρσακίῳ Sozomenus V* 16, 5 (*p.* 490 *Hussey*), *quam nominis formam nostra ueri similiorem iudicat Lagardius* 4 *hinc consequitur nostrum apud Sozomenum legisse* 'Ἑλληνισμὸς οὔπω πράττει κατὰ λόγον ἡμῶν ἕνεκα τῶν μεθιέντων αὐτόν (λόγον, ἡμῶν ἕνεκα τῶν μετιόντων αὐτόν *Husseius*) 9 quiſcũq. *D* 10 quēãmodũ *D* 12 ſolatia *D* 14 ſolum *om. D* 18 ſũmiſerint *D* 19 aut *D* 20 ãmone *D* 22 operibusue *scripsi:* operibuſq. *D* inprudentib; *D'* 23 obediunt *D* inobedientes *D* 24 xenodochio *D'* 26 autem *om. D* 29 templiſ *D*

peregrinis indigentibusque distribui. turpe namque est ut Iudaeos quidem non abiciant sed potius nutriant impii Galilaei et suos pariter nec non etiam nostros, nostri uero nostrorum solacio deserantur. quapropter doce etiam collationes facere Paganos ad talia ministeria Paganorumque uicos offerre diis primitias frugum eosque huius modi benefactis institue docens eos hoc opus olim fuisse nostrorum. Homerus enim hoc probat introducens Eumaeum talia facientem. nos ergo neque bona nostrorum imitamur sed aliis remittimus neglegentia non confusi, magis autem deorum reuerentiam respuentes. si igitur haec te facientem ego cognouero, laetitia plenus ero. praesides prouinciarum rarius domi suscipe, frequenter eis scripta transmitte. ingredientibus eis ciuitatem sacerdotum nullus occurrat. cumque ad templa uenerint deorum, intra ianuas eis nemo praecedat militum aut forte praecedentium officiorum sed qui uoluerit subsequatur. cum ad ipsum limen templi peruenerit, priuatus existat. tu enim sicut nosti intus es iudex. hoc enim etiam sacra sanctio uidetur exigere. oboedientes igitur pro ueritate pii sunt, reluctantes uanae gloriae comprimantur. quid enim patiatur aut quod mereatur auxilium qui matrem deorum propitiam habere noluerit? qui ergo eam neglexerint, non solum sine querela non erunt sed etiam nostrae indignationis impetum sustinebunt. neque enim fas est ut illi parcatur qui deos habuerit inimicos. suade si quidem eis ut si mea uoluerint frui tuitione, omnes matri deorum studeant offerre culturam'.

Haec itaque faciens imperator ad destructionem Christia- XXXVI
norum neque subiectis praeualuit et aperte uim inferre Christianis palam erubuit. inter haec ut ad Paganitatem milites insuescerent, studuit ad priscum schema reformare signum illud labarum sublimius Romanorum, quod Constantinus sicut praedictum est in crucis formam mutauerat. uerum in publicis imaginibus depingebat Iouem quasi de caelo sibi coronam

1 peregrını *D* 4 ſolatıo *D* collocatıoneſ *D* 5 ıtalıa *D* 8 eumenum *D* 10 reuerentıa *D* 12 ſuſcıpere *D* 14 occurrıt *D* 15 forte · aut *D* 18 exıre obedıenteſ *D* 24 parcaretur *D* 28 ſubdere ſubıectıſ *D* 30 ınſueſceret *D*

et purpuram deferentem, Mercurium et Martem in se respicientes uelut pro testimonio sapientis et fortis. et hoc agebat in imaginibus ut sub occasione imperii latenter adorarentur dii et hoc modo subiecti clanculo fallerentur. arbitrabatur enim quia si hoc sponte eis imponeret, postea quae uellet impleret: si uero respuentes agnosceret, uenia sublata torqueret tamquam circa Romana sollemnia reluctantes et in re publica atque in ipso imperio delinquentes. pauci si quidem etiam poenis subditi cognouerunt dolum, quia sicut moris erat, adorare noluerunt. turba uero ut assolet per ignorantiam simpliciter imagines adorabant quod tamen imperatori nil profuit.

XXXVII Cumque multa excogitaret quibus Paganorum ritus extolleret, inuenit modum qui pluribus militibus Christianis clarae uirtutis coronam dedit. cum uenisset itaque tempus quo imperialia milites solent dona percipere — hoc enim agitur plerumque die kalendarum Ianuariarum et natali principum et urbium regiarum — exquisiuit quatenus eos simpliciter et ex prisca consuetudine fallere potuisset iussitque ut unus quisque ad manum imperatoris accedentium admonitus ab officiis primo incensum offeret — erat enim ante eum positum tus et ara — secundum antiquam Romanam sollemnitatem. tunc alii quidem licenter suam fortitudinem ostenderunt et neque incensum offerre neque donum accipere ab imperatore sunt passi. alii uero occasione legis et antiquitatis neque mente perceperunt quod commisere peccatum. uerum alii propter lucrum capti aut timore perturbati seu iussione repentina confusi, licet intellexerint, tamen Paganitatem declinare nequiuerunt. plurimi si quidem per ignorantiam decepti dum inter cibos ut assolet et pocula inuocarent inter alterutros Christum, respondens quidam dixit 'quid patimini inuocantes Christum quem ante paullulum denegastis dum donum ab imperante percipientes tus in ignem mitteretis?' cumque hoc milites audissent et

5 quaſı hoc *D* 7 follēpnıa reluctateſ *D* 8 pęnıſ *D* 10 per *om.* *D* 16 natale prıntıpū *D* 19 āmonıtuſ *D* 20 thuſ *D* 26 confusi *scripsi:* concluſı *D* 27 paganıtate *D* 31 paululū *D* 32 thuſ ın ıgne *D*

quod gesserant agnouissent, statim exilientes publice currebant atque impetu facto clamabant deumque suum et cunctos homines testabantur se Christianos esse et in eo nomine permanere atque per ignorantiam se fecisse et si dici posset solam manum Paganam esse, conscientiam uero nihil simul egisse.

Cumque uenissent ad principem, proiecerunt aurum quod XXXVIII
acceperant et forti uoce poscebant ut reciperet quod dedisset et illos occideret. sic enim paenitentiam agere fatebantur eo quod inprouide eorum dextera peccasset et studere propter Christum totum corpus poenae contradere. cumque Iulianus talia audisset, furore commotus praecepit capita eorum incidere et cum ducerentur ad mortem sequente populo et mirante uirtutem eorum pro pietate susceptam uenerunt ad locum quo rei puniri solent. tunc spiculatorem rogauit senior omnium ut ante omnes caput cuiusdam nomine Romani adhuc adulescentis absinderet, ne dum aliorum respiceret mortem frangeretur. cumque ille genua fixisset in terra et gladium spiculator euaginasset, uenit repente nuntius clamore prohibens necem. porro iuuenculus ille occisione priuatus ait 'non fuit Romanus dignus ut Christi martyr appellaretur'. et licet sanguinem malignus imperator fundi prohibuisset ductus inuidia, uerum tamen non eos in ciuitatibus habitare permisit sed ad ultima Romanorum loca exilio destinauit. postea uero praecepit ut qui sacrificare noluerint, in palatio non intrarent et neque collegio neque foro eos neque arbitrio neque ulla dignitate nec qualibet administratione participare iussit.

Interea Iulianus dum Constantinopoli apud Fortunam sa- XXXVIIII
crificaret, accessit ad eum Mares episcopus Chalcedone et publice impium et sine deo apostatamque uocauit. ille uero solam ei improperasse fertur caecitatem, erat enim senex et pro inbecillitate oculorum manu alterius agebatur. super haec etiam uolens lacerare deum consuete dixit 'neque Galilaeus

1 gefferat *D'* 5 confcientia *D* 8 fatebant *D* 9 inpbide *D* 10 pęne *D* 12 et mirante] miratiq. *D* 13 fufceptū *D* 15 adolefcentif *D* 25 phoro *D* a *in* ulla *in ras. D* ne qualibet amministratione *DP* 27 conftantinopoli *D* 28 marif *D* 29 uocitaffet *D* 30 eū|pperaffe *D* fertur *om. D*

deus tuus curare te potest.' respondens uero Mares 'ego quidem deo meo pro caecitate gratias ago, quia hoc ideo est gestum in me ne te uideam pietate nudatum. imperator autem nihil respondens abscessit. sic enim putabat potius roborari Paganitatem si se patientem ac mitem erga Christianos demonstrasset.

XXXX Igitur dum Persae mortuum cognouissent fuisse Constantium, capta fiducia uenerunt ad terminos Romanorum denuntiantes bellum. ob quam rem Romanas uires contractas undique Iulianus aduexit ut ad destinatam secum traheret perditionem misitque in Delphos et Delum atque Dodonem ad percipienda responsa si expediret ei bella suscipere. tunc uniuersi uates et pugnandi fiduciam dabant et uictoriam promittebant. unum uero responsum pro exemplo mendacii ac seductionis inserere non pigebit. est enim huius modi 'nunc omnes aggredimur dei uictoriae tropaea referentes circa fluuium Tigrem. horum ego dux ero belligerator Mars.' horum itaque carminum ridiculum eos conuenit diuulgare qui rationalem dominum Musarumque principem Pythium eum uocant. ego autem mendacium seductionibus eius inueniens inditum ingemisco. Tigrem namque fluuium Tigrim uoluit appellare, quoniam Tigris eius est nominatiuus et per Assyriorum arua discurrens sinum descendit in Persicum. per haec ergo responsa deceptus infelix et uictoriam mente somniabatur et post Parthicum triumphum pugnam Galilaeis inferre praeparabat.

XXXXI Multos itaque uicos castraque detinens iam etiam ciuitates capiebat Assyriamque depopulatus castra apud Ctesiphontam ciuitatem habuit. in qua tantum obsedit regem ut crebris legationibus uteretur offerens dare suae patriae partem si soluto bello discederet. quod ille noluit neque supplicantibus est misertus neque mente percepit quia uincere quidem bonum

---

1 marıſ *D* 10 aduexıt ut *om. DP* 11 delphuſ *D* 13 unıuerſa *D* 14 pro *om. D* mendatıı *D* 16 tropea *D* 17 tırē *DP* 18 deuulgare *D* 19 pytheū *D* eum] ~e *D* 20 mendatıū *D* ındıtum *om. D* 21 Tırē *DP* tıgrē *DP* 22 eſt *om. D* 24 uıctorıa *D* 27 cteſıphontam *P*, cteſıfontā *D* 29 ſolutuſ *DP* 30 deſcenderet *DP*

est, superuincere nimis inuidiosum, credens praecipue magicis artibus quas ei Maximus philosophus exhibebat et arbitratus Alexandri Macedonis se gloriam percepturum aut certe potiorem. putabat enim secundum Pythagoream Platonisque sententiam ex mutatione corporum Alexandri animam possidere aut esse potius in altero corpore alium Alexandrum. ob hanc itaque causam Persarum regis noluit preces admittere.

XXXXII Interea cum in deserto loco primo captiuorum habuisset ducatum, postea quidam senior transfuga sub schemate proditoris se ei compendiosum iter ostendere compromisit. cumque tribus diebus ambulantes ad maiorem solitudinem uenissent, in insidias inciderunt. statim illum quidem senem fustibus occiderunt confitentem hoc se fecisse pro patriae libertate et libenter tormenta omnia sustinere. cumque eum hinc inde Parthi urgerent, e castris iam positis arrepto tantum clipeo procurrit cumque inconsulto ardore nititur ordines ad proelium componere, ab uno ex hostibus et quidem fugiente conto percutitur, relatusque in tabernaculum rursus ad hortandos suos egressus paulatim sanguine uacuatus circa noctis fere medium defecit. quidam autem dicunt iaculum repente delatum discurrens per brachium in eius latus inmersum esse. qui uero iustissimum intulit uulnus, hactenus ignoratur. sed alii quendam inuisibilium hoc intulisse ferunt, alii uero unum pastorem Ismahelitarum, alii militem fame et itinere fatigatum. sed siue homo siue angelus fuerit palam est quia diuinis iussionibus ministrauit. Callistus autem qui inter familiares imperatoris tunc militabat et heroico uersu eius conscripsit historiam, ait eum a daemone fuisse uulneratum. Libanius uero sophista Syrus inter ceteras laudes, quas de eius uita scripsit, in fine libri sic ait 'o daemonum alumne daemonumque discipule et daemonum obseruator.'

XXXXIII Iulianus ergo quarto consulatu suo, quem ediderat cum

1 ındıuıdı|oſū *D* 4 pıthagoreā *D* 6 alıuſ alexander *DP* 7 cauſa *D* amıttere *D* 8 defertı loca *D* 9 ductū *D* 14 inde] de *D* 18 rurſuſq. *D* 19 medıā *D'* 21 esse] ē *D* 28 lıbıanuſ *D* 29 fınē *D* 30 ſıc enī aıt *D* aalūne *D*

Salustio, septimo kalendas Iulias interiit anno tertio imperii sui, septimo uero ex quo Caesar a Constantio fuerat ordinatus, uitae anno tricesimo primo. post cuius mortem eius magiae Carris compertae sunt. per hanc iter agens quoniam per Edessam pro piae religionis cultu transire noluerat, in templum quod a Paganis colitur, est ingressus. ubi dum quaedam cum suis consortibus sacrilega celebrasset, ianuas et claustra disposuit et quosdam ibi milites obseruare praecepit ut interius nullus accederet donec ipse remearet. cumque mortuus fuisset Iulianus et Iouianus pius successisset, ingredientes in templum inuenerunt mulierem a capillis appensam extensas habentem manus, cuius uterum aperuerat ut Persarum uictoriam in iecore eius inspiceret. in qua urbe dum eius nuntiatus fuisset interitus, publicam cuncti habuere festiuitatem et non solum in ecclesiis et sepulturis martyrum exultabant sed etiam in theatris uictoriam praedicabant cum sacerdotibus exultantes. communiter enim clamabant omnes 'maxime fatue ubi sunt uaticinia tua? uicit deus et Christus eius.'

XXXXIIII Hic fuit⟩ uir egregius et rem publicam insigniter moderaturus si per fata licuisset, liberalibus disciplinis adprime eruditus ⟨aequauerat enim philosophos et Graecorum sapientissimos⟩ facundia ingenti, usu promptior, memoriae tenacissimae atque amplissimae, in amicos liberalis sed minus diligens quam principem decuit ⟨corpore ualidus quidem sed breuis fuit, barba prolixa, oculi currentes huc illucque directi⟩ in prouinciales iustissimus et tributorum quatenus fieri posset repressor, ciuilis in cunctos, mediocrem habens aerarii curam, gloriae auidus ac per eam animi plerumque inmodici, nimius religionis Christianae insectator perinde tamen ut cruore abstineret. Marco Antonino non absimilis, quem etiam aemulari

1 vij · xl · ivŀ. *D* 4 karriſ˙*D* 5 cultū *D* 10 mortuū *D* iulianū *D* 19 moderatuſ *D* 20 per] p̃ *D* apprime *D* 21. 22 ⟨⟩ *D:* gręciſ doc|tior atque adeo ut latina eruditione ‖ quamquam cum gręca ſcientia conue|niret *B* 22 ingenti & prompta *B* promtior *D* 23 *post* amplifſimae *add.* in quibuſdam philoſopho proprior *B* 24 quantum *DBP* (quam tantum *Gruterus*) 24. 25 ⟨⟩ *D:* Fuerunt enim | nonnulli qui uulnera glorię eiuſ infer|rent *B* 27 oppreſſor *B* 29 ut *om.* *D* 30 m · *B*

studebat ⟨cultu numinum nimis superstitiosus. praefatus consilio sese de imperio nihil mandare, ne — uti solet in multitudine discrepantibus studiis amicorum — ex inuidia regni prae discordia exercitus periculum pararet. audax plus quam imperatorem decet, cui salus propria cum semper ad securitatem omnium tum in bello maxime conseruanda est. ita illum cupido gloriae flagrantior peruicerat ut neque terrae motu neque plerisque praesagiis quibus uetabatur petere Persidem, adductus sit finem ponere ardori ac ne noctu quidem uisus ingens globus caelo labi ante diem belli cautum praestiterit.

Igitur altera die absque omni dilatione Ioviano infulas XXXXV
imperatoris imponunt. erat enim uir fortis et nobilis et illo tempore Millenarius, quo Iulianus electionem militibus lege proposuit ut aut sacrificarent aut militia cederent. qui cingulum magis elegit amittere quam imperatoris praeceptionibus impiis oboedire. hunc ergo tunc Iulianus propter belli necessitatem inter uiros militares habebat. qui cum uiolenter a militibus ad imperium traheretur, clamabat dicens non se uelle Paganis hominibus imperare cum ipse Christianus existeret. cumque uox omnium communiter proclamasset dicentium se quoque esse Christianos, suscepit imperium. is exercitu in Persida inopia laborante pacem cum Sapore rege Persarum necessariam quidem sed ignobilem fecit multatis finibus ac non nulla imperii Romani parte tradita, quod ante eum ex quo Romanum imperium conditum erat numquam accidit. quin etiam legiones nostrae — ita ut apud Caudium per Pontium ducem Samnitum et in Hispania apud Numantiam et in Numidia — sub iugum missae sunt ut nihil tamen finium traderetur. ea pacis condicio non penitus reprehendenda foret

---

1—274, 22 ⟨⟩ *D*: Iuuianuſ *B* 1 cultuſ *D* 3 amicoſ *DP* (amico inuidiam, rei publicae diſcordiam, exercitui periculum crearet *coni. Gruterus*) rei *DP* 6 tum in *om. D* 10 ingens] igneus *ex Ammiano coni. Gruterus* 16 obedire *D* neceſſitate *D* 22 rege Perſarum *om. B* 23 quidem neceſſariam *B* multatiſ *D*: multatuſ *BP* 24 *post* eum *add.* anniſ · ccc · & duobuſ de uiginti fere *B* 26 ita apud *B* claudiū *D* pontum teleſinum *B* 27 ducem ſammitium *om. B* & hiſpania *B* 29 conditio *D*

si foederis necessitatem tum cum integrum fuit mutare uoluisset sicut a Romanis omnibus his bellis quaecumque memoraui factum est. nam et Samnitibus et Numantinis et Numidis confestim bella inlata sunt neque pax rata fuit. sed dum aemulum imperii ueretur, intra orientem residens gloriae parum consuluit. tunc imperator discessit ab Antiochia et uenit ad Tarsum Ciliciae ibique corpus Iuliani sepeliuit honorifice. et dum cuncta sollemnia funeri eius exhibuisset, consul est designatus una cum Varroniano filio.

XXXXVI Dumque Constantinopolim festinaret, uenit ad praedium nomine Dadastam inter Galatiam et Bithyniam, ubi Themistius philosophus cum aliis senatoribus occurrens consularem recitauit orationem. in praedicto namque praedio hiemis tempore languore constrictus repentina morte obiit. multi exanimatum opinantur nimia crapulitate, inter cenandum enim nimium epulis indulserat. alii odore cubiculi, quod ex recenti tectorio calcis graue quiescentibus erat. quidam nimietate prunarum, quas graui frigore adoleri multas iusserat. decessit imperii mense septimo decimo tertio kalendas Martii aetatis ut qui plurimum uel minimum tradunt tertio et tricesimo anno ac benignitate principum qui ei successerunt, inter diuos relatus est. hic fuit⟩ genitus patre Varroniano, incola agri Singidonensis, prouinciae Pannoniae. eius patri cum liberos crebro amitteret, praeceptum somnio est eum qui iam instante uxoris partu edendus foret, diceret Iouianum. fuit enim insignis corpore, laetus ingenio, litterarum studiosus ⟨nam et ciuilitati proprior et natura admodum liberalis⟩ uir alias neque

1 neceſſitate *DB* 2 ſic *D* 5 emolum *B* parumper *D* 9 barroniano *D* 11 bithiniā *D* 15 crapulitate *D:* crudelitate *B* 17 textorio *B* 19 XIII · KL̶S · m̄R *D,* quarto decimo kl martiaſ *B* 21 ac *B:* a *D* benignitate *B* 22 barroniano *D* ſindigonenſiſ *DP* 23 crebroſ *B* 25 fore *DB, deinde* diceret | iuuianum hic fuit inſigniſ *B* 26 *post* ſtudioſuſ *add. B* ad optinen|dum imperium conſenſu exercituſ lectuſ eſt · | commendatione patriſ militibuſ quam | ſua notior · qui iam turbatiſ exercitu quoque inopia laborante uno a pſiſ | atque altero proelio uictuſ, *deinde secuntur* 273, 22 pacem cum — 274, 6 conſuluit *in B; post* conſuluit *add.* | iſque intergreſſuſ atq; illiricum petenſ | in galatię finibuſ repentina morte obiit uir aliaſ (*uers.* 43) *cett. B* 27 ciuilitate *D* ãmodū *D*

iners neque inprudens. ⟨cumque in Nicaeam Bithyniae uenisset exercitus, Valentinianum ordinauit imperatorem quinto kalendas Martii uirum optimum et apice principali dignissimum.⟩

LIBER DVODECIMVS

Anno ab urbe condita millesimo centesimo octauo decimo I
VALENTINIANVS quadragesimus secundus ⟨ab Augusto imperator appellatus est. iste fuit Pannonius genere, de Cibala ciuitate.⟩ cum esset tribunus scutariorum ⟨tunc ei erat militum cura commissa eo quod probatissime militarem nouerat disciplinam. fuit etiam uir magnanimus et semper praesenti fortuna melior apparebat, non modo fortitudine tantum quantum prudentia temperantia atque iustitia et corporis magnitudine praefulgebat. sic enim fuit regalis pariter et urbanus ut dum exercitus temptasset alium sociare consortem, ille responderet quod cantatur ab omnibus 'uestrum' inquit 'fuit o milites imperatore non existente mihi dare regimen imperii. uerum ubi hoc ego suscepi, meum iam et non uestrum est de rebus cogitare communibus.' cuius uerba mirati milites, eius secuti sunt uoluntatem. cumque Constantinopolim deuenisset post triginta dies imperii sui⟩ fratrem Valentem in communionem regni adsumpsit largitus ei partes orientales, sibi retentis occidentalibus.

Huius pater Gratianus mediocri stirpe ortus apud Cibalas II

1 ınherſ *D* *post* ınprudenſ *secuntur* 274, 14 multı — 22 relatuſ eſt nā & cıuılı|tate proprıor & natura admodum lıbera|lıſ fuit · Iſ ſtatuſ romane reı ıouıano | eodem & uarronıano conſulıbuſ · anno | urbıſ condıte mılleſımo centeſımo oc|tauo decımo · quıa autem ad ınclytoſ prın|cıpeſ uenerandoſq; puentū eſt · ınterım | operı modū dabımuſ · Nā relıqua ſtılo | maıora dıcenda ſunt · quę nunc non | tam prętermıttımuſ · quā ad maıorem | ſcrıbendı dılıgentıā reſeruamuſ · *in B* nıceam bıthınıę *D* 2 v · kł mār *D* 3 EXPLIĊ LIB̄ · XI · INCIPIT LIB XII; *in D, et post* reſeruamuſ *subscriptum* ⟨EXPLICIT LIBER DECIMVS | huc uſque hıſtorıam eutropıuſ compo|ſuıt · cuı tamen alıqua pauluſ dıaco|nuſ addıdıt | INCIPIT LIBER UNDECIMUS *in B* 6 trıceſımuſ octauuſ *B* 6. 7 ⟨⟩ *D:* e pannonıa cıbalenſı edı* tuſ (*fuit* c) *B* 8—20 ⟨⟩ *D*: apud nıceam auguſ|tuſ appellatuſ *B* 20 *ante* ın *add.* conſtan|tınopolım *B* communıone *B* aſſumpſıt *D* 22 cıualeſ *D*

Funarius appellatus est eo quod uenalicium funem portanti quinque milites nequiuerint extorquere. eo merito adscitus in militia usque ad praefecturae praetorianae potentiam ascendit. ob cuius apud milites commendationem Valentiniano imperium resistenti inlatum est. qui cum sub Iuliano Augusto Christianitatis integram fidem gereret, cum ut dictum est scutariorum tribunus esset ⟨ingressus est cum Iuliano in templum Fortunae et ministri templi ex utraque parte ianuarum stantes asparsione aquae sicut ipsi dicebant purgarent ingredientes, Valentinianus praecedens principem asparsionis guttam suam uidit in chlamydem et indignatus pugno percussit templi ministrum dicens se maculatum potius quam purgatum. quod respiciens Iulianus iussit eum in custodia retrudi dicens 'aut sacrifica idolis aut militia excede':⟩ sponte discessit. nec mora Iuliano interfecto Iouianoque mortuo, qui pro nomine Christi amiserat tribunatum, in locum persecutoris sui accepit imperium. qui cum iam anno tertio imperium cum fratre Valente ageret, Gratianum filium nec dum plene puberem hortatu socrus et uxoris Augustum creauit.

III ⟨Igitur Valentinianus dum in initio regni sui de urbe Constantinopolitana per Thracias properaret Romam, tunc episcopi Hellesponti Bithynitae et quicumque consubstantialem patrem ac filium praedicabant, legatum ad eum miserunt Hypatium Heracleae Perinthi episcopum quatenus dignaretur ad emendationem dogmatis interesse. is cum adisset imperatorem et episcoporum legationem intimasset, respondens Valentinianus 'mihi' inquit 'cum subiecto populo de huius modi negotiis curiose agere fas non est. ut ergo uidetur uobis sacerdotibus facite.' tunc uenientes apud Lampsacum et duobus illic mensibus commorati, nouissime irrita fecere, quae ab Eudoxio et

2 nequierint *B* 3 conſ|cendit *B* 4 cōmentationē *D* 7—14 ⟨⟩ *D*: | iuſſuſ ab imperatore ſacrilego · aut im|molare idoliſ aut militia ‖ excedere *B* 7 ingrediente cū *D* 8 & *om. D* ſtanteſ et aſparſionē *D* 11 clamidē *D* 13 ſacrificeſ *P* 14 excedere ſponte *DP* 15 p nom̄ *D* 16 imperii *DB* 17 ualente fra|tre *B* 18 plene *D*: bene *B* ortatu *B* 19 creuit *D*' 21 thratia (*post* a *in ras.*) *D* proſperaret *D*' 22 bithinite *D* 25 mendationē *in initio uers. D* 29 lapſacū *D*

Acacio Constantinopoli sunt patrata, tenendamque fidem apud Seleuciam expositam decreuerunt. sed impius Valens quae apud Lampsacum gesta sunt destruxit et episcopos qui ibidem conuenerant, exilio relegauit. interea Valens in Antiochia plurimo tempore commoratus omnibus licentiam dedit sua sacra celebrare, gentilibus scilicet atque Iudaeis nec non et omnibus haereticis. nam et gentiles festiuitates agebant daemonibus ministrantes. et post Iulianum a Iouiano idololatriae uanitates extinctas florere rursus permisit et Iouis cultum atque Dionysii sacraque Cereris iam non in occulto tamquam sub pio imperatore celebrabant sed per mediam plateam bacchantes ubique currebant. illis tantum modo tunc princeps erat inimicus qui apostolicam doctrinam praedicare uidebantur.⟩ eodem anno apud Atrebatas uera lana de nubibus pluuiae mixta defluxit ⟨et⟩ Constantinopolim ⟨quarto nonas Iunii⟩ grando mirae magnitudinis decidens non nullos hominum extinxit.

⟨Quidam sane aiunt de Valente quod Dominica uxor eius IIII
persuaserit ei ab orthodoxa fide, quam suus germanus credebat, recedere et tam ualenter Arrii sensum sectari. porro alii scribunt quod postquam imperauerit et ab Eudoxio rebaptizatus sit, iuramento ei firmauerit in ipso baptismate cum Arrio se sensurum et Homousion minime recepturum. interea Valente in Syriam moram faciente surrexit Constantinopoli tyrannus nomine Procopius, qui paruo tempore multam sibi militiam cateruans festinabat aduersum imperatorem, quod

---

1 acatıo conſtantınopolım *D* parata *D* 2 ſeleutıā *D* 3 lapſacū *D* 4 relıgauıt *D* 5 ſuaſ ſacraſ celebrarı *DP* 9 rurſū *D'* dıonıſıı *D* 11 bachanteſ *D* 15 conſtantınopolı *B* ııı̇ȷ noñ ıuṅ *D* 16 extıncxit *DB* 17—280, 12 ⟨⟩ *D:* Iſ dıebuſ procopıuſ apud | conſtantınopolım tyrannıdē ınuadenſ · | apud frıgıā ſalutarē extınctuſ eſt plu¦rımıq; partıſ eı eçſı atq; proſcrıptı ſunt · | cırca hęc tēpora terre moto p totū orbē | facto · ıta mare lıtuſ eggreſſū eſt · ut ſıcılıę | multarūq; ınſularū urbeſ concuſſe & ſub| rutę ınnumerabıleſ populoſ ruınıſ oppreſ|ſerınt · Ualenſ ınterea ab eodoxıo arrıane ‖ hereſeoſ ēpo baptızatuſ ın ſceuıſſımam | hereſım dılapſuſ eſt · conatuſq; catholı¦coſ pſequı fratrıſ auctorıtate conpreſ¦ſuſ eſt · ea tempeſtate athanarıcuſ rex | gothorū x̄pıanoſ ın gente ſua crudelıſſı¦me pſecutuſ ad coronā martyrıı ſublı|mauıt *B* 19 ſectare *D* allı *ut uid. D'* 22 ualenſ *D* 23 conſtantınopolım *D*

dum ei nuntiatum fuisset, conturbatus Valens paululum suum impetum retinuit. cumque belli euentus interea parturiret, terrae motus factus est per uniuersum orbem ita ut Siciliae multarumque insularum urbes concussae et subrutae innumerabiles populos ruinis oppresserint. circa Bithyniam uero tam ingens fuit ut Nicaeam subuerteret urbem. sed etiam mare terminos proprios immutauit et in quibusdam locis tanto potius impetu influxit ut loca quae pridem ambulari poterant, rigarentur. ab aliis uero locis tantum recessit ut arida tellus inueniretur. sequenti autem anno Gratiani Dagalaisique consulatu bella parabantur. cumque tyrannus Procopius de Constantinopoli digressus castra moneret aduersum imperatorem, audiens Valens uenit ab Antiochia et cum eo congressus est circa ciuitatem Phrygiae Nacoliam. et prima quidem pugna deuictus est. post paululum uero Procopium cepit, tradentibus eum Agelone Gomarioque militibus, quos etiam postea inopinatis quibusdam suppliciis iussit expendi. despiciens enim ius iurandum quod eis praebuerat, serris diuisos crudeliter interemit. tyrannum uero duabus uicinis arboribus flexis singulos in eis pedes eius ligari fecit, quae dimissae aerem repetentes Procopium diuiserunt.

V Eodem tempore daemon quidam erroneus, crudelitate Valentis abusus ei persuasit ut perscrutaretur quis post eum esset suscepturus imperium. quam ob rem necromantiam fecit. quibus artibus adimpletis plurimos ille daemon non quidem aperte sed obliqua solite responsa proferens interemit. nam cum de imperio consuleretur, quattuor litteras demonstrauit id est ΘΕΟΔ, dicens hoc nomen post Valentem imperii culmen accipere. quod dum ad aures peruenisset imperatoris, zelo ductus multos peremit quos tyrannidem assumere iudicauit. occidebantur itaque Theodori Theoduli Theodoti et quicumque has litteras in capite sui nominis habuissent, inter quos etiam

---

5 oppreſſere *D* bıthımıā *D* 6 nıceam *D* matre *D'* 7 quıbudā *D'* 8 ımpetu *om. D* poterat *D'* 9 preceſſit *D'* 10 dagalaıſıq *D* 11 conſtantınopolı *D* 14 frıgıena colıā *D* 18 ınterhemıt *D'* 27 conſularetur *D* ·ıııı· *D* 30 phımıt *D* 31 theodotı theoducuh *D*

Theodosius quidam, uir fortis ex Hispania prouincia genus ducens, pater Theodosii, qui post imperio praefuit, occisus est. hoc ergo timore plurimi sua nomina mutauerunt, negantes quae prius habuissent cum iuramento ut pericula declinarent.

VI Interea Auxentio Arriano Mediolanensi episcopo defuncto Valentinianus conuocans episcopos, huius modi apud eos uerba locutus est 'nostis aperte eruditi quippe diuinis eloquiis, qualem oporteat esse pontificem et quia non decet eum uerbo solum sed etiam conuersatione gubernare subiectos et totius semet ipsum imitatorem uirtutis ostendere testemque doctrinae conuersationem bonam habere. talem itaque in pontificali constituite sede cui et nos, qui gubernamus imperium, sincere nostra capita summittamus et eius monita dum tamquam homines deliquerimus necessario ueluti curantis medicamenta suscipiamus.' hoc cum dixisset imperator, petiit synodus ut magis ipse decerneret sapiens et pius existens. at ille 'super uos' inquit 'est talis electio, uos enim gratia diuina potiti et illo splendore fulgentes melius poteritis eligere.' tunc sacerdotes egressi de episcopali sede tractabant. uerum ciuitatis habitatores ut assolet tumultus faciebant, alii hunc, alii illum ornare petentes. qui enim erant de Arriani Auxentii secta, similem sibi fieri concertabant, rursum orthodoxi sui dogmatis habere nitebantur episcopum.

VII Hanc seditionem Ambrosius, cui tunc praesidalis fuerat cura commissa, cognoscens et metuens nequid turbae consurgeret, ad ecclesiam festinus accessit. at illi cessante seditione communem dederunt uocem petentes ut pastor gregis ordinaretur Ambrosius, qui nondum fuerat baptizatus. hoc imperator agnoscens, repente iussit et baptizari et tamquam dignum uirum ordinari episcopum. nouerat enim eius certiorem omni pondere uoluntatem et totius regulae decreta subtiliora arbitratus etiam diuinum in eo esse decretum dum in eius electione etiam pars contraria consonaret. is ergo sacri baptismatis dono potitus gratiam quoque simul suscepit episcopatus. quo

1 theodoſioluſ *DP* 2 ınpprıo *D* 8 non *om. D* 12 ſıncera *P* 24 preſedalıſ *D* 26 ılle *D* 34 donū potıuſ *D*

facto hunc hymnum optimus imperator saluatori et domino optulisse fertur 'gratias' inquit 'ago tibi domine omnipotens et saluator noster quoniam huic uiro ego quidem commisi corpora, tu autem animas et meam electionem ostendisti iustitiae conuenire.' cumque post paucos dies sanctus Ambrosius cum multa fiducia apud imperatorem quereretur quia male a iudicibus agebatur, tunc imperator ait 'hanc' inquit 'confidentiam tuam dudum noui et aperte probans non solum non restiti sed etiam in electione ordinationis tuae socius fui. festina itaque sanare sicut diuina lege praecipitur animarum delicta nostrarum.'

VIII Igitur⟩ Valentinianus Saxones gentem in Oceani litoribus et paludibus inuiis sitam uirtute atque agilitate terribilem ⟨periculosam⟩ Romanis finibus, eruptionem ⟨magna mole⟩ meditantem, in ⟨ipsis⟩ Francorum finibus oppressit. Burgundionum quoque ⟨nouorum hostium coepit nouum nomen, qui⟩ plusquam octoginta milia, ⟨ut ferunt⟩ armatorum ripae Rheni fluminis insederunt. ⟨hos quondam subacta interiore Germania a Druso et Tiberio adoptiuis filiis Caesaris, per castra dispositos in magnam coaluisse gentem atque ita etiam nomen ex opere praesumpsisse quia crebra per limitem habitacula constituta Burgos uulgo uocant, eorumque esse praeualidam et perniciosam manum, Galliae hodieque testes sunt, in quibus praesumpta possessione consistunt⟩ qui tamen non multo post tempore Christiani effecti sunt. Valentinus inter haec in Brittannia antequam tyrannidem inuaderet oppressus est. Valentinianus uero anno imperii sui undecimo cum ⟨Sauromatarum gens quae pusilla et infima est contra eum insurgens⟩ sese per Pannonias diffudisset easque deuastaret belloque ⟨ab eo superata⟩ dum apud Brigitionem oppidum Quadorum ⟨legatis

2 *et* 7 inquid *D* 5 a *in* pancos *in ras. in D* 14 magnā *D* meditantes *D* 16 coepit *om. D* 17 octingenta milia *D*, $\overline{\text{LXXX}}$ *B* reni *B* 19 tyberio *D* 22 burgeos *D*, *cod. Pithoei*, Burgaeos *P* 25 brittania *DB* 27. 28 ⟨⟩ *D:* sarmate *B* 27 sauramatarū *D* 29 diffudissent *DB* ea *D'* deuastarent bellum *D*, uastarent bellum *B* (bellum *etiam P*) 29. 30 ⟨⟩ *D:* in eos parans *B* 30—281, 8 ⟨⟩ *D:* lega | tioni responder& · anno aeui quinto | & quinquagesimo subita effusione sanguinis *B*

missis pacem expostulat cumque a legatis eorum sciscitaretur utrum Sauromatae tales et tam uilium corporum omnes existerent, responderunt imperatori dicentes 'quia meliores eorum hic habes et uides' tum ualidissime ille clamans ait 'atrocia Romanum imperium sustinet ad Valentinianum pertingens si Sauromatae tales existentes contra Romanos insurgunt.' ex animositate autem nimia et manuum plausu uena corporis recisa et plurimo erumpente sanguine⟩ quae Graece ἀπόπληξις uocatur, uoce amissa, sensu integer expirauit, quod quidem intemperantia cibi ac saturitate qua artus diffuderat, accidisse plures retulere ⟨anno aetatis quinto et quinquagesimo consulatu Gratiani et Equitii decimo quinto kalendas Decembris.⟩

Fuit autem imperator egregius, uultu decens, sollers in- VIIII
genio, animo grauis, Aureliano similis, sermone cultissimus quamquam esset ad loquendum parcus, seuerus, uehemens, infectus uitiis maximeque auaritia. seueritatem ⟨tamen⟩ eius nimiam et parcitatem quidam crudelitatem auaritiam interpretabantur. acer in his quae memoraturus sum Hadrianoque proximus, pingere uenustissime, meminisse, noua arma meditari, fingere cera seu limo simulacra, prudenter uti locis temporibus sermone atque ut breuiter concludam, si ei foedis hominibus, quibus sese quasi fidissimis prudentissimisque dederat, carere, aut probatis ⟨eruditisque monitoribus⟩ uti licuisset, perfectus haud dubie princeps enituisset. ⟨itaque eo mortuo Italiae milites sexta die post eius mortem Valentinianum puerum eius filium adhuc quadriennem auctore Equitio ac Merobaude e propinquo, ubi cum matre fuerat allatus, creant imperatorem. cuius imperium frater et patruus licet ingrate quod eis ignorantibus factum sit, tamen postea susceperunt.⟩

---

8 apoplexiſ *DB* 9 exſpirauit *B* 10 ciui *DB, deinde* a ſecuritate *D*, ac ſecuritate *B*, & ſecuritate *P*, *emend. ex Victore Gruterus* accediſſe *B* 11 detulere *DB* 12 x͞v κƚ. dẽc; *D* decenſ *P:* decedenſ (*corr. in* decenſ) *D* 13 ſolerſ *D* 14 *post* grauiſ *add.* moribuſ *B* cultiſſimoſ *B* 16 infectuſ uituſ maxime auaritiae *ante corr. 'ut uid.'* *P* infertuſ *B* 17 crudelitatem *om.* *D* 18 memoratuſ *D* adrianoq. *DB* 24 aut dubie *B* 26 quadrienniſ *D* 27 *ppinquo (*fuit* e) *D* allatuſ *sic* *D* 29 ſuſceperut *D*

X Anno ab urbe condita millesimo centesimo uicesimo octauo Valens quadragesimus tertius imperium orientis quattuor annis Valentiniano mortuo tenuit, Gratiano Valentiniani filio in occidentali parte regnante ⟨una cum Valentiniano fratre paruulo⟩. hic enim Valentinianus de Iustina secunda Valentiniani uxore natus erat ⟨quam iubente Seuera coniuge priore Valentinianus hoc modo duxisse probatur. Iustus Iustinae pater cum esset Piceni iudex Constantii temporibus, uidit in somnis quoniam ex dextero femore imperialem purpuram genuisset. cumque uisio per multos recitaretur, ad Constantii aures usque peruenit. at ille considerans somnium tamquam imperator ex eo nasceretur, mittens occidit Iustum, cuius filia Iustina uirgo permansit. posteriore uero tempore peruenit ad Seuerae notitiam, ad quam frequentius ueniebat et amabatur ab ea ita ut etiam cum ea balneis uteretur. cumque Seuera secum lauantem Iustinam diutius inspexisset, pulcritudine uirginis oblectata et amore capta, dixit imperatori quia sic esset speciosa uirgo Iustina ut etiam ipsam deceat esse uxorem imperatoris. Valentinianus uero eius sermone concepto Iustinam ducere tractabat uxorem, non tamen Seueram abiecit ex qua Gratianus fuerat natus. legem itaque protulit publice per ciuitates propositam ut omnes qui uoluissent⟩ inpune bina matrimonia susciperent: nam ideo populosas fore gentes quia hoc apud eas sollemne est. ⟨cumque posita lex haberetur, Iustinae ipse coniunctus est ex qua natus est Valentinianus iste et filiae tres Iusta Grata et Galla. quarum duae quidem in uirginitate manserunt. Gallam uero postea maior Theodosius imperator

1 uice*ſimo *B* 2 triceſimuſ nonuſ *DB* 3 ualentiniano *B* 4. 5 ⟨⟩ *D:* qui ſibi ualentinianū fratrē paruo|lū ammodū ſociū creauit imperii *B* 4 paruolo *D* 6–22 ⟨⟩ *D:* | Nam ualentianuſ ſenior dudū lau dante uxore ſua pulchritudinē iuſtinę | ſibi eam ſociauit in matrimonio · legeſq; | propter illam conceſſit ut omniſ qui uo luiſſ& *B* 9 purpura *D* 19 obligata *D* 18 ipſa decet *D* 20 uxor *D* 22 ꝓpoſita *DP*, *emend. Gruterus* ut *om.* *D'* 23 ſuſciperet *D'B* fere *coni. Gruterus* 24–283, 5 ⟨⟩ *D:* | Accepta ergo ut diximuſ ualentinia|nuſ iuſtina edidit ex ipſa quattuor fi|hoſ · ualentinianū quem ſibi ut prae | miſimuſ gratianuſ ſociauit in regno · | & gratā · iuſtaq; & gallam; ualenſ | igitur *B* 26 galliā *D'*

duxit uxorem, ex qua Placidia eius filia noscitur esse progenita, cui postea de matris nomine Gallae cognomentum accessit: nam Arcadium et Honorium ex Placilla priori coniuge habuisse cognoscitur.

Valens interea⟩ impietatem quam dudum meditatus fuerat, XI
operibus explens lege data ut monachi militarent, nolentes per tribunos et milites fustibus iussit interfici. quorum innumera multitudo quae per uastas tunc Aegypti solitudines ⟨habitabat harenasque diffusas, quas propter sitim ac sterilitatem periculosissimamque serpentium abundantiam conuersatio humana non nosset, magna habitantium monachorum multitudo compleuerat⟩ praecipueque apud Nitriam martyrii consecuta est palmam. ac per singulas ubique prouincias aduersus catholicas ecclesias et rectae fidei populos diuersa sunt inlata incommoda. interea in Africae partibus ⟨quidam⟩ Firmus sese excitatis Maurorum gentibus regem constituens Africam Mauritaniamque uastauit. ⟨Caesaream urbem nobilissimam Mauritaniae dolo captam dein caedibus incendiisque completam barbaris in praedam dedit.⟩ contra quem comes Theodosius pater Theodosii, qui postmodum imperio praefuit, a Valentiniano ⟨maiore⟩ missus effusas Maurorum gentes multis proeliis regit, ipsum Firmum afflictum et oppressum ad mortem coegit. qui postquam experientissima prouidentia ⟨totam cum Mauritania Africam⟩ conposuisset, stimulante inuidia iussus a Valente interfici apud Carthaginem baptizari in remissionem peccatorum praeoptauit ⟨at postquam sacramentum Christi quod quaesierat assecutus est, post gloriosam saeculi uitam de uita aeterna securus⟩ percussori iugulum ultro praebuit.

⟨Circa haec tempora Gothi trans Histrum constituti ciuile XII
bellum inter se duabus partibus commouerunt. unius praeerat

1 pladia *D'* 3 archadiū *D* 6 militare ** *B* 8—12 ⟨⟩ *D:* effuſa *B* 8 habitabat *om. D* 9 diffuſa *d* 10 habundantiā* (*fuit* ſ) *D* conuerſantia *D* 11 cōpleuera *D* 12 marturu *D* 15 quidam *om. D* 16 mauretanię *D* 19 pater *in fine paginae om. add. post* pręfuit *B* 20 poſtmodum] poſ *D*, poſt *B* 23 mauretania affricāq. *D* 24 cōpoſuiſſet *D* 25 kartaginē *D*, c*artaginē (*fuit* h) *B* 26—28 ⟨⟩ *D:* ac demū glorioſa morte | occūbenſ *B* 27 uitę eṫnę *D*

Frithigernus, alterius Athalaricus. Frithigernus enim cum suis omnibus Arrianus erat, Athalaricus uero cum suis Paganus. cumque praeualuisset Athalaricus, Frithigernus auxilium a Valente postulat, per Hulfiam episcopum suum Arrianum, qui moratus sub Constantio fuerat cum Eudoxio et Acacio Arrianis, qui etiam litteras Gothicas primus adinuenit et scripturas diuinas in eam conuertit linguam. statim Valens praecepit Thraciae militibus ut Frithigerno auxilia commodarent. hoc solacio uictus Athalaricus est etiam in fugam conuersus. non uero post multum tempus denuo inter se Gothis compacatis Hulfias non solum Frithigerni Gothos sed etiam Athalarici edocebat. tunc Athalaricus uidens religionem patriam uiolari multos ex suis Arrianos factos suppliciis tradidit, quos hactenus Arriani martyres appellant. quam ob rem Frithigernus cum suis occidentalem partem petiit, Athalaricus uero cum suo exercitu ibidem remansit. hi ergo qui cum Frithigerno occiduas petierant regiones, ab occidente lingua patria Visegothi id est occidentales Gothi sunt appellati, hi uero qui cum Athalarico in propria sede remanserant, Ostrogothi id est orientales Gothi sunt dicti.⟩

XIII Ea tempestate gens Hunnorum diu ⟨in propriis et⟩ inaccessis seclusa montibus, repentina rabie percita exarsit in Gothos eosque conturbatos ab antiquis sedibus expulit. ⟨nam hos ut refert antiquitas ita extitisse comperimus. Filimer rex Gothorum Godarici magni filius qui post egressum Scantiae insulae iam quinto loco tenens principatum Getarum, qui et terras Scythicas cum sua gente introiit, reperit in populo suo quasdam magas mulieres, quas Gothico sermone Alirumnas uocant, easque habens suspectas de medio sui proturbat longeque ab exercitu suo fugatas in solitudine coegit errare. quas siluestres homines, quos non nulli Faunos Phicarios uocant,

1 adthalaricuſ *D* 3 frithugernuſ *D* 8 frithigerni *D* 9 ſolatio *D* in *om. D* fuga uerſuſ *D* 10 compacatis *Gruterus:* cōpacti *D*, compacati *P* 11 frithigerniſ *D'* 12 religione *D* 13 arriani facti *D* actenuſ *D* 14 frithi*gernuſ *D* 17 guiſegothi *D*, Guiſigothi *P* 19 propriaſ ſedeſ *D'* oſtrogothe *B* 25 gadarici *DP* 27 ſcithicaſ *D* 28 magnaſ *D'* alirūnaſ (˜ *rursus del.*) *D* Alirumnaſ *P* 29 dicuntur *D'* ſuſpectuſ *ut uid. D'* ptubat *D'* 31 phaunoſ *D'*

per desertum uagantes dum uidissent et earum complexibus in coitum miscuissent, genus hoc ferocissimum ediderunt. quod fuit primnm inter paludes Maeotidas minutum taetrum atque exile quasi hominum genus nec alia uoce notum nisi quod hnmani sermonis imaginem assignabat. tali igitur Hunni stirpe ereati Gothorum finibns aduenerunt. nam et quos bello forsitan minime superabant, uultus sui terrore nimium pauorem ingerentes terribilitate fugabant eo quod erat eis speeies pauendae nigredinis et uelut quaedam, si dici fas est, deformis offa, non faeies, habensque magis puneta quam lumina, quorum animi fidueiam toruus prodit aspeetus, qui etiam in pignora sua primo die nata desaeuiunt. nam maribus ferro genas secant ut antequam lactis nutrimenta pereipiant, uulneris cogantur subire tolerantiam. hine inberbes seneseunt et sine nenustate ephebi sunt quia faeies ferro sulcata tempestiuam pilorum gratiam eicatrice absumit. exigui quidem forma sed argutis motibus expediti et ad equitandum promptissimi, seapulis latis et ad arcus sagittasque parati, firmis eeruieibus et superbia semper erecti. hi nero sub hominum figura niuunt beluina saeuitia.

Quod genus expeditissimum multarumque nationum gras- XIIII
satorium⟩ Gothi ⟨ut uiderunt⟩ transito Danubio fugientes, a Valente sine ulla foederis pactione suseepti sunt. ⟨tribuens eis terras Thraeiarum ad habitandum, arbitratus praeparatum solacium ab eis habere eontra omnes barbaros: hae pro re milites de eetero neglegebat et eos qui dudum eontra hostes

2 cohıtū *B'* quod *corr.* ex quę *in D* 3 tetrum *D* 4 quod *corr ex* quę *in D* 5 hımaginē *D'* huni *D* 7 terrere *D'* 8 pauendo *D'* 10 facie *D'* 11 fiducia *D* 13 uulnere *D'* 14 hic *D'* 15 effębi *D* tēpiſtiuā *D'* 16 cicatriceſ aſſumit *D'* arguſti *D'P* 17 promtiſſimi *D* 18 ſupuia *D'* 21 craſſatorē *D* 22 a *del. in D* 23—287, 21 ⟨⟩ *D:* deinde propter | intolerabilē auaritiā maximi duciſ | fame conpulſi in arma ſurgenteſ ‖ uicto ualentiſ exercitu ſeſe p trac∗iaſ (*fuit* h) infudere omnia cędib; incendiiſq; uaſ | tanteſ · Quib; cognitiſ ualenſ anthi | ocia egreſſuſ cū aduerſuſ gothoſ exer | citū aptaret · ſera peccati penitentia | ſtimulatuſ · epōſ ceteroſque ſcōſ reuoca | re de exiliſ imperauit · deniq; lacri | mabili cū gothiſ bello cōmiſſo *B* 25 ſolatium *D* eoſ *D'* ac *D'*

elaborauerant, imperator despiciebat. etiam collatores praecepit prouinciae per uicos et ciuitates per unum quemque militem octoginta solidos exigere. hoc ergo fuit initium ut illo tempore Romana res publica calamitatibus subderetur. barbari namque cum Thraciam tenuissent, licenter Romanorum prouincias deuastabant uiginti depopulantes ciuitates. interea Valens ab Antiochia Constantinopolim ueniens apud Bosporum agnoscens Gothorum gentem commotam fuisse ad bellum mox ad Valentinianum fratrem misit solacia petens. at ille rescripsit quia religiosum non esset nec iustum talem uirum iura imperii regere qui deo rebellis existeret sed magis esse iustum ut eius superbia sedaretur. quod dum ille miserrimus agnouisset, licet maiori necessitate constrictus non tamen a sua nimietate cessauit sed fuit ueritati rebellis.

XV Terentius igitur inter haec uictor reuersus ab Armenia, uir optimus et pietate decenter ornatus. tunc ei iussit Valens poscere dona quae uellet. at ille quod decebat pium uirum cogitare respondit: non aurum, non argentum, non praedium, non cingulum petiit neque domum sed ut eis qui pro apostolica doctrina pericula sustinuerant, una praeberetur ecclesia. at ille petitionem ex scripto susceptam cognoscens, disrupit, eumque alia postulare praecepit. uerum ille 'uerba precum suscipe' inquit 'o imperator, et habeo donum: aliud uero non postulo. intentionis meae iudex est uniuersorum iudex'. cum ergo Valens transacto Bosporo uenisset in Thraciam, primum quidem Constantinopoli commoratus est praeparans bellum, deinde Traianum magistrum cum expeditu contra Gothos destinauit. qui uictus ignominiose reuersus est. cui cum Valens mollitiem exprobraret respondit 'non ego uictus sum imperator sed tu qui contra deum pugnans et barbaris nutum eius concilias. an nescis quos ab ecclesiis expulisti uel quibus eas tradidisti?' inter haec barbari per Thracias discurrentes etiam Constantinopoleos suburbana incendiis caedibusque uastabant

1 elaborauerat *D* 7 uemente *D* boſphorū *D* 8 fuiſſet *D* 9 ſolatia *D* 10 nec iuſtum *om. D* 14 ueritate *ut uid. D'* 25 tranſacta boſphoro *DP* 26 conſtantinopolim *D* 27 expeditu *DP*: expeditum *cod. Pith.* 29 mollitiei *D* 34 cedib; *D*

non existente qui eis resistere fortiter praeualeret. qui dum usque ad muros uenissent urbis, afflicta ciuitas contra imperatorem murmurabant. ille sera peccati paenitentia stimulatus episcopos ceterosque sanctos reuocari de exiliis imperauit. circenses igitur agebantur et illic Valentem conuiciis accumulabant, inualidum et bellorum fugacem clamabant dicentes 'da arma et nos pugnamus.' hinc ira accensus imperator tertio XVI idus Iunii a Constantinopoli egressus interminitans poenas se pro iniuriis cum rediret a Constantinopolitanis ciuibus exacturum quod primitus uidebantur Procopio praebuisse solacium ita ut ciuitatem aratro uertere minaretur. Isacius autem sacer monachus tenens frenum equi regis Valentis cum nouissime egrederetur in proelium ait ad eum 'quo uadis imperator aduersus deum pugnans et deum aduersarium habens?' quem iratus carceri tradidit, mortem illi minatus si rediret quem ad modum Micheae quondam Achab. post egressionem autem eius quidam ex suis confessi sunt quod praeceperit diuinationes fieri de impetu belli, quod sibi imminebat. deduxit igitur Constantinopolitanos usque ad urbem Hadrianopolim, quae est in confinio Macedoniae. denique quinto decimo imperii sui anno lacrimabile cum Gothis bellum commisit.⟩ ad primum Gothorum impetum perturbatae ⟨sunt⟩ Romanorum equitum turmae nudatosque pedites deseruere: qui mox equitatu hostium saepti ac sagittarum nubibus obruti cum amentes metu huc illucque fugitarent ⟨funditus caesi gladiis insequentum contisque⟩ perierunt. ipse imperator sagitta saucius uersusque in fugam ob dolorem nimium dum de equo laberetur ⟨in uilissima deportatur casa, ubi superuenientibus Gothis igne supposito incendio concrematus est quinto idus Augusti anno uitae

1 exiſtenſ *D* 3 murmurabant *sic D* ſimulatuſ *D* 7 ııı ·ıđ ıuṅ *D* 8 pęnaſ *D* 9 a *om. D* 10 quod] et qm *D* ſolatıum *D* 11 hıſaacıuſ *D* 15 carcere *D* ıllủ *D* 21 at *D* 23 nudatoſ *dB* pedeſ *B* 24 ſeptı *DB* hunc *D* 25 cęſe *D* 26 ınterıere *B* cum ſagıtta *B* 27 dum] *sed ut uid. corr. in* cū *in D* nımıū ſepe equo *B* laueretur *D* 27—288, 12 ⟨⟩ *D:* atq; ın uı | lıſſımā caſulam deportatuſ eſſ& · ſuper | uenıentıb; gothıſ · ıgnıq; ſuppoſıto con | crematuſ eſt; denıq; *B* 27 uılıſſımā *d* 28 caſā *d* 29 v̊ ıđ aug̊ · *D*

quinquagesimo, imperii anno cum fratre Valentiniano tertio decimo, post mortem eius annos duos, menses quinque, dies tredecim.

XVII In quo probanda haec fuere. fuit possessoribus culto bonus, mutare iudices rarus, in amicos fidus, irasci sine noxa ac periculo cuiusquam, sane ualde timidus. quidam autem dicunt quod diuinus Isacius in carcere foetores eius dum cremaretur, diuina gratia et animae munditia deprehenderit praedixeritque interemptionem eius his qui secum erant antequam nuntii aduenissent qui gesta proelii nuntiarent. iusto itaque dei iudicio ab illis igne crematus est quos succenderat igne perfidiae, namque⟩ petentibus Gothis ut eis episcopos mitteret a quibus fidei rudimenta susciperent, Valens doctores ad eos Arriani dogmatis misit. sicque uniuersa illa gens Arriana effecta est. Gothi uero imperatore occiso ⟨denuo⟩ iam securi ⟨usque ad muros Constantinopoleos uenientes eius suburbana uastabant. quapropter ciues qui arma ualebant portare quae inuenissent, hostibus ut poterant resistebant. Dominica uero Augusta Valentis uxor praemia ex aerario publico bene pugnantibus secundum consuetudinem militum ministrabat. quibus etiam Saraceni praebuere solacia quae eorum regina nomine Mauia Romanorum foederata direxerat.⟩

XVIII Anno ab urbe condita millesimo centesimo tricesimo secundo Gratianus quadragesimus quartus ab Augusto post mortem Valentis sex annis imperium tenuit. igitur Gratianus admodum iuuenis cum inaestimabilem multitudinem hostium Romanis infusam finibus cerneret, fretus Christi potentia longe inpari militum numero sese in hostem dedit et continuo apud

2 dieb; *D* 5 rariuſ *D* 6 quidam autem dicunt *om.* *D* 7 hiſaaciuſ *D* 8 dep̄henderat predixeratq. *d* 11 quoſ] qđ *D* igni deniq. *D* 13 arrianiſ *D'B'* 14 *post* eſt *add.* Iuſto | itaq; dī iudicio ab illiſ igne crematuſ eſt · | quoſ ipſe p fidię ſuccenderat igni *B* 15—22 ⟨ ⟩ *D:* | ad urbem properant conſtantinopo | litanā ubi hinc dominica auguſta | ualentiſ uxor multa pecunia plebi | largita ab urbiſ uaſtatione hoſte | ſubmouit regnū cognatiſ fideliter | uiriliterq; ſeruauit *B* 21 ſolatia *D* 24 quartuſ *om.* *D* 25 *post* tenuiſ *add.* quamuiſ iam dudum | ante cū patruo ualente & cū ualentia | no fratre regnar& *B* āmodū *D*

Argentoratum oppidum Galliarum formidolosissimum bellum incredibili felicitate confecit. nam plus quam trigiuta milia Alamannorum minimo Romanorum detrimento in eo proelio interfecta narrantur. eodem tempore in Galliis apud Turonos multis beatissimus Martinus lampabat uirtutibus totoque orbe doctrinis et scientiae lumine clari apud Betleem ciuitatem Palaestinae Hieronymus ⟨presbyter, apud Hipponem ciuitatem Africae Augustinus episcopus radiabant.⟩ porro Gratianus cum animaduertisset Thraciam Daciamque tamquam genitales terras possidentibus Gothis Taifilisque atque omni pernicie atrocioribus Hunnis et Alanis extremum Romano imperio omni periculum instare ⟨Italia relicta Pannoniam uenit.

XVIIII Ea tempestate Theodosius tam propter parentum nobilitatem quam pro fortitudine propria nominatissimus habebatur et ob hanc causam inuidia similium iudicum fatigatus in Hispania morabatur, ubi et ortus fuerat et nutritus. cumque imperator quid faceret haesitaret, quippe cum barbari eleuati uictoria inexpugnabiles esse uiderentur⟩ eadem prouisione, qua quondam elegerat Nerua Hispanum uirum Traianum, per quem res publica reparata est accitum et ipse nihilo minus aeque ab Hispania Theodosium ⟨cuius ducatu credens barbaros posse superari. repente si quidem eum magistrum militum esse denuntians cum expeditu ad barbaros destinauit.⟩ itaque Theo-

---

1 argentarā *DB* 2 $\overline{\text{xxx}}$ *B* 4 *post* narrantur *add.* hocdemq; ei recta fidei cultura contribuit (hocdemq; — contribuit *add.* *B*[m]) Nā cū usq; ad id tēpus ita|lia arrianę perfidie morbo languer& | post auxentu seram mortē cū ambrosius | ex pagano indice subito apud mediola|niū diuino nutu epſ a cunctis fuiss& elec|tus moxq; catholico baptismate tinc|tus pręsul ess& ordinatus; cūq; pro | fide catholica libros gratiano impera|tori porrexiss& uniuersa sta|tim ad rectā fidē italia repedauit *B* eo *B* gallis *D* 5 lampabat *sic DBP* orbi *DB* 6 clarus *B* scientia *B* lumine *om. DB* bethleem *B* 7 phalestinę hieronim' *D*, palestinę situs radiabat hieronymus *B* ypponē *D* 8 agustin' *D* 9 animaduertissed *D* traciam *B* 10 taifilisque *P:* taifalsisq. *D*, taifalisq; *B* 11 hunis *B* halanis *D* 20 aeque *B:* equa *D* ab *om. D* 21—23 ⟨⟩ *D:* faueutib; cunctis apud | syrmium purpurā induit; Aetatis an|num tertiū tricesimūq; agentē orien|tisq; & tracię simul imperio pręfecit; | *B* 21 posse *in fine uers. om. D*

dosius afflictam rem publicam ira dei reparandam credidit misericordia dei. omnem fiduciam sui ad opem Christi conferens maximas illas Scythicas gentes formidatasque cunctis maioribus, Alexandro quoque illi magno ⟨sicut Pompeius Corneliusque testati sunt⟩ euitatas, at tunc extincto Romano exercitu Romanis equis armisque instructissimas hoc est Alanos Hunnos et Gothos incunctanter adgressus est. ⟨barbari uero impetum non ferentes suas acies reliquerunt et illi quidem fugiebant, hi uero fortiter sequebantur inmensaque caedes tunc facta est barbarorum. pauci qui euaserant latenter Histrum fluuium transierunt.

XX Mox dux optimus exercitu disperso per uicinas urbes ipse uelociter remeauit ad principem ita ut ipse triumphorum suorum nuntius extitisset. quod tamen ipsi imperatori dum miraretur factum, incredibile uidebatur. inuidi si quidem etiam fugisse eum dicebant et exercitum perdidisse. at ille derogantes sibi petiit dirigi qui uiderent multitudinem hostium peremptorum. his uerbis imperator flexus direxit qui res actas inspicerent eique renuntiarent. porro dux optimus inter haec diuinam uisionem uidit et ab ipso omnium deo aperte sibi monstratam conspexit. uiderat enim in somnis quia sanctus Meletius Antiochenae ciuitatis antistes eum chlamydem uestiret imperialem et coronam caput ornaret. haec cum nocte uidisset, cuidam mane retulit amicorum. at ille clarum esse somnium dixit et nihil aenigmaticum, nihil dubium continere. cumque pauci omnino transissent dies, qui pro uictoriae inspectione missi fuerant, remearunt peremptaque hostium multa milia narrauerunt. quam ob rem laetatus princeps Gratianus Theodosium cunctis fauentibus apud Syrmium purpuram induit aetatis annum tertium tricesimumque agentem, orientisque et Thraciae

3 cithicaſ *D*, ſcyticaſ *B* 6 ſtructiſſimaſ *DB* halanoſ *D* unoſ *B* 7 eſt *om. DB* 7—291, 3 ⟨⟩ *D:* magniſ multiſq; precibuſ uicit *B* 8 relinquerunt *D* 9 cediſ *D* 13 ſciorū *D* 16 fuiſſe *D'* 18 inſpiceret *D'* 20 diuina *D* 22 clamidē *D* 23 mperalē *D* coranā *DP* capud *D* 24 claruſ eſſet *D'* 26 tranſiſſet *D* 28 legatuſ *corr. in* letatuſ *in D*

simul imperio praefecit consulatu Ausonii et Olibrii, decimo octano kalendas Februarii.

Igitur Theodosius⟩ urbem Constantinopolim triumphans XXI
intrauit. et ne paruam ipsam Romani exercitus manum assidue bellando detereret, foedus cum Athalarico rege Gothorum percussit. Athalaricus Constantinopolim ad Theodosium uenit, quem ille mira animi iucunditate et affectione suscepit. denique cum urbem Athalaricus intrasset et tam aedificia ciuitatis quam [quae] exornati quasi ad diem festum populi frequentiam cerneret ac per singula mente inhaereret cumque deinceps imperatoris regiam ingressus obsequia officiaque diuersa conspiceret 'sine dubio' inquit 'deus terrenus est imperator contra quem quicumque manum leuare nisus fuerit ipse sui sanguinis reus existit.' nec mora tamen superueniente ualitudine rebus excessit humanis. cuius exequias imperator ipse praecedens digne eum tradidit sepulturae. at uniuersae Gothorum gentes rege defuncto aspicientes uirtutem benignitatemque Theodosii Romano sese imperio dediderunt.

In isdem etiam diebus Parthi ⟨qui Iuliano interfecto aliis- XXII
que imperatoribus saepe uictis nunc etiam Valente in fugam acto recentissimae uictoriae satietatem cruda insultatione ructabant⟩ ultro Constantinopolim ad Theodosium misere legatos pacemque supplices poposcerunt iunctumque cum eis foedus est. interea ⟨Theodosius causa foederis a Gothis acceptis obsidibus Thessalonicam uenit. ubi dum in aegritudinem incurrisset baptizari cupiens Acolium eius ciuitatis episcopum requisiuit cuius fidei esset? quo respondente quod Arriana pestis in Illyricum non ualuisset accedere sed inuiolatam ab initio

1 xviii (*corr. in* xvii) kal. feb. *P:* x°vii · kls feb̃; *D* 3 trıumphanſ *D:* uıctor *B* 5 deterreret *DB* at hanarıco *B* 6 Atha|narıcuſ *B* 7 ıocundıtate *DB* 8 urbe | athanarıcuſ *B* 9 quae *deleuit Gruterus* populıſ *D* 10 hac *D* 11 obſequıa *iterat B'* 13 ıpſı *B'* 14 ualetudıne *P* (?) 18 dederunt *B* 19—22 ⟨⟩ *D:* | ceterçq; barbare natıoneſ romano ¦ prıuſ nomını ınımıce *B* 20 ualentē *D* 24—293, 15 ⟨⟩ *D:* cū theo|dofıuſ ın orıente ſubactıſ barbarorum | gentıb; trachıaſ tandē lıberaſ ab hoſte | reddıdıſſ& & archadıū fılıū ſuū con|fortē fecıſſ& ımperıı *B* 25 °gritudınem *D* 26 anatolıum *d* 28 yllırıcū *D*

Nicaeni concilii fidem conseruarent, ille libeuter eius uerba suscipiens baptizatus atque aegritudine liberatus est. inter haec Theodosius imperator filium suum Arcadium designauit Augustum consulatu Merobaudis secundo et Saturniui, decimo septimo kalendas Februarii. in Italia uero puero satis existente Valentiniano rerum curam Probus ex consule atque praefectus habebat. Iustina uero Valentiniani mater cum esset Arriana, uiuo quidem marito laedere non praeualuit orthodoxos. eo mortuo et filio ualde iuuenculo Mediolanum ueniens Ambrosio episcopo erat infesta ita ut eum destinari iuberet exilio. dumque de ecclesia iuberetur exire, Ambrosius ait 'ego sponte hoc non ago ne lupis ouium saepta uidear contradere aut blasphemantibus deum. hic si placet occide, hoc loco mortem prona suscipio uoluntate.'

XXIIII Ea tempestate⟩ Maximus uir quidem strenuus atque Augusto dignus nisi contra sacramenti fidem per tyrannidem emersisset, in Brittannia inuitus ab exercitu imperator creatus in Galliam transiit. at uero Gratianus dum exercitum neglegeret et paucos ex Alanis quos ingenti auro ad se transtulerat, ueteri ac Romano militi anteferret adeoque barbarorum comitatu et propē amicitia capitur ut non numquam eodem habitu iter faceret, odia contra se militum excitauit. Maximus ergo ab infensis Gratiano legionibus exceptus eundem subita incursione perterritum atque in Italiam trausire meditantem dolis circumuentum interfecit. ⟨causa autem interfectionis eius fuit haec. Maximus enim misit opinionem in uulgus quia uxor Gratiani suo uiro festinaret occurrere in Lugduuo Galliae ciuitate fluuium transeunti. Gratiauus autem credens coniugem reuersam uenire quam nuper acceperat, non praecauit eius insidias, sed ueluti caecus in foueam inmanis hostis incurrit. dum ergo ue-

1 nıcęnı *D* 3 archadıũ *D* 4 morabaudıſ *D* XVII° KL FEB *D* 6 conſul• *D* 12 ſepta *D* uıdear *om. D*ʹ 15 quıdem uır *D* ſtrenuuſ & probuſ atq; auguſto *B* 17 brıttanıa *DB* 19 hex *d* ıngente *D* 21 capıtur *Gruterus ex Victore:* capı *DBP* 24 cırcũuentuſ *B* 25 - 293, 5 ⟨⟩ *D:* ętatıſ vııı & xx annoſ habeuˌtē fratremq; eıuſ *B* 28 reuersam *scripsi:* reuerſa *DP:* Creuſam *Pithoeus,* re uera *Gruterus* 29 eıſ *D*ʹ

nisset Gratianus quasi ad uxorem uehiculum, ex improuiso exiliens Andragathius Gratianum interemit. mortuus ergo est consulatu Merobaudis et Saturnini anno imperii quinto decimo, uitae uicesimo nono.

Mox Maximus⟩ Valentinianum Augustum ⟨cum matre Iustina⟩ Italia expulit ⟨in Illyricum. deinde Constantinopolim ueniens⟩ a Theodosio paterna pietate susceptus, mox etiam in imperio restitutus est. fuit autem Gratianus ⟨Sirmii genitus⟩ litteris haud mediocriter institutus: carmen facere, ornate loqui, explicare controuersias rhetorum more: nihil aliud die noctuque agere quam spiculis meditari, summaeque uoluptatis diuinaeque artis credere, destinata ferire, parcus cibi somnique et uini ac libidinis uictor, cunctisque esset plenus bonis si ad cognoscendam rei publicae gerendae scientiam animum intendisset, a qua prope alienus non modo uoluntate sed etiam exercitio fuit ⟨id est plus fere laetus quam sufficiebat et plus uerecundus quam rei publicae intererat.⟩ XXIIII

LIBER DECIMVS TERTIVS

Anno ab urbe condita millesimo centesimo tricesimo octauo Theodosius genitus patre Theodosio, matre Thermantia, quadragesimus quintus imperatorum ⟨ab Augusto⟩ interfecto per Maximum Gratiano imperium Romani orbis solus obtinuit mansitque in eo annis undecim cum iam in orientis partibus sex annis Gratiano uiuente regnasset. itaque iustis necessariisque causis ad bellum ciuile permotus cum e duobus Augustis fratribus unius interfecti ultionem, alterius restitutionem procuraret, sese aduersum Maximum tyrannum sola fide maior — nam non longe minor uniuersi apparatus bellici conparatione — I

---

2 interhemit *D* 3 morabaudiſ *D* 5 iuſtiniana *D* 5. 6 ⟨⟩ *D*: Ualentinianuſ | in oriente refugienſ *B* 6 yllıricū *D* in *om.* *B* 8 ſyrmii *D* 11 meditare *D* 13 ſi *B*: ſed *D* 17 *subscriptum* EXPLICIT LIBER · XII · | INCIPIT LIBER · XIII · *in* *D*, ЄXPLICIT HISTO | RIĘ ROMANĘ LIB XI · JNCIPIT LIBЄR · XII · *in* *B* 20 quadrageſimuſ primuſ *B* 22 obtenuit *corr. in* optinuit *in* *B* 28 non *om.* *B*

proripuit. Aquileiae tunc Maximus insedebat. Andragathius comes eius summam belli administrabat. qui cum largissimis militum copiis astuto consilio omnes Alpium ac fluminum aditus communisset, dum nauali expeditione incautum hostem praeuenire parat et obruere, sponte eadem quae obstruxerat claustra deseruit. ita Theodosius nemine sentiente uacuas Alpes intrauit atque Aquileiam inprouisus adueniens magnum hostem Maximum ac trucem et ab inmanissimis quoque Germanorum gentibus tributa ac stipendia, solo terrore nominis exigentem sine controuersia clausit. ⟨cumque Maximi milites impetum imperatoris sustinere non praeualentes, apprehendentes tyrannum, uinctum ei protinus obtulerunt. qui eorum consulatu peremptus est sexto kalendas Septembris.⟩ hanc Maximo perditionem beatus Martinus ante praedixit. Valentinianus recepto Italiae potitus imperio est. Andragathius comes ⟨qui peremerat Gratianum⟩ cognita Maximi nece praecipitem sese e naui in ⟨uicino fluuio semet ipsum proiciens⟩ suffocatus est. Theodosius incruentam uictoriam deo procurante suscepit. uictorem quoque Maximi filium, quem imperatorem pater Gallis infantili aetate reliquerat, extinxit.

II ⟨Tunc igitur imperatores Valentinianus et Theodosius peracta uictoria uenere Romam. erat enim cum eis pariter et Honorius ualde puer, quem pater post uictoriam contra Maximum gestam ab urbe Constantinopolitana euocauerat. Theodosius igitur imperator in Roma urbe positus multum profuit ciuitati alia praebendo, alia utiliter auferendo. duas tamen res dignas confusione prohibuit. erat ab initio in urbe Roma domus ingenti magnitudine fabricata, in qua panis fiebat, qui uniuersae ciuitati ministrabatur. horum mancipes tempore procedente pi-

---

1 aqui'legę *B* ınſederat *B* andragatıuſ *B* 2 ammınıſtrabat *DB'* 6 ſentıentē *D* 9 exıgente *B* 10—13 ⟨⟩ *D:* coepıt occıdıt *B* 8 ın*ma*nıſſımıſ *D* 12 uıctū *D'* 13 VO · KL SEPT; *D* 15 andragatıuſ *B* 16 plımerat *D* gognıta *D'* 17 ⟨⟩ *D:* undaſ dedıt ac *B* 21—300, 31 ⟨⟩ *D:* Igıtur | ualentınıanuſ mınor cū ın gallıa tran|ſıſſ& atq; ıbı tranquılla re publıca ın pa|ce ager& apud uıennā dolo arbogaſtıſ | comıtıſ ſuı ſtrangulatuſ eſt *B* 23 pater *om.* *D* 28 qua] quıb; *D*

strina publica latrocinia esse fecerunt. cum enim essent molae in locis subterraneis constitutae, per singula latera earum domuum tabernas instituentes, meretrices in eis prostare faciebant quatenus per eas plurimos deciperent, alios qui pro pane ueniebant, alios qui pro luxuriae turpitudine festinabant. arte namque mechanica in molam de taberna cadebant et hoc patiebantur maxime peregrini. et ita faciebant ut multi usque ad senectutis tempus laborantes ex inde non permitterentur exire aestimantibus eorum propinquis eos esse defunctos. in huius modi laqueo quidam miles Theodosii imperatoris incurrit. cumque fuisset clausus ad molam nec dimitteretur exire, euaginato gladio prohibentes occidit. at illi terrore detenti militem dimiserunt. hoc agnoscens imperator et mancipes suppliciis interemit et ipsa pistrina destruenda funditus esse praecepit. aliam rursus abrogauit huius modi causam. siqua mulier in adulterio capta fuisset, hoc non emendabatur sed potius ad augmentum peccandi contradebatur. includentes eam in angusto prostibulo et admittentes qui cum ea fornicarentur, hora qua turpitudinem agebant, tintinnabula percutiebant ut eius sono illius iniuria fieret manifesta. haec audiens imperator, permanere non passus est sed ipsa prostibula destrui iussit.

His actis relicto Valentiniano Romae ipse cum Honorio III
Constantinopolim remeauit consulatu Daciani et Symmachi quarto Idus Nouembris. igitur Theodosius imperator habuit passionum quoque commotionem iustoque furori inmensam permiscens crudelitatem iniustam operatus est passionem. quam rem narrare necessarium est et pro utilitate legentium et pro memorabili opinione uirtutum. Thessalonica ciuitas est grandis et populosa, in qua dum fuisset orta seditio, quidam iudicum lapidati sunt atque tracti. hinc indignatus Theodosius iracundiae non refrenauit infirmitatem sed ad ludos Circenses inuitari ciues iussit, et super omnes iniustos gladios euaginari

---

2 domū *D* 7 faciebant *D*: latebant clauſi *uulgo* 14 interhemit *D* 15 obrogauit *D* 18 amittenteſ *D* 19 agebant] noſcebatur *DP* 24 datiani *D* ſymachi · IIII · ID NOŪ; *D* 29 Theſalonica *D*

praecepit et una cum nocentibus innocentes interimi, septem milia etenim hominum sicut fertur occisi sunt non praecedente iudicio sed tamquam in messibus omnes simul incisi sunt.

IIII Huius modi cladem plenam ualde gemitibus audiens Ambrosius cum princeps Mediolanum ueuisset et sollemniter in sacrum uoluisset intrare templum, occurrit foris ad ianuas et ingredientem his sermonibus a sacri liminis incessu prohibuit 'nescis imperator perpetratae a te necis quanta sit magnitudo neque post causam tanti furoris mens tua molem praesumptionis agnoscit? sed forte recognitionem peccati prohibet potestas imperii. decet tamen ut uincat ratio potestatem. scienda quippe natura est eiusque mortalitas atque resolutio et puluis progenitorum, ex quo facti ad quem redigendi sumus et non flore purpureo confidentem infirmitates operti corporis ignorare. coaequalium hominum es, o imperator, et conseruorum. unus enim est omnium dominus rex omnium et creator. quibus igitur oculis aspicies communis domini templum? quibus palpabis pedibus sanctum illius pauimentum? quo modo manus extendes, de quibus adhuc sanguis stillat iniustus? quo modo huius modi manibus suscipies sanctum domini corpus? qua praesumptione ore tuo poculum sanguinis pretiosi percipies dum furore sermonum tantus iniuste sit sanguis effusus? recede igitur, recede ne secundo peccato priorem nequitiam augere contendas. suscipe uinculum, quod omnium dominus nunc ligauit. est enim medicina maxima sanitatis.

V His sermonibus imperator oboediens — erat enim diuinis eruditionibus enutritus — et aperte sciens quae sunt propria sacerdotum, quae regum, gemens et deflens ad regalia remeauit. cumque octo mensuum continuum transissent tempora, propinquauit natiuitatis saluatoris nostri festiuitas. imperator autem lamentationibus assiduis in palatio residens continuas lacrimas incessabiliter expendebat. ingressus autem Rufinus

1 innocentib; *D* interhimi *D* 2 occiſa *d* 5 follēpniter *D* 7 ſacriſ *D'* 13 rediendi *D'* 19 extendaſ *D* adhunc *D'* 20 ſuſcipienſ *D* 21 ſanguuiniſ *D* 26 obedienſ *D* 29 menſiū *d* 31 im palatio *D* 32 expedebat *D'*

tunc magister et singularem apud principem fiduciam habens et uidens principem in lamentatione prostratum accessit lacrimarum causas inquirere. at ille amarissime ingemiscens et uehementius lacrimas fundens 'tu' inquit 'Rufine ludis et mea mala non sentis. ego autem lamentor et gemo calamitatem meam quia seruis quidem et mendicantibus aperta sunt templa dei et proprium dominum ingredientes licenter exorant, mihi uero ingressus ad eum non est. insuper etiam caeli sunt clausi.' haec dicens uerba singula singultibus inrumpebat. Rufinus 'curro' inquit 'si tibi placet pontificique precibus persuadeo ut soluatur uinculum quod ligauit.' at imperator 'non' inquit 'suadebis Ambrosio. noui ego decretum illius esse iustum neque reuerebitur imperialem potentiam ut legem possit praeuaricari diuinam.' cumque Rufinus uerbis plurimis uteretur ut promitteret Ambrosium esse flectendum, imperator eum cum festinatione pergere praecepit. ipse uero spe data post paululum est secutus credens Rufini promissionibus. porro uir VI
mirandus Ambrosius mox ut uidit Rufinum ait 'inpudentiam canum imitatus es o Rufine: tantae uidelicet necis auctor existens pudorem ex fronte detergens nec erubescis nec metuis contra imaginem latrare diuinam?' cumque Rufinus supplicaret et imperatorem diceret esse uenturum, superno zelo accensus ait 'ego tibi Rufine praedico quoniam eum ingredi sacra limina prohibebo, si uero imperium in tyrannidem mutauit, necem libenter et ego suscipio.' haec et alia plurima Rufinus audiens nuntiauit et imperatori uotum antistitis monens ne de palatio forte procederet. at imperator haec in media iam platea cognoscens 'pergo' inquit 'et iustas in facie suscipio contumelias.' cumque ad sacra limina peruenisset, in sanctam quidem basilicam non praesumpsit intrare sed ueniens ad antistitem et inueniens eum in salutatorio residentem, supplicabat ut eius uincula resolueret. at ille tyrannicam dicebat eius esse prae-

3 ingemefcenf *D* 6 medicantib; *D* 9 irrumpebat *d* 10 inquid *D* 11 ait *D* 12 inquid *D* effet *D'* 15 mitteret *D'* effet *D'* 16 pergere *om. D* 18 rufum *D'* 23 tibi *om. D* 24 necē* *D* 26 nunciauit *D* 27 medio *D'*

sentiam et contra deum uesanire Theodosium, eiusque calcare leges. uerum imperator 'non' inquit 'insurgo aduersus ecclesiasticas sanctiones nec inique ingredi limina sacra contendo sed te soluere mea uincula deposco et communis domini pro me exorare clementiam nec mihi ianuam claudi quam cunctis paenitentiam agentibus dominus noster aperuit.' tunc antistes 'quam' inquit 'paenitentiam ostendisti post tantas iniquitates? quibus medicaminibus incurabilia uulnera plagasque curasti?'

VII at imperator 'tuum' inquit 'opus est edocere et medicamina temperare, meum uero oblata suscipere.' tunc sanctus Ambrosius 'quoniam furori' inquit 'tuum iudicium commisisti et non ratio protulit sententiam sed potius iracundia, scribe legem quae legem furoris euacuet et triginta diebus sententia necis atque proscriptionis in litteris tantum modo maneat et iudicium rationis expectet. quibus transactis diebus ira uidelicet iam cessante ratio causam iudicans apud semet ipsam, quae cognouerit sub ueritate disponat. in his enim diebus agnoscitur ut iusta sit quam protuleris aut iniusta sententia. et si quidem ratio probauerit iniusta, quae sunt prolata disrumpet, si uero iusta, firmabit. dierum uero numerus ad haec examinanda sufficiet.' hanc admonitionem imperator libenter suscipiens et optimam esse confidens, legem conscribi repente praecepit et propriae manus litteris confirmauit. quo facto uinculum eius soluit Ambrosius. quae lex hactenus obseruatur. est enim huius modi 'imperatores Gratianus Valentinianus Theodosius Augusti Flauiano praefecto praetorio Illyrici. si uindicari in aliquos seuerius contra nostram consuetudinem pro causae intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire poenam aut excipere sententiam sed per dies triginta super statuta eorum sors et fortuna suspensa sit. reos sane accipiant uincla atque custodia et excubiis sollertibus uigilanter obseruentur.'

VIII Sic igitur sacratissimus imperator ingredi limina praesumens, non stans domino supplicauit neque genua flexit sed

9 *et* 11 inquid *D* 14 maneant *D* 19 diſrumpit *D* 20 firmauit *D* 21 āmonitionē *D* 22 eſſet *D*' 24 actenuſ *D* 26 yllirici *D* 28 penā *D* 31 obſeruent *D*

pronus in pauimento iacens Dauidicam proclamauit uocem ‘adhaesit pauimento anima mea, uiuifica me secundum uerbum tuum.’ manibus barbam capillosque euellens frontemque percutiens et pauimento lacrimarum guttas adspargens ueniam impetrare poscebat. cumque tempus accederet quo munus ad altare solebat offerre surgens cum lacrimis est ingressus. cum uero optulisset sicuti solitus erat intra cancellos stetit. rursus autem Ambrosius non quieuit sed differentiam locorum edocuit. et primo quidem requisiuit quid ibidem expectaret? imperatore dicente sustinere se sacrorum perceptionem mysteriorum per archidiaconum remandauit ‘o imperator interiora loca tantum sacerdotibus sunt collata quae ceteri nec ingredi nec contingere permittuntur. egredere igitur et hanc expectationem cum ceteris habe communem. purpura namque imperatores, non sacerdotes facit.’ tunc fidelissimus imperator etiam hanc traditionem animo gratanti suscipiens remandauit ‘non audaciae causa intra cancellos mansi sed in Constantinopolitana urbe hanc consuetudinem esse cognoui. unde ago gratias pro huius modi medicina.’ tali ergo tantaque et praesul et imperator uirtute clarebant. ego namque utriusque opus admiror. illius fiduciam, huius autem oboedientiam: illius zeli feruorem, huius fidei puritatem.

Porro regulas pietatis, quas a magno sacerdote recepit, VIIII
etiam reuersus in Constantinopolitana urbe seruauit. nam dum festiuitatis tempore ad ecclesiam processisset, oblatis in altare muneribus mox egressus est. cumque Nectarius tunc praesul ecclesiae mandasset cur intus stare noluisset? mandauit princeps ‘uix’ inquit ‘potui discere quae differentia sit imperatoris et sacerdotis. uix enim ueritatis inueni magistrum. Ambrosium namque solum noui uocari digne pontificem.’ habebat igitur imperator et aliam utilitatis occasionem per quam de bonis operibus triumpharet. coniux enim eius diuinas leges cum saepius admonebat, se ipsam tamen perfecte prius erudiens. non enim regni fastigiis eleuata est sed po-

1 dauiticā *D* 4 ar *in* aſpargenſ *in ras. in D* 20 āmiror *D*
21 obędientiā *D* 28 inquid *D* 33 ammonebat *D*

tius diuino amore succensa. beneficii namque magnitudo maius ei desiderium benefactoris adhibebat.

X Repente namque ut uenit ad purpuram, claudorum atque debilium maximam habebat curam, non seruis, non ancillis, non aliis ministris utens sed per semet ipsam agens et ad eorum habitacula ueniens et uni cuique quod opus haberet praebens. sic etiam per ecclesiarum xenodochia discurrens suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorum tergens, ius gustans, offerens coclearia, panem frangens cibosque ministrans, calicem diluens et alia cuncta faciens, quae seruis ac ministris mos est sollemniter operare. his autem, qui eam de rebus talibus nitebantur prohibere, dicebat 'aurum distribuere opus imperii est. ego autem pro ipso imperio hoc opus offero bona mihi omnia conferenti.' nam uiro suo saepe dicebat 'oportet semper marite cogitare qui dudum fuisti, qui modo sis. haec si semper cogitaueris, ingratus creatori benefactori non eris sed imperium quod suscepisti, legaliter gubernabis et harum rerum placabis auctorem.' his ergo sermonibus uelut optimam quamdam utilitatem uirtutisque abundantiam coniugis sui sermonibus offerebat.

XI Igitur grammaticus quidam nomine Eugenius litterarum Latinarum doctor, relinquens scholas in palatio militabat eratque in primis imperatoris Valentiniani antigrapheus et propter eloquentiam a multis honoratus. tunc ergo fertur non mediocriter cogitans cooperatorem adsumpsisse Arbogastem de minoribus Gallis ortum, militaris ordinis ducem, uirum saeuum et necibus praeparatum cultoremque sordidissimum idolorum. quo facto declinauit ad tyrannidem et contra Valentinianum necem machinabantur, cubicularios apud Viennam Galliae urbem corrumpentes eunuchos. at illi dormientem principem suffocarunt⟩ atque ut uoluntariam sibi consciuisse mortem putaretur, laqueo suspensus est. quo extincto Arbogastes tyrannum creauit Eugenium, eligens hominem cui titulum impera-

4 non ancılhſ *om. D* 10 deluenſ *D* 11 ſo*lēpnıter (*fuit* l) *D* 21 quadā *D* 22 ſcolaſ *D* 25 aſſumpſıt *D* arbogaſtū *D* 26 gallıſ *d* 27 cultorq. ſordıdıſſım' *D* 29 bıennā *D*

toris inponeret, ipse acturus imperium: uir barbarus animo consilio manu audacia potentiaque nimius. contraxit undique innumeras inuictasque copias uel Romanorum praesidiis uel auxiliis barbarorum, aliis potestate aliis cognatione subnixus.

XII ⟨Haec audiens Theodosius imperator, rursus sollicitudiuibus obstrictus, secunda certamina post Maximum praeparabat congregansque militarem uirtutem et Honorium filium designans imperatorem, consulatu suo et Abundantii quarto Idus Ianuarii denuo ad partes occidentis magno studio festinabat. interea euentum belli considerans, uittit ad Thebaidam ad Iohannem monachum perspicientia clarum. ad quem destinauit Eutropium et eunuchum sibimet fidelissimum ut aut eum si uellet uenire deduceret aut nolentem de euentu belli requireret. at ille Iohannem quidem deducere non praeualuit sed mandatum retulit eius, quia bello uinceret et perimeret tyrannum et post uictoriam in Italia moreretur. relictis ergo Theodosius ambobus filiis in urbe Constantinopolitana cum pergeret contra Eugenium bellaturus plurimi trans Histrum fluuium barbari sunt secuti eum eo pugnaturi contra tyrannum paruoque tempore cum manu maxima uenit ad Gallias. illic enim praeparabat bellum ubi iam multa milia habebat exercitus.⟩

XIII Eugenius igitur atque Arbogastes cum ⟨omni⟩ instructa acie Alpium transitus tenerent ⟨atque⟩ Theodosius ⟨in summis Alpibus constitutus⟩ expers cibi ac somni ⟨cum lacrimis⟩ orationi incumbens ⟨et circa galli cantum sopore conpressus uidit in somnis quasi iaceret in campo et adstarent ei duo quidam uiri in uestibus albis et equis candidissimis residentes eumque iubentes habere fiduciam et diluculo armare milites ad uictoriam dicebantque se pro solacio destiuatos, quorum

1 imponeret *D* aucturuſ (u *ante* r *in ras.*) *D* 2 potentiāq. *D* 4 ſubnixiſ *D* 5—21 ⟨⟩ *D:* deniq; extabat genere francuſ | cultorq; ſordidiſſimuſ idolorū *B* 7 militare *D* 8 habundanti · IIII · id ian; *D* 11 praeſpicientia *P* at *D* 15 eiſ *D'* 16 morrretur *D* relictuſ *D* 17 conſtantinopli *D* 18 plurimi] primi *D* 22 Igitur | eugeniuſ atq; arbogaſteſ *B* 23 acieſ *D* 24 oratione *D* 25—302, 8 ⟨⟩ *D:* totā noctē puigil exegit cū tamen ſe eſſe a ſui[ſ] deſtitutū ſcir& | *B* 29 ſolatio *D*

alter Iohannem euangelistam alter se Philippum dicebat apostolum. hac uisione conperta nequaquam ab oratione cessauit sed lacrimas uberiores effudit. quae uisio etiam alicui militi reuelata est et per diuersos peruenit ad principem. at ille 'non propter me' inquit 'haec iste uidit sed nequis crederet quia finxi quod ego uidi ideoque etiam isti monstratum est. nam primo mihi hoc dominus communis ostendit.' cumque se esse a suis distinctum sciret⟩ ab hostibus circumsaeptum nesciret, fiducialiter arma corripiens signoque crucis signum proelio dedit ac se in bellum etiam si nemo sequeretur uictor futurus inmisit.

XIIII ⟨Prima salutis uia extitit Arbitio hostilum partium comes. qui cum ignarum imperatorem circumpositis excepisset insidiis, conuersus mox ad reuerentiam Augusti eum non solum periculo liberauit uerum etiam auxilio instruxit. fit ergo congressio circa fluuium uocabulo Frigidum. igitur in parte qua Romani contra Romanos confligebant, bella erant aequalia. unde uero barbari auxiliatores imperatoris, pars Eugenii potio esse uidebatur. imperator autem uidens barbaros deperire, in maxima ueniens aestuatione et stans in edita rupe unde et conspicere et conspici ab utroque posset exercitu, proiectis armis ad solita se uertit auxilia et prostratus in terra iacuit adiutorem inuocans deum dicens 'omnipotens deus, tu nosti quia in nomine Christi filii tui ultionis iustae proelia ista suscepi. si secus, in me uindica: si uero cum causa probabili, et in te confisus huc ueni, porrige dexteram tuis ne forte dicant gentes: ubi est deus eorum?' et statim petitione frustratus non est. quidam enim Baccurius nomine magister militum eius, uir fide pietate et uirtute animi pollens, repente sic confortatus est ut cum primis ducibus curreret ad eam partem

---

1 iohſ euangeliſta *D* 2 orationē *D*¹ 5 inquid *D* 8 deſtinctū *D* circumſeptū *D* 10 ac] a *D* 11 immiſit *D* 12—303, 3 ⟨⟩ *D*: Nam conſultuſ iohanneſ | anachoreta cū uicturū ſpoponderat | quē cū arbitrio hoſtiliū partiū comeſ | ignarū circūpoſitiſ excepiſſ& inſiduſ | conuerſuſ mox ad reuerentiā auguſti | eum non ſolū periculo liberauit · uerū | etiā auxilio inſtruxit; Cumq; ad | greſſionē uentū eſſ& uehemenſ tur|bo uentorū *B* 18 portior *D* 22 iacuit *om. D* 29 pollenſ *om. D*

qua barbari premebantur. quo facto disrupit acies et in fugam mox uertit inimicos. fitque denuo ea hora miraculum.

XV Turbo uentorum uehemens⟩ a parte Theodosii in ora hostium ⟨pectoraque inlisis grauiter scutis euerberabat, nunc inpressis pertinaciter obstructa claudebat, nunc auulsis uiolenter destituta nudabat, nunc oppositis iugiter in terga trudebat: tela etiam quae ipsi uehementer intorserant, excepta uentis, inpetu supinato ac retrorsum coacto ipsos infeliciter configebant: ea quae⟩ ab eius parte spicula ⟨erant⟩ missa ⟨ultra mensuram humani iactus per magnum inane portata⟩ ualenter hosti ⟨infigebat. hoc itaque modo dimicatione consumpta tyrannus concurrens ad pedes imperatoris exorabat promereri salutem. qui circa pedes eius a militibus capite sectus est decimo quinto kalendas Octobris consulatu Arcadii anno tertio et Honorii secundo. Arbogastes autem tantorum causa malorum, post duos congressionis dies fuga lapsus dum agnouisset quia uiuere non posset, proprio gladio se peremit⟩ praemiserat denique prius Theodosius decem milia auxiliatorum Gothorum quae ab Arbogaste comite funditus deleta sunt. quos utique Theodosio perdidisse magis lucrum quam detrimentum fuit. ad cuius laudem ob insignem uictoriam poeta quidam ⟨nomine Claudianus⟩ eximius sed paganus inter cetera ⟨huius modi uersibus deo et homini testimonium⟩ cecinit

o nimium dilecte deo, tibi militat aether
et coniurati ueniunt ad classica uenti.

XVI ⟨Ea tempestate in orientis partibus apud Palaestinam prouinciam in castello Emaus natus est puer perfectus ab umbilico et sursum diuisus ita ut haberet duo pectora et duo ca-

---

3 hora *B'* 4—9 ⟨⟩ *D:* ruit qui & *B* 8 supinata ac retrorsum ea acta (*ex Orosio*) *Gruterus* ipſo *D* configebat *DP* 9 erant *om. D* 11—17 ⟨⟩ *D:* infiger& & | hoſtili manu miſſa repeller&· nec | mora parua ſuorū data ſtrage uictori | ſe theodoſio hoſtiliſ exercituſ proſtra|uit· eugeniuſ captuſ atq; interfectuſ | eſt arbogaſteſ ſua ſe manu pcuſſit | *B* 14 xv̂ kl̄s oct̄· *D* archadii *D* 17 phemit *D* 18 dece milia *B* auxiliatoriū *B'* 19 ab *om. D* 22 paganuſ *D:* infideliſ *B* 22—23 ⟨⟩ *D:* hoſ uerſiculoſ *B* 23 *in III Consul. Honorii* 96 24 Omiū dilecte di *D,* o nimium | dilecte di *B* 26 phaleſtinam *D*

pita et unus quisque suos sensus et unus edebat et bibebat et alter non edebat: unus dormiebat et alter uigilabat, non numquam insimul dormiebant. insimul tamen ludebant ad alterutrum et flebat uterque et percutiebant in uicem. porro uixerunt annis ferme duobus. et unus quidem mortuus est, alter superuixit diebus quattuor.

Igitur Theodosius imperator post laborem publicum corpore fatigatus in aegritudinem incurrit et sperans se ea aegritudine moriturum, potius de re publica cogitabat considerans quae solent hominibus prouenire imperatore moriente. filium itaque Honorium de Constantinopoli uelociter euocauit et imperatorem Romae ordinauit. cumque Honorius Mediolanium uenisset, Theodosius ex aegritudine releuatus, circum de uictoria celebrabat. et ante prandium quidem spectaculum quasi sanus exhibuit, post prandium repente praegrauatus est, ad spectaculum uenire non potuit, filium tamen ludis adesse praecepit. superueniente uero nocte defunctus est consulatu Olibrii et Probiui decimo sexto kalendas Februarii, anno imperii septimo decimo, uitae quinquagesimo.⟩

XVII Huic feruut somnio nomen parentes monitos sacrauisse quod in Latinum ⟨a deo datum⟩ potest intellegi. fuit autem propagator rei publicae atque defensor eximius, moribus et corpore Traiano similis quantum scriptura ueterum et picturae docent a quo et originem traxit. sic eminens status, membra eadem, par caesaries, os, absque eo quod illi aliquantum euellendo steriles genae neque tam ingentes oculi erant: nescio an et tanta gratia tantusque flos in facie seu tanta dignitas in incessu fuisset. mens uero prorsus similis adeo ut nihil ⟨de illo⟩ dici queat quod non ex libris in istum uideatur trans-

---

1 ſuoſ *om.* *D* 2 dormiebat *D'* 4 et *ante* percutiebant *om.* *D* 7 puplicū *D* 11 conſtantinopoli *D* 13 relatuſ *D* 18 xvi kł feb *D* 20 nomen *om.* *B* ſacrauiſſem *B'* 21 *ante* fuit *add.* de hoc etiā | oraculo in aſia diuulgatū eſt eū ualen|ti ſucceſſurū cuiuſ nomen ΘΕΟ atq; | Δ litteriſ initiaretur qua cognitio|ne principii deceptuſ Theodoruſ | cū ſibi imperiū deberi pręſumer& | ſceleſte cupidiniſ ſupplicia pſoluit | *B* *post* autē *add.* theodoriuſ *B* 22 indefenſor *B* 23 ſcripta *B* pictura *B* 25 | uellendo *B* 26 ſtereleſ *D*, ſtereliſ *B*

ferri: clemens animus, misericors communis, solo habitu differre se ceteris putans, in omnes homines honorificus, uerum effusius in bonos. simplicia ingenuaque diligere, erudita mirari sed innoxia largiri, magno animo, magna amare, ciues uel priuato contubernio cognitos eosque honoribus pecunia beneficiis ceteris munerari praesertim quorum erga se uel patrem aspero casu officia probauerat. illa tamen quibus Traianus aspersus est, uinolentiam scilicet et cupidinem triumphandi usque adeo detestatus ut bella non mouerit sed inuenerit, ministeria lasciua psaltriasque comesationibus adhiberi lege prohibuit ⟨tantum pudori tribuens et continentiae ut⟩ consobrinarum nuptias tamquam sororum interdixerit. litteris ⟨si nimium perfectos contemplemur⟩ mediocriter doctus, sagax plane multumque diligens ad noscenda maiorum gesta ⟨e quibus non desinebat execrari quorum facta superba crudelia libertatique infesta legeret ut Cinnam Marium Sullamque atque uniuersos⟩ dominantium, praecipue ⟨tamen⟩ perfidos et ingratos. irasci sane rebus indignis sed subito flecti. unde quoque dilatione modica emolliebantur interdum seuera praecepta habuitque a naturae munere quod Augustus a philosophiae doctore, qui cum uidisset eum facile commoueri, ne asperum aliquid statueret, monuit ubi irasci coepisset, quattuor atque uiginti Graecas litteras memoria recenseret ut illa concitatio quae momenti est, mente alio traducta parui temporis interiectu languesceret.

XVIII

melior haud dubie quod est rarae uirtutis post auctam annis potentiam regalem multoque maxime post ciuilem uictoriam. nam et annonae curam sollicitius attendere et ⟨auri argentique grande⟩ pondus sublati ⟨atque expensi⟩ a tyrannis multis ex suo restituere ⟨cum benigni principum equidem uix fundos so-

1 animu *b* communi *b* 3 ingenuaque *scripsi:* ingenuq. *D*, ingenieq; *B*, ingenia *Pithoeus* 4 innoxa *D* 7 conprobaſſ& *B* 8 ad eo *D:* eo *B* 9 miſteria *B* 10 pſalteriaſq; *B* co *me* ſationib; (*fuerunt* m *et* ſ) *B* 12 tam | qui *B* interdix' *D*, interdixit *B* 13 ſagaſ *B* 14 noſcendā *D* geſta maiorū *B* 14—16 ⟨⟩ *D:* execrabatur cū legiſſ& ſupbiam | *B* 15 ſupua *D* 16 ſyllāq. *D* 19 emolliebatur *D* Abuitq. *D* natura *B* 22 cępiſſet *D* atque xx · *DB* 23 memoriaſ *D* 24 alia *D* 25 aut *B* 26 ciuile *D* 27 agentiq. *D'* 28 pondera ſublata *B* 29 reſtituit *B*

lerent nudos ac deformata praedia concedere. iam illa minutiora et ut dicitur intra aulam, quae quia occulta sunt, magis naturae hominum curiosae oculos auresque ad se trahunt⟩ inerat ei ⟨etiam⟩ cura pietatis eximiae, patruum colere tamquam genitorem, fratris mortui sororisque liberos habere pro suis, cognatos adfinesque parentis animo conplecti, elegans laetumque conuiuium dare non tamen sumptuosum, miscere colloquia pro personis studio dignitatibus, sermone cum grauitate iucundo. blandus pater, concors maritus exercebatur neque ad inlecebram neque ad lassitudinem. ambulationibus ⟨magis⟩ cum esset otium reficiebat animum ac uescendi continentia ualitudinem regebat. ⟨igitur sexto idus Nouembris mensis eodem anno corpus Theodosii delatum est cum sollemni honore Constantinopolim et ab Arcadio filio sepulturae contraditur. post paucos uero dies id est quinto kalendas Decembris etiam exercitus, qui cum imperatore Theodosio fuerat contra tyrannum, reuersus est. et dum imperator Arcadius secundum consuetudinem ad portas occurrisset exercitui remeanti tunc milites Rufinum praefectum imperatoris peremerunt. erat enim suspectus quasi tyrannidem meditaret assumere. dicebatur autem quia Hunnos ipse in Romanorum prouincias euocasset, qui tunc Armeniam et partes orientis ualde uastabant.⟩

---

1 minutiora *P* 4 colere patruū *B* 6 affineſque *D* parenteſ *DP* cōplecti *D* 7 nec tamen *B* 8 ſermonem *D* iocundo *DB* 10 lecebra *D* laſcitudinē *D* 11 animū reficienſ regebat ualitudinē conti|nentia ueſcendi *B* 12—22 ⟨⟩ *D*: huiuſ & apud homi|neſ manſuetudo & quanta extiterit | apud dm̄ deuotio hoc uno monſtratur ‖ exemplo · Nam cū apud mediolanū | miſſarū fruiturnſ ſolemniſ eccleſiam uell& intrare · eumq; beatuſ am,broſiuſ pro quodā facinore niſi publice peniter& · non admiſſurū ſe | dicer& & prohibitionē humiliter | ptulit · & ſatiſfactionē non erubeſ cenſ indictum (*post.* i *corr. ex* u) ab epo penitentię mo|dū deuotuſ excepit; huic ſociata | in coniugio flacilla fuit ex qua archa|diū & honoriū genuit; Qua defunc|ta gallam ualentiniani maioriſ & | iuſtinę filiā · ualentiniani quoq; | iunoriſ ſororē in matrimonio duxit · | quę ei placidiā peperit cui poſtea | de matriſ nomine galle cognomen|tū acceſſit; Itaq: quinquageſimū theodoſiuſ annū agenſ ętatiſ in pace | apud mediolanū reb; exceſſit huma|niſ · utramq: rē publicā utriſq; filiſ ‖ archadio & honorio quietam relin|quenſ corpuſ eiuſ eodem anno conſtan|tinopolim tranſlatū atq; ſepultū eſt *B* 14 archadio *D* 15 id est] id *D* v̄ KL DEC · *D* 17 archadiuſ *D* 19 perimerunt *D* 21 in *om.* *D*

XVIIII Anno ac urbe condita millesimo centesimo quadragesimo nono Arcadius Augustus in oriente, Honorius frater eius in occidente quadragesimo sexto loco ⟨ab Augusto⟩ commune imperium diuisis tantum sedibus tenere coeperunt. quorum pater curam uiris potentissimis mandarat habere id est Rufino orientalis aulae ⟨qui ab exercitu interfectus est et⟩ Stilichoni occidentalis imperium. ⟨Honorius itaque suscipiens occidentis imperium ludum gladiatorum, qui dudum Romae celebrabatur, huius modi causa remouit. quidam Telemachius conuersatione monachica pro hac causa ab oriente uenit Romam. dumque nefandum illud spectaculum ageretur et ipse intrauit in stadium et descendens nitebatur pugnantes aduersum se gladiis separare. cumque spectatores aduersum eum saeuirent et in effusione sanguinis grassarentur, prouisorem pacis lapidibus occiderunt. hoc agnoscens mirabilis imperator, illum quidem inter uictores martyres numerauit, nefandum uero spectaculum prorsus abscidit.

Eo tempore Hunni transeuntes Histrum fluuium Thraciam deuastabant. Isauriae quoque latrones maxima multitudine congregata usque ad Carenos et Phoeniciam uenientes urbes et uicos in medio positos depopulati sunt.

XX Per idem tempus Stilicho patricius magister armorum erat apud Honorium, magna praeditus potestate habebatque sub se Romanorum plurimos atque gentilium, qui contractis inimicitiis cum Arcadii ducibus cogitabat congredi contra eos. tunc ergo agens cum Honorio Alaricum regem Gothorum fecit ordinari magistrum militum et accessit aduersus Illyricum eique Ionium praefectum constituit ut arma contra Romanos attolleret ac prouinciales Honorii subderet dicioni. et cum Alaricus barbaros sub se constitutos et per Dalmatias habitantes congregasset, uenit ad Epirum ubi multo tempore commoratus reuersus

2 archadiuſ *DB* 3 ſexto *D:* ſecundo *B* 4 ceperunt *DB* 5 mandaret *D* 6 ſtiliconi *B* 7 imperii *B* 7—308, 23 ⟨⟩ *D:* | Uixitq; archadiuſ poſt patriſ exceſſũ | anniſ duodecim · imperiiq; ſũmam theo|doſio filio paruo ammodũ morienſ | tradidit *B* 9 tilemachiuſ *D* 10 hac] hęc *D* 23 magne *D* 25 archadii *D* 27 ylliricũ *D* 31 epyrũ *D*

est in Italiam. qui cum decedere uoluisset, Honorii litteris est detentus sicut ipse confessus est.

Interea ingens terrae motus Constantinopoli factus est ita ut subtus terra tremeret et desuper fusa caelitus flamma penderet tamdiuque mansit donec orationibus Arcadii principis et populi Christiani praesentem perditionem deus exoratus auerteret probans se solum esse et conseruatorem humilium et punitorem malorum.

XXI Arcadius itaque imperator erat uir mitis et quietus et circa finem uitae pro huius modi causa uenerabilis aestimatus. in urbem Constantinopolim domus est maxima habens cognomen Caryae id est nucis. est enim in eius domus uestibulo arbor nucis in qua ut sermo est fuerat appensus martyr Acacius et defunctus. ob quam rem etiam oratorium illic est aedificatum. hanc Arcadius uidere uolens ad orationem uenit uotoque completo reuertebatur. proinde cuncti circa oratorium habitantes uolentes imperatorem uidere currebant. et alii quidem foras domum praecesserant ut melius aspectum principis et ordinem uiderent obsequii, alii uero sequebantur. dumque omnes cum mulieribus atque filiis simulque mancipiis extra domum fuissent egressi, repente maxima domus oratorio cohaerens subito tota corruit. clamor cum admiratione secutus est quo modo oratio principis tantos a ruinae imminentis periculo liberauit.⟩

XXII Interea Gildo comes Africae cognita Theodosii morte arbitratus minimam in paruulis spem fore, Africam iure proprio coepit usurpare. huius frater Mascelzer germani perfidiam perhorrescens in Italiam rediit: Gildo duos eius filios ⟨adulescentes⟩ quos pater ⟨in Africana militia⟩ reliquerat, dolo circumuentos occidit. ad hunc iam ⟨ut⟩ hostem bello insequendum Mascelzer frater missus est. ⟨igitur⟩ Mascelzer iam ⟨inde⟩ a Theodosio sciens quantum in rebus desperatissimis oratio ho-

---

3 conſtantinopoli factū *D* 5 manſit *om. D* archadu *D* 9 Archaduſ *D* 10 eſtimatur *D* 12 Karye *D* 13 ut *om. D* fuerit *D* acauiuſ *D* 15 archadiuſ *D* uotūq. *D'* 17 uidere *D* 21 et ſubito *D* 22 cum] autē *D* āmiratione *D* quomodo] quō *D* 25 parbuliſ *D* iuri *DB* 26 cępit *D* 27 adoleſcenteſ *D* 29 oſtē *B* inſequendo *D*

minis per fidem Christi clementiam dei inpetraret, Caprariam insulam adiit, inde secum sanctos uiros ⟨aliquos permotos suis precibus⟩ abducens, cum quibus orationibus ac ieiuniis dies aliquot continuauit et noctes ⟨pro qua re sine bello uictoriam meruit et sine caede uindictam. igitur Ardalio, fluminis nomen est quod fluit inter Teuestem et Amedaram ciuitates, ubi cum parua manu, hoc est cum quinque milibus — ut aiunt — militum contra septuaginta milia hostium castra metatus cum interiecta mora excedere loco appositasque praeiacentis uallis angustias transgredi uellet, incurrente nocte⟩ beatum Ambrosium ⟨episcopum Mediolanii⟩ paulo ante defunctum ⟨per somnium sibi uidere uisus est significantem manu et inpacto ad humum ter baculo dicentem 'hic hic hic.' quod ille prudenti coniectura intellexit: merito annuntiantis fidem uictoriae uerbo locum, numero diem significari. substitit⟩ ac tertio demum die post noctem orationibus hymnisque peruigilem ⟨ab ipsis caelestium mysteriis sacramentorum in hostem circumfusum processit et cum ad eos qui primum occurrerant, pia pacis uerba iactaret, signiferum quendam insolenter obsistentem gladio percussit in brachio eumque manu debilem ipso uulnere coegit pronum inclinare uexillum.⟩ quo uiso auxiliarii Gildonis barbari ilico terga dedere. Gildo et ipse fugam arripiens ascensa naui cum in Africam redisset, post aliquot dies strangulatus interiit.

Sane idem Mascelzer elatus rerum secundarum insolentia XXIII
tumens ⟨posthabito sanctorum consortio cum quibus antea deo militans uicerat, etiam⟩ ecclesiam dei temerare ausus est atque ex ea quosdam non dubitauit extrahere. secuta mox poena sacrilegium est. nam ⟨isdem superstitibus atque insultantibus

1 impetraret *B* 4 aliquod *B* 4—10 ⟨⟩ *D:* Ante triduū | quoq; quā hoſti contiguuſ fier& · cernit | noctu *B* 5 *in* ardalio 1 *in. ras. in D* 9 mora] mara *D* 11—15 ⟨⟩ *D:* quo uel quando uictoriā cape|r& diē ſibi indicantē & locū *B* 16 ymniſq. *Db* 16—21 ⟨⟩ *D:* cū quinq; ſolū modo | milibuſ aduerſuſ LXXX hoſtium pergenſ | eoſ dē nutu ſine bello in deditionem ac|cepit *B* 22 fugam arripienſ *B* 23 aliquod *B'* 24 interriit *B* 26 poſtabito *D* 28 pena *D*

quos ab ecclesia ad poenam protraxerat⟩ post aliquantum tempus ⟨solus⟩ ipse punitus est ⟨probauitque se uno ad utrumque semper diuinum uigilare iudicium quando et cum sperauit adiutus et cum contempsit occisus est.

XXIIII Arcadius itaque cum se mori cerneret, uidens Theodosium filium suum paruulum esse — erat enim annorum octo — consideransque ne a quoquam insidiis appeteretur, hunc imperatorem appellauit et ei curatorem per testamentum fore statuit Hisdigerden Persarum regem. Hisdigerdes autem Arcadii testamento suscepto paceque sine inuidia erga Romanos usus Theodosio imperium conseruauit. et Antiochum quendam, mirabilem atque rationabilem uirum, ei tutorem et paedagogum mittens, haec Romano senatui scribit 'Arcadio dormiente meque curatorem filii constituente qui suppleat locum meum direxi. nequis ergo insidias puero conetur, ne proelium intolerabile contra Romanos commoueat.' Antiochus uero cum Constantinopolim uenisset, ab Honorio imperatore libenter susceptus est et erat pax inter Romanos et Persas ipsó Antiocho maxime pro Christianis multa scribente. sicque dilatata est in Perside Christianitas Marutha episcopo Mesopotamiae mediante. Arcadius autem defunctus est kalendis Maii mensis consulatu Bassi et Philippi anno uitae tricesimo primo, imperii cum patre annis tredecim, solus quattuordecim.

XXV Interea Stilicho patricius⟩ occidentis tutor imperii, inmemor conlatorum beneficiorum, inmemor adfinitatis — nam socer extabat Honorii — regnum et ipse Eucherio filio affectans ingentia rei publicae intulit mala. nam cum saepe delere posset barbaros, fouit: saepe Alaricum cum Gothis ⟨suis⟩ uicit, saepe conclusit semperque dimisit. cui quis fuerit exitus suo melius in loco dicetur. inter haec omnium antiquorum prae-

1 penā *D* 2 temporſ *B* 2—24 ⟨⟩ *D:* Interea rufinuſ cui a theodo | ſio orientalıſ aulę cura commıſſa eſt | malo pſıdıę deprauatuſ cū barbaro | rum ſolacıſ regnū tēptar& ınuadere | morte ıuſtıſſima poenaſ luıt · ſtılıco quoq; *B* 4 cum *om.* *D* 5 Archadıuſ *D* 9 archadii *D* 11 antlıocū *D* 13 archadıo *D* 15 ın ınſıdıaſ puerı *DP* 16 commoneant *D* Anthıochuſ *d* 18 eſt *om.* *D* antlıoco *D* 21 Archadıuſ *D* 24 ımmemor collatorum *D* 25 ımmemor affinıtatıſ *D*

sentiumque hostium longe inmanissimus Radagaisus rex Gothorum totam repentino inundauit Italiam impetu. nam fuisse in eius populo plus quam ducenta milia Gothorum ferunt. hic supra hanc incredibilem multitudinem indomitamque uirtutem barbarus erat et Scytha qui omnem Romani generis sanguinem diis suis propinare deuouerat. inuadit ilico Romam pauor infinitus, fit omnium Paganorum in urbe concursus, adclamatur a cunctis se haec ideo perpeti quod neglecta fuerint magnorum sacra deorum. magnis querellis ubique agitur et continuo de repetendis sacris celebrandisque tractatur. feruent tota urbe blasphemiae, uulgo nomen Christi tamquam lues aliqua probris ingrauatur. conducuntur a Romanis aduersum Radagaisum ⟨Gothorum regem⟩ duo pagani duces Sarus et Vldin Hunnorum. sed non sinit deus rem suae potentiae infidelium uirtutem uideri. conterritus namque diuinitus Radagaisus in aspero Faesulani montis iugo, urgente undique timore concluditur agminaque quibus angusta dudum uidebatur Italia, latendi spe in unum ac paruum uerticem truduntur. quod cum fame et siti conficerentur, rex Radagaisus solus spem fugae sumens, captus a Romanis in uincla conicitur ac paulisper retentus uita priuatur. tanta uero multitudo captiuorum Gothorum fuisse fertur ut uilissimorum pecudum modo singulis aureis passim greges hominum uenderentur.

XXVI

⟨Ea tempestate⟩ Alaricus ⟨Gothorum rex dicioni Romanorum et Theodosio imperatori subiectus atque contra Eugenium tyrannum solacia praebens et propterea Romanis dignitatibus honoratus felicitatem suam non ferens imperare quidem non elegit sed descendens ab urbe Constantinopolitana uenit ad partes occidentis. cumque uenisset in Illyricum, omnia subuertebat et transiens Thessaliam habita congressione circa

1 immaniſſimuſ *D* 3 duocenta *B* 5 ſcyta *B* 6 ilhco *B* 7 acclamatur *D* 8 ſuerit *D'* 9 querelıſ *D* 11 baſphemię *D* 13 *post* duceſ *add.* gothorū *B* 14 rem *om.* *B'* uirtute *B* 16 peculani *D*, feſulani *B* urguente *B* 17 anguſtare *D* 18 quod *D*: quo *B* 19 ſolu *B'* 20 coicitur *B*, cohicitur *D* 22 pecodū *D* 24 ⟨⟩ *D*: interea *B* 26 ſolatia *D* 27 imperatore *D* 29 ueniſ ſed yllıricū *D*

fluuium Pinum apud Nicopolim Epiri paene tria milia uirorum eius Thessali peremerunt. post haec autem⟩ Italiam ingressus cum ab Honorio sedes quo cum suo exercitu consistere possit expeteret, Honorius deliberato consilio eis Gallias concessit. qui dum ad Galliam pergens ob recuperationem iumentorum apud Pollentiam aliquantulum resedisset, Stilicho patricius in perniciem rei publicae Gothos pertemptans dum eos insidiis adgredi cuperet, belli summam Sauli pagano duci commisit. qui ipso sacratissimo die Paschae Gothis ⟨supplicantibus nihilque⟩ tale sperantibus super eos inruit magnamque eorum partem prostrauit. nam primum perturbati Gothi ac propter religionem cedentes demum arma corripiunt, more solito se cohortantur uictoremque uirtute potiori prosternunt exercitum.

XXVII Hinc in rabiem furoris excitati coeptum iter deserentes Romam contendunt petere, cuncta per quae ierant igni ferroque uastantes. nec mora uenientes urbem capiunt ⟨ac⟩ deuastant ⟨plurima miraculorum eius⟩ incendunt ⟨multosque senatorii ordinis diuersis subdidere suppliciis⟩ dato tamen prius praecepto ut siquis in sancta loca praecipueque sanctorum ⟨apostolorum⟩ Petri et Paulli basilicas confugissent hos in primis inuiolatos securosque esse sinerent, deinde in quantum possint praedae inhiantes a sanguine temperarent. ⟨Romanum tamen imperium deridentes imperatorem fecerunt quendam nomine Attalum, quem una die tamquam imperatorem fecerunt procedere, altera uero serui schemate ministrare.⟩ capta itaque Roma est ⟨nono kalendas Septembres⟩ anno millesimo centesimo sexagesimo quarto conditionis suae. die sane tertia sponte Gothi urbe discendunt ⟨fertur itaque quia

---

1 epyri *D* uiroſ *D* 2 theſalii perimerunt *D* 4 ei *B* 6 pullentiā *B* ſtilico comeſ *B* 8 aggredi *B* pagono *D* 9 paſ[h]ce *D* ⟨⟩ *D:* nil *B* ſuſpicantibuſ *B* 10 irruit *B* 12 ſe *om. DB* 13 uirtutē *B* 14 cęptū, ceptū *B* 15 p *in ras. in D, deinde* qua *B* 19 ſiqui *B* 20 pauli *DB* 21 ſinirent *DB* 22 iniantеſ *D'* 24 feterunt *D'* 25 ſeruiſ ſcemate *D* 26 viiii · kl sep · *D* 27 condicioniſ *B'* dieſ ante tercia *D* 28 i *in* gothi *in ras. in D* 28—313, 6 ⟨⟩ *D:* facto aliquan|tarū ędiū incendio · ſed ne tanto quidē | quantū olim a cęſare factū eſt *B*

cum Alaricus pergeret Romam, uir quidam uenerabilis conuersatione monachus eum monuisset ut mala talia facere non auderet neque necibus gauderet aut sanguine. at ille 'non' inquit 'ego uolens Romam proficiscor sed quidam cotidie molestus est torquens et dicens: perge et Romanam destrue ciuitatem.'⟩ deinde per Campaniam Lucaniam Brittiamque simili strage ⟨Gothi⟩ bacchantes Rhegium peruenere in Siciliam transfretare cupientes. quo cum transmeare ascensis nauibus uellent, perpessi naufragium plures suorum amisere.

Alaricus inter haec dum quid ageret deliberaret, apud XXVIII
Consentiam subita morte defunctus est. Gothi Basentium amnem de aluco suo captiuorum labore deriuantes, Alaricum in medio eius aluco cum multis opibus sepeliunt amnemque meatui proprio reddentes nequis locum scire possit, captiuos qui interfuerant extinguunt. regem deinceps Ataulfum Alarici adfinem Gothi constituentes, Romam redeunt: siquid residuum fuit, more locustarum eradunt, auferentes exinde Gallam Placidiam Theodosii principis filiam, sororem Honorii, quam sibi Ataulfus apud forum Cornelii coniugio sociauit. quae multo post rei publicae commodo fuit. nam ad hoc mariti animum acerrimo ingenio subtilibus blandimentis inflexit ut ultro a Romanis pacem expeteret. qui ad Gallias proficiscens, deinde apud Barcilonem fraude suorum occisus est. post quem Segeriens regnum capiens dum pacem Romanis seruare disponit et ipse a suis peremptus est. deinde Vallia regnandi iura suscepit ad hoc electus a Gothis ut pacem infringeret, ad hoc a deo ordinatus ut confirmaret.

Interea Stilicho ⟨patricius⟩ Vandalorum perfidae et dolo- XXVIIII
sae gentis genere editus, Eucherium ut dictum est filium iam a puero Christianorum persecutionem meditantem ut in impe-

3 ınquıd *D* 6 brıtıāq. *D* ſımılſ *D* 7 bachanteſ *D* regıum *D* 9 uellet *D*' 11 baſentū *DB* 12 lauore *D* 14 meatur (ea *in ras.*) *D* 15 extıngunt *B* athaulfum *B* 16 affıuem *D* reſıduı *B* 17 exıde *D* 19 athaultuſ *B* phorū *D* 21 accerrımo *B* 22 deın *B* 23 quem] quā *D* 25 deınd ın uualha *DP*, deınde uualha *B* 28 ſtılıco *B* 29 &ucherıum *B* uuaud · *semper BDP, quod non notabo* 30 a *om. B*

rio substitueret ante biennium Romanae inruptionis gentes copiis uiribusque intolerabiles hoc est Alanorum Sueuorum Vandalorum Burgundionum ⟨multasque cum his alias gentes⟩ ultro in arma suscitauit ⟨et Rhenum fluuium transeunt Francosque⟩ pulsare Gallia uolunt ⟨directoque impetu Pyrenaeum usque perueniunt⟩ ut sub hac necessitate a genero in filium extorquere imperium possit. tandem ubi imperatori Honorio exercituique Romano haec tam ingentia damna patefacta sunt, commoto iustissime exercitu occisus est Stilicho, qui ut unum puerum purpuram indueret, totius generis humani sanguinem dedit. occisus Eucherius eius filius paucique cum isdem satellites tantarum molitionum puniti sunt. eodem tempore clarissima urbis loca fulminibus diruta sunt, quae inflammari ab hostibus nequiuerunt.

XXX Inter haec apud Brittannias Gratianus ⟨municeps eiusdem insulae⟩ tyrannus mox creatus occiditur. huius in loco Constantinus ex infima militia propter solam spem nominis sine merito uirtutis eligitur. qui ad Gallias transiens saepe a barbaris incerto foedere inlusus detrimentum rei publicae magis fuit quam augmentum. tunc duo iuuenes locupletes Didymus et Viridianus, adsumptis propriis seruulis ac uernaculis sese patriamque a barbaris et tyranno defensare moliti sunt. aduersum hos Constantinus Constantem filium ex monacho Caesarem factum cum quibusdam foederatis barbaris in Hispanias misit. Constans barbarorum fultus auxilio eos primo proelio peremit. quibus barbaris dum claustra Pyrenaei montis commissa fuissent, ab eis tota illa quae per Gallias bacchabatur ferocitas gentium Hispaniarum prouinciis intromissa est. ita-

---

2 uiribusq. copus *DB* intollerabiles *B* halanorũ *D* 3 multaq. *D* alie *D* ultra *B* 4 ⟨⟩ *D:* easq; *B* 5 gallias *DB*, *deinde* uoluit *B* impetũ *D* 6 hanc *D* 8 hęc tamen *B* 9 cõmota *D*' stilico *B* 10 *post* totius *add.* suis *DP* 11 dedidit *B* iusdem *D* 15 brittanias *DB* 16 creatur *B* 17 infinima *D* 19 illusus *D* detrimento *B* 20 aucmtũ *D*, augmento *B* didimus *DB* 21 assumptis *D* 22 aduersus *B* 26 phemit *D* qui *B* pyrinei *B*

que post multas strages incendia et rapinas tandem diuisis sedibus barbari ad aratra conuersi Romanorum residuos coeperunt ut socios amicosque fouere.

LIBER DECIMVS QVARTVS

⟨Anno ab urbe condita millesimo centesimo sexagesimo I
quinto Theodosius iunior in oriente imperat, cuius imperii anno secundo Atticus episcopus Constantinopolitanus Iudaeum quendam paralyticum monens suadens atque baptizans sanum ex lauacro eduxit: secundum enim deum dicitur fuisse prouectus.⟩

Igitur imperator Honorius dum uires rei publicae cotidianis cerneret labefactari incommodis, uirum strenuum et bellicosum Constantium comitem ad Gallias cum exercitu mittit. is mox Gallias introgressus est, continuo Constantinum tyrannum apud Arelatem extinxit, Constans uero filius eius a Gerontio suo comite Viennae peremptus est. in cuius locum Gerontius Maximum quendam substituens ipse a suis militibus iugulatus est. Maximus deinde purpura exutus in Hispania exulans egens obiit. exinde Iouinus apud Gallias mox adsurgens cecidit. Sebastianus tyrannus frater eius continuo creatus occisus est. Tertullus consul qui se futurum principem in senatu gloriatus est, pari nihilo minus exitu periit. Attalus ⟨qui⟩ a Gothis imperator fuerat effectus, captus a Constantio missusque Honorio truncata manu uitae relictus est.

Heraclianus quoque ⟨Africae comes missus cum idem At- II
talus umbram gestaret imperii, Africam strenue aduersum iudices ab eo missos tutatus consulatum assecutus est. quo

2 cęperunt *D* 3 *subscriptum* EXPLIC' LIBER · XIII · INCIPIT | LIBER · XIIIJ; *in D*, ЄXPL HISTORIAЄ ROMANЄ LIB XII · JNCIPIT LIBЄR · XIII · *in B* 7 adeū *D* 8 moneſ *D'* 14 galha *B* ingreſſuſ *B* 15 extincx *D* 16 bienne *D* 19 ad|ſurrexit *B* 20 Tertelluſ *D* 21 ſe *om. B* 23 fuerat *D:* eſt (*sed erasum*) *B* poſtmodū *ante* captuſ *add. B* 25–316, 11 ⟨⟩ *D:* cū ſabino ſenero | cum trib; milibuſ ac ſeptingentiſ | nauibuſ ex africa romam tendenſ *B* 26 teſtaret *D*

superbia elatus Sabinum domesticum suum, uirum ingenio callidum industriaque sollertem et sapientem nominandum, si animi uires tranquillis studiis accommodauisset, generum allegit. cum quo quorundam periculorum suspiciones dum patitur, fecit atque aliquamdiu Africana annona extra ordinem detenta ipse tandem cum immensa satis incredibili classe nauium Romam contendit: nam habuisse hunc tria milia septingentas naues dicitur. quem numerum ne apud Xerxen quidem praeclarum Persarum regem et Alexandrum Magnum uel quemquam alium regem fuisse historiae ferunt. is simul ut cum agmine militum ad urbem pergens litore egressus est⟩ occursu comitis Marini territus et in fugam uersus adrepta naui solus Carthaginem rediit ⟨atque ibi continuo militari manu interfectus⟩ est. hos omnes Honorius optima religione magnaque Constantii industria superauit, merito sane, nam his diebus, praecipiente Honorio, fauente Constautio, sopitis apud Africam haereticis pax ecclesiae redditur. in qua fulgentissimus tunc apud Hipponem regium totiusque magister ecclesiae florebat Augustinus.

III Interea Vallia Gothorum rex, dei iudicio territus ⟨Gallam⟩ Placidiam apud se honeste habitam exigente Constantio fratri Honorio reddidit pacemque cum eo datis lectissimis obsidibus pepigit seque pro Romanis aduersus barbaros, qui Hispanias inuaserant, pugnaturum spopondit. mittunt e contrario Vandalorum, Alanorum, Sueuorumque reges principi Honorio legationem in his uerbis 'tu cum omnibus pacem habe, omnium obsides accipe. nos nobis confligimus, nobis perimus, tibi uincimus, tuae erit quaestus rei publicae si utrique pereamus.' his ita tantis incommodis deo fauente sopitis Honorius Gallam Placidiam germanam suam Constantio suo comiti fide integer-

1 ſupuia *D* 2 ſapiente *D* 3 collegit *D* 4 periculurū *D*' 5 aliquandiu *D* africanā annouam *D* detentā *D* 7 habuiſſet *D* 12 arrepta *B* 13 kartaginē *D*, chartaginē *B* 13—14 ⟨⟩ *D*: ibiq; peremptuſ *B* 13 miliatari *D* 14 hoſ *D*: oſ *B* 16 conſtancio *D* 17 eccleſiſ *B* 18 ypponi *D*, ipponi *B* 20 uuallia *B et* (*poster.* a *in ras.*) *D* 24 ſpopendit *D*' 25 halanorū *D* 27 opſideſ *D* 29 ſopituſ *D*

rimo et ingenti uiro iam dudum promissam magno cunctorum gaudio sociauit, ex qua Valentinianum filium Constantius genuit qui postea rei publicae imperium gessit. hoc in tempore foedus firmissimum cum rege Gothorum Vallia Constantius pepigit, tribuens ei ad habitandum Aquitaniam Galliae prouinciam eiusdemque prouinciae quasdam ciuitates uicinas. cernens itaque Honorius ubique se Constantii uirtute et ingenio seu per bella seu pacis moderatione tueri, eum cunctis adnitentibus apud Rauennam in regni consortium adsciuit, qui necdum septem mensibus adeuolutis ex hac luce subtractus est.

His diebus apud Bethleem Palaestinae beatissimus Hieronymus expletis nonaginta uno uitae annis ad Christum migrauit.

IIII Sequenti tempore Maximus apud Hispanias, factione ⟨autem⟩ Iouiani, qui tunc in re militari clarus habebatur, tyrannidem arripuit. nec multo post superati utrique et capti ab Honorii exercitu, eidem cum apud Rauennam tricennalia sua perageret, praesentantur. hac tempestate Brittanni Scotorum Pictorumque infestationem non ferentes Romam mittunt ac sui subiectione promissa contra hostes auxilia flagitant. quibus statim ab Honorio missa militum legio magnam barbarorum multitudinem strauit ceterosque Brittanniae finibus expulit. sed mox ut discessere Romani, deuecti iterum nauibus hostes obuia quaeque sibi conculcant ac deuorant. rursumque aduolant Romani caesumque hostem trans maria fúgant. hoc tempore dum Vandali Halanique Hispanias infestarent, Honorius ad eas defensandas Castinum ducem cum exercitu dirigit. qui Castinus praeclarum uirum Bonifacium ac bellicis artibus exercitatum inepto et iniurioso imperio ab expeditionis suae so-

4 uualhia *DB* 7 ubi *D'* ſe *om. D* 8 & *om. D* p *ante* pacıſ *add. D* 9 annitentibuſ *D* 10 euolutiſ *D* hac] ac *D* 12 phaleſtine *D* hieronim' *D* 13 xc *B* 16 iouiniani *D* 17 ſeparati *D* capti* (*uide fuisse* b) *B* 19 brittani *BD* ſothorū *D*, ſcottorū *B* 20 ſuiſ *D* 22 honerio *D'* 23 brittaniȩ *DB* 24 aduecti *B* 25 obuia *B*: omā *DP* 26 ceſamq; *B* alaniq; *B* 29 bonifatiū *B* exercitū *DB*

cietate auertit. Bonifacius uero periculosum sibi indignumque ratus eum sequi quem discordem superbientemque expertus esset, celeriter se ad portum urbis atque inde in Africam proripuit magnumque postmodum rei publicae detrimentum totiusque Africae causa excidii extitit. Castinus uero tanto collega ob suam intemperantiam priuatus nihil dignum in Hispaniis gessit.

V Inter haec Placidia Augusta a fratre Honorio pulsa ad orientem cum Honorio et Valentiniano filiis profecta a Theodosio Augusto, Arcadii alterius germani sui filio honorifice libenterque suscepta est. Honorius uero postquam cum minore de quo praemissum est Theodosio Arcadii sui germani filio annis quindecim imperasset cum iam antea cum fratre annis tredecim, ac sub patre duobus regnasset, rem publicam, ut cupierat, pacatam relinquens apud urbem Romam uita exemptus est corpusque eius iuxta beati Petri apostoli martyrium in mausoleo sepultum est. huic soboles nulla fuit. nam duae Stilichonis filiae id est Maria et Thermantia una post alteram eius coniugio sociatae, utraeque dei iudicio inopinata morte praeuentae ex hac luce migrauere. fuit sane Honorius moribus et religione patri Theodosio non ualde absimilis. cuius temporibus quamuis multa externa et ciuilia bella surrexerint, uel nullo uel minimo sanguine quieuere. exempto rebus humanis Honorio fultus praesidio Castini magistri militum Iohannes ⟨quidam ex imperialibus subscriptoribus⟩ imperium inuadit.

VI Anno ab urbe condita millesimo centesimo septuagesimo septimo Theodosivs Arcadii filius quadragesimus septimus ⟨ab Augusto⟩ regum Romanorum orientale regebat imperium ⟨ad quem legationem Iohannes mittit in imperatorem suscipi de-

---

1 Bonifatiuſ *B* 2 ſupuenienteq̄. *D* 9 cū honoria *BB* 10 archadii *DB* 12 theodoſio *B* archadii *DB* 13 ·xv· *B* 14 ·xiii· *B* 15 pactā *B* 17 ſobuleſ *B* 18 ſtiliconiſ *BD* hermantiā *D*, & hermantia *B* unā *D* 20 hanc *D* uirgineſ *post* luce *add. uulgo* 22 cibilia *B* ſurrexerunt *D* 23 exemto *D* 25 inuadit imperium *B* 28 archadii *DB* xl | tertiuſ *B* 29 regnū *D* 29—319, 5 ⟨⟩ *D:* Qui conpto patrui | ſui honorii funere mox *B*

precans et ipse Africam quam Bonifacius optinebat, bello reposcit quia ad defensionem sui infirmior factus est. at uero Theodosius legatis Iohannis in carcere trusis Ardaburium praetorem mittit aduersum eum, quem tyrannus apud Rauennam aggressus inclusit. quo Theodosius agnito⟩ Valentinianum amitae suae Placidiae filium Caesarem effectum cum matre Augusta ad recipiendum occidentis dirigit regnum ⟨et Asparem Ardaburii filium mittit ante eum contra Iohannem. angelus autem domini in habitu pastoris apparens deduxit Asparem et eos qui cum illo erant et ducit eos per paludem inuiam, quae Rauennae adiacet, quam deus peruiam operatus est. et transmeantes per aridam apertis portis ciuitatis inuentis tyrannum quidem occiderunt, Ardaburium autem a uinculis absoluerunt et⟩ Rauennam crudeliter depopulati sunt eo quod illius maxime ciues tyrannicae parti fauissent. Castinum uero magistrum militum damnant exilio, cuius arripuisse factione Iohannes tyrannidem credebatur. data Aetio uenia eo quod Hunni, quos per ipsum Iohannes ⟨in adiutorium⟩ acceperat, eius studio remeassent ad propria. Valentinianus igitur consensu totius Italiae imperator efficitur idemque ex decreto Theodosii Augustus appellatur.

VII Dum haec geruntur, Achilas nobile oppidum Galliarum a Gothis multa ui obpugnatum est donec inminente Aetio non inpuniti abscederent. ⟨sequenti autem anno id est sexto decimo imperii Theodosii Maruthas episcopus Mesopotamiae filium regis Persarum Hisdegerdi a daemonio uexatum sanauit. interea Theodosius imperator multa benignitate motus licet

1 bonifatiuſ *D* bella repoſſit *D*, bella repoſcit *P*: *corrupta putat Gruterus* 2 quia *om. D* firmior *D* 3 legati *D* 7—14 ⟨⟩ *D*: Quo tēpore | iohanneſ dū africā quam bonifatiuſ | optinebat bello repoſcit ad defenſio|nē ſui infirmior factuſ eſt; demq; ueni|enteſ placidia auguſta & ualentinianuſ | cęſar mira eū felicitate continuo oppri|munt regniq; gubernacula uictoreſ | abripiunt · quorū hunc militeſ *B* 10 inuiū *D* 11 quam] que *D* puiū *d* 14 crudeliter rauennā *B* 17 etio ueniā *D* 18 huniſ *D* 20 itemq; *B* 22 achillaſ *B*, achilaſ *DP*, Arelate *Gruterus* 23 pugnatū *D* imminente *B* etio *D* 24 abſederent *D* , 24—321, 7 | Bonifatiuſ inter hęc *B* 26 hiſdigerden *D*

Persas potentissime uicerit, parcens tamen Christianis qui habitabant in Perside, pacem amplectitur. cuius rei gratia mittit legatos Helionem patricium, quem ualde honorandum ducebat, et Auatolium orientis praetorem. Vararanes autem sciens superationem suam, suscepit legationem et ita persecutio cessauit, quae in Christianos agitabatur. uictoria si quidem auxilio dei a Persis collata Romani plurimi pollentes eloquiis conscribebant laudes imperatoris. cuius uxor heroico metro poemata multa confecit. erat enim eloquens, filia Leontii sophistae Atheniensis, a patre omnibus lectionibus erudita. quam dum imperator ducturus esset uxorem, Christianam Atticus fecit episcopus et in baptismate, cum prius uocaretur Atheuias, Eudoxiae nomen inposuit.

VIII Eodem tempore erant Gothi et gentes aliae multae ac maximae trans Danubium in Hyperboreis locis habitantes, ex quibus rationabiliores quattuor sunt, Gothi scilicet, Hypogothi Gepides et Vandali, nomen tantum et nihil aliud mutantes unaque lingua utentes, omnes autem fidei erant Arrianae malignitatis. isti sub Arcadio et Honorio Danubium transeuntes in terra locati sunt Romanorum. et Gepides quidem, ex quibus postmodum diuisi sunt Longobardi et Auares, uillas quae sunt circa Singidonem et Sirmium habitauerunt. Hypogothi uero post Alarichum Romam depopulantes in Gallias abierunt et quae ibidem sunt optinuerunt. Gothi autem Pannoniam habuerunt primum, dein nono decimo anno imperantis Theodosii iunioris Thraciae uillas habitauerunt et per quiuquaginta et octo annos in Thrace morantes occidentis quoque obtinuerunt imperium. porro Vandali Halanis sibi sociatis et Germanis qui tunc Franci uocantur ascitis transeuntes Rhenum fluuium Modogiselo duce, habitauerunt in Hispania, quae est prima Europae prouinciarum ab occidentali oceano. interea Valentinianus non solum Brittanniam et Galliam et Hispaniam

3 legatoriof *D* 4 anotohū *ut uid. d* huararanef *D* 9 leontı *D* 13 eudocıe *D* 16 gothıf fılıcet · ypogothı *D* 19 archadıo *D* 22 fıggedonē et fyrmıū *DP* hıpogothı *D* 23 habıerunt *D* 27 thrace *D* 29 Rhenum] nınū *DP* 30 modıgıfclo *DP* habıtato habıtauerunt *D* 32 brıttanıā *D*

saluare nequiuit sed et occidentalem Libyam, quae uidelicet regio uocatur Afrorum, amisit hoc modo.

Duo praetores erant quos diximus, Aetius scilicet et Boni- VIIII
facius, quos Theodosius postulante Valentiniano Romam direxit. cumque Bonifacius principatum occidentalis Libyae percepisset et⟩ apud Africam potentia gloriaque augeretur, ⟨inuidia flammatus Aetius accusationem facit aduersus eum tamquam rebellionem meditantem et optinere Libyam satagentem et haec quidem Placidiae fatebatur Valentiniani matri. ceterum Bonifacio scribit 'quia si accersitus fueris, accedere noli: incusatus enim es et te dolose uocant imperatores.' haec suscipiens Bonifacius et ueluti proprio seruo Aetio credens accersitus accedere distulit. tunc imperatores Aetium quasi deuotum receperunt et aduersus Bonifacium Mauortius et Gabio mittuntur⟩ qui dum Bonifacium obsidere parant, ab eo interempti sunt. rursus contra Bonifacium Sigisuuldus comes dirigitur. Bonifacius uero sentiens se non posse tuto Africam tenere, cernensque sibi periculum instare, ⟨in⟩ perniciem totius rei publicae efferuescens ⟨transfretans a Libya in Hispaniam ad Vandalos Halanosque uenit. cumque Modogiselum inuenisset mortuum et filios eius Gontharium et Genserichum principatum moderantes, hortatus est ut Hesperiam Libyamque in tres partes diuiderent. polliciti sunt uni cuique tertiae parti se una cum ipso principaturos, in communi tamen in quemlibet hostem ulturos. in talibus ergo professionibus Vandali Halanique fretum transmeantes Libyam habitauerunt et⟩ cun-

---

1 lıbıam *D* 3 etıuſ ſılıcet *D* 5 lybıe *D* 6 potentıā *BD* gl-amq. *D* augebatur *D* ınuıdıa *D* 6—15 ⟨⟩ *D:* mıttuntur | aduerſuſ eū mabortıuſ & galbıo *B* 7 etıuſ *D* 8 lıbıā *D* 9 ** matrı (*fuit* am) *D* 10 fuerıt *ut uid.* *D*' 11 uocant] uolunt] *D* 12 etıo *D* 13 etıū *D* 14 mabortıuſ *D* galbıo *DP* 15 mıttunt *D* 16 bonıfatıū *B* *post* ſunt *add.* exınde gentıb; quę | utı nauıbuſ neſcıebant dū a concertan ‖ tıbuſ ın auxılıum uocantur mare puıum | factum eſt *add.* *B* ſıgıſıuulduſ *B* bonıfatıuſ *B* 19 effer|ueſ cenſı *D* 19—26 ⟨⟩ *D:* uuandalorū alanorumq; gentē cū geıſe|rıco ſuo rege ab hıſpanıſ euocatoſ afrıcę | ıntromıſıt quı *B* 19 lıbıa *D* 20 guandaloſ *D* modıgıſclū *DP* 22 lıbıā *D* 24 ıpſoſ *D* ın communı — 25 ulturoſ *om.* *D* 25 guandalı *D* 26 bıbıā *corr.* *in* lıbıā *in* *D*

etam paene Africam ferro flamma rapinis crudelissime deuastantes catholicam insuper fidem Arriani impietate subuertere.

X Sub hoc turbine beatissimus, de quo praemissum est, Augustinus Hipponensis episcopus, ne ciuitatis suae ruinam cerneret, tertio eius obsidionis mense sex et septuaginta uitae annis expletis, ex quibus quadraginta in clericatu seu episcopatu transegerat, ad Christum perrexit.

Eodem tempore ⟨quidam senatus Romani, amici Bonifacii, falsam accusationem Aetii intimauerunt Placidiae ostendentes quoque et Aetii ad Bonifacium pridem scriptam epistulam. quam ad eos idem miserat Bonifacius. ast stupefacta Placidia Aetium quidem in nullo laesit, Bonifacio uero uerbum cum iuramentis misit exhortatorium. porro Gonthario mortuo Genserichus Halanorum Vandalorumque factus est imperator. Bonifacius ergo uerbo suscepto contra Vandalos armatur exercitu magno sibi ueniente tam a Roma quam a Constantinopoli, cuius Asparis erat magister. inito autem contra Genserichum proelio superatus est Romanorum exercitus. sicque Bonifacius cum Aspare Romam ueniens suspicionem dissoluit rei ueritate monstrata et⟩ accepta ⟨ab imperatore⟩ magistri militum dignitate. qui cum resistente sibi Aetio proelio superauisset, paucis interiectis diebus morbo extinctus est.

XI ⟨Porro Africa taliter est a Vandalis subacta. tunc et Marcianus qui postmodum imperauit, cum miles esset et Aspari deseruiret, uiuus a Genserieho comprehenditur.⟩ Aetius uero cum deposita dignitate in agro *suo degeret ibique eum quidam eius aemulus repentino incursu opprimere temptasset, profugus ad urbem, itaque illinc ad Dalmatiam, deinde Pannonias ad Hunnos peruenit, quorum amicitiis auxilioque usus pacem principum Aetius *cum receptu* interpolatae potestatis

1 poene *DB* 2 ſubuerterent *D* 4 ypponienſiſ *D*, ipponienſiſ *B* ciuitati *B* 5 LXX *B* 6 XL *B* ſeu in *B* 8—20 ⟨ ⟩ *D*: | pacē totiuſ orbiſ & conſenſione mira|bili bonifatiuſ ab africa ad italiam ‖ per urbem redut *B* 8 bonifatii *D* 9 etii *D* 10 etii *D* epſam *D* 12 etiū *D* 14 guandalorūq. *D* 15 guandaloſ *D* 17 aſperiſ *D* 19 aſperi *D* 20 ueritatē monſtratā *D* 21 etio *D* 23 aliter *D* guandaliſ *D* et *om. D'* 24 aſperi *D* 25 deſeuiret *D* 30 etiuſ *D* etiuſ *D*, &iuſ *B* cum receptu *om. DBP*

obtinuit nec multo post patriciatus etiam dignitatem adeptus est. post eam igitur, quae praemissa est, Africae cladem, data per Trigentium ad habitandum Vandalis Africae portione pax cum eisdem necessaria magis quam utilis facta est. his etiam temporibus Gundicarium Burgundionum regem intra Gallias habitantem Aetius patricius bello optriuit pacemque ei supplicanti concessit. interea Gothi pacis placita perturbant et pleraque municipia uicina suis sedibus occupant. cumque essent maxime oppido Narbonensi infesti ciuesque eius longa obsidione et fame affligerent, adueniens comes Litorius hostes in fugam uertit et ciuitatem adlata frumenti copia a fame liberauit. dehinc anno sequenti bellum aduersus Gothos Hunnis auxiliantibus gestum est. hac tempestate Gensericus, apud Africam intra habitationis suae limites cupiens catholicam fidem Arriana impietate subuertere, quosdam nostrorum episcopos eatenus persecutus est ut eos priuatos iure basilicarum suarum etiam ciuitatibus pelleret, cum ipsorum constantia nullis superbissimi regis terroribus cederet.

⟨Circa eadem tempora multi Iudaeorum in Creta Christiani XII
sunt facti propter huius modi passionem. quidam Iudaeus finxit semet ipsum esse Moysen et caelitus destinatum ut Iudaeos illam insulam habitantes per mare deduceret, ipsum se esse dicens qui olim filios Israel per rubrum mare saluauerat. circuibat itaque toto anno unam quamque illius insulae ciuitatem suadebatque Iudaeis ut crederent monens ut omnes pecunias atque possessiones relinquerent, cum utique deducti per siccum mare ad repromissionis gaudia peruenirent. at illi hac spe capti omne opus proprium neglegebant contemnentes etiam possessiones suas et dimittentes eas quibuscumque personis. cumque uenisset dies, quam designauerat seductor ille Iudaeus, eo praecedente sequebantur omnes cum coniugibus et paruis

3 trigetiũ *B* uuandalis *DB* portionẽ *DB* 6 etius *D*, ętius *B* obtriuit *B* 7 placida *B* 9 loga *D'* 11 allata *D* 12 aduersum *B* hinnis *B* 13 geisericus *B* 19–325, 21 ⟨⟩ *D*: his deniq; diebus *B* 21 fincxit *D* destinatus *D* 22 illũ *D* 23 saluauerit *P* 27 peruenire *D* 29 dimittens *D* 31 sequebatur *D*

aetatibus. deduxitque eos ad quandam rupem decliuius incumbentem iussitque ut comarum schemate semet ipsos inuoluerent. hoc ergo faciebant priores et cum uenirent ad rupes, repente moriebantur tam dilacerati acutis rupibus quam in aqua necati. plus tamen mori potuerunt nisi deo prouidente quidam uiri Christiani superuenissent piscatores atque negotiatores, qui alios cum necarentur eripientes recreauerunt tum malum eorum stultitiae sentientes, alios ne semet ipsos iactu interficerent tenuerunt, nuntiantes eorum mortem qui primo ceciderant. qui etiam agnoscentes seductionem culpabant se eo quod facile ei credidissent. cumque uoluissent illum perimere seductorem, comprehendere nequiuerunt, repente namque disparuit deditque suspicionem quia fuerit daemon erroneus humano schemate circumamictus. pro hac itaque passione multi tunc Cretensium Iudaeorum ad Christianam conuersi sunt fidem.

XIIII Interea incendium in ciuitate Constantinopolitana factum paulatim peruenit ad thermas quae uocantur Achilleae, deinde ad locum qui dicitur Pelargus, ita ut Nouatianorum comprehenderetur ecclesia. tunc fertur Paulum eorum episcopum inter flammas ecclesiae restitisse, supplicantem deo ne ecclesia pariter cremaretur. qui locus ereptus est et hactenus decimo sexto kalendis Septembris apud Nouatianos collectio celebratur. hunc tamen locum non solum Christiani sed etiam Pagani ex eo tempore uenerantur. exigit nunc locus edicere de hac haeresi unde exorta est. Nouatus itaque presbyter ecclesiae Romanae, qui propter persecutionem, quae sub Decio fuerat facta, se episcopum facere et Cornelium eicere uolens, faciens oblationes et dispertiens uni cuique portionem et tradens hoc iurare pro benedicere miseros homines cogit tenens utraque manu manum accipientis et non dimittens donec iurans haec dicat 'iura mihi per corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi quod numquam aliquando me derelinquas et ad

2 tomarū *DP*, *suspectum Grutero*, comarum *Pithoeus* ſcemate *D* euoluerent *D* 5 necti *D* 13 dıſparunt *D* 14 ſcemate *D* hanc ıta *D* 22 xṽı kƀ sep̄ *D* 26 hanc hereſe *B* 33 ıhū *D*

Cornelium redeas.' et infaustus homo non prius gustat quam sibi antea maledicat et pro eo ut dicat accepto pane illo 'amen' dicit 'ulterius iam non redeam ad Cornelium.' de hac XIIII
religione uolens imperator Constantinus pacisci ecclesias, Acesium episcopum ad concilium Nicenum euocauit. quem post definitionem fidei requisiuit si et ipse consentiret in fide et decreto Paschalis festiuitatis. at ille 'nihil' inquit 'noui o imperator quod synodus definiuit. sic enim olim et temporibus apostolorum ipse percepi et terminum fidei et tempus Paschalis festiuitatis.' porro denuo imperatore requirente 'cur ergo te a communione separas?' ille ea quae sub Decio gesta sunt persecutionis tempore replicauit et subtilitatem acerbissimae regulae deduxit ad medium dicens 'quia non oporteat eos qui post baptisma peccant peccato quod ad mortem esse scripturae pronuntiant, communicatione sacramentorum fieri dignos sed inuitandos quidem ad paenitentiam, spem uero remissionis non a sacerdotibus sed a deo solum modo sustinere qui potestatem habet peccata remittere.' haec cum dixisset Acesius imperator ait 'o Acesi pone scalam et si potes ascendere, solus in caelum ascende.'

Igitur⟩ Valentinianus Augustus ⟨Constantii et Gallae filius⟩ XV
ad Theodosium principem suum consobrinum Constantinopolim profectus est filiamque eius ⟨Eudoxiam nomine, quam sibi Eudoxia genuerat⟩ in matrimonium accepit ⟨et Romam rediit consulatu Isidori et Senatoris. sequenti uero anno Theodosius imperator Eudoxiam uxorem suam Hierosolymam misit gratificos hymnos oblaturam deo. quae plurima dona ecclesiis contulit et adoratis tam sancta cruce quam colendis locis reuersa est ad regalia.

Tricesimo deinde imperii Theodosii anno terrae motus facti sunt magni Constantinopolim per quattuor menses ita ut timentes Byzantii extra ciuitatem in loco qui dicitur Campus

---

3 dıcıtur de hanc ıgıtur *D* 6 fınıtıone *D* 7 decreto *om.* *D* paſchalı *D* 8 quod *om.* *D* 9 percıpı *D* paſchalı *D* 12 aceruıſſıme *D* 22 conſobrınum *D:* fratru | elem *B* 23 ſıbı eudotıa *D*, ſıbı eudocıa *P* 26 eudocıā *D* hìrm̄a *D* 27 hımnoſ *D* 32 bızantıı *D*

essent perseuerantes una cum episcopo ad deum precibus et litaniis uociferantes. quadam ergo die fluctuante terra et omni plebe attentius exclamante *κύριε ἐλέησον*, circa horam tertiam omnibus uidentibus contigit a diuina uirtute sustolli quendam adulescentulum in aerem et audiri diuinam uocem admonentem eum episcopo ac populo nuntiare ut litanias sic facerent et dicerent 'sanctus deus sanctus fortis sanctus immortalis miserere nobis' nihil aliud apponentes. Proclus autem episcopus hac suscepta sententia praecepit populo psallere sic et statim terrae motus cessauit. porro beata Pulcheria super miraculo una cum fratre supra modum admirata sanxit per uniuersum orbem diuinum hunc psallere taliter hymnum et ex tunc receperunt omnes ecclesiae per singulos dies hunc canere deo.⟩

Per idem tempus ⟨piratae⟩ multas insulas praecipueque Siciliam depopulati sunt.

XVI Inter haec Litorius, qui secunda ab Aetio patricio potestate Hunnis auxiliantibus praeerat dum Aetii gloriam superare appetit dumque aruspicum responsis et daemonum significationibus fidit, pugnam cum Gothis inprudenter conseruit. ac primum quidem magnam hostium stragem dedit, postmodum suis paene omnibus trucidatis ipse a Gothis turpiter captus est. postremo pax cum eisdem facta est, cum eam Romani post huius lacrimabilis belli perniciem humilius quam umquam antea poposcissent. Aetio itaque in Galliis rebus quae conponebantur intento, Genserichus de cuius amicitia nihil metuebatur Carthaginem dolo pacis inuadit omnesque opes eius excruciatis diuerso tormentorum genere ciuibus in ius suum uertit nec ab ecclesiarum despoliatione abstinens, quas sacris uasis exinanitas et sacerdotum administratione priuatas non iam diuini cultus loca sed suorum esse iussit habitacula, in uniuersum captiui populi ordinem saeuus sed praecipue nobi-

2 latanıſ *D* 3 eleıſon *D* 5 adoleſcentulum *D* ammonentē *D* 6 nuncıare *D* letanıaſ *D* 7 scs D̅S̅ · sc̄s FORTIS · sc̄s ĪMORTALIS · *D* 9 hac] ac *D* 10 pulcerıa *D* 11 ammırata *D* 14 pyrate *D* 16 etıo *D*, ętıo *B* 17 etıı *D*, ętıı *B* 22 hıſdem *D* 24 ętıo *D* rebuſ quę ın gallıſ cōponebantur *B* 25 genſerıcuſ *B* 26 kartagınē *D*, charta|gıne *B* extrucıatıſ *D* 29 āmınıſtratıonē *D*

litati et religioni infestus ut discerni omnino non possit hominibus magis an deo bellum intulisset. igitur Carthago a Vandalis hoc modo capta est annis quingentis octoginta et quinque euolutis postquam Romano coeperat iuri parere. sequenti deinde anno Genserichus ad Siciliam transiens dum magnis eam calamitatibus affligeret accepto nuntio de Sebastiano, qui ab Hispaniis ad Africam tenderet, celeriter Carthaginem rediit ratus periculosum sibi ac suis fore si uir bellandi peritus recipiendae Carthagini incubuisset. uerum ille amicum se magis quam hostem uideri uolens dum de regis barbari amicitiis inprouise praesumeret, infelici morte peremptus est. post haec imperator Theodosius bellum contra Vandalos mouit, Ariouindo et Ansila atque Germano ducibus magna cum classe directis. qui longis cunctationibus negotium differentes Siciliae magis oneri quam Africae praesidio fuere.

Per haec tempora ⟨Attila rex Hunnorum uir fortis atque XVII
superbus dum cum fratre Bleba super Hunnos principaretur⟩ Thracias et Illyricum saeua depopulatione uastabat ⟨et omnes ciuitates et castella in seruitutem redigens praeter Hadrianopolim et Heracliam, quae quondam Perinthus uocabatur. tunc⟩ exercitus ⟨Romanorum⟩ qui in Sicilia morabatur ad defensionem orientalium prouinciarum reuertitur. ⟨cogitur ergo Theodosius legationem Attilae mittere et sex milia librarum ei pro recessu praebens, milla librarum annuum tributum persoluere pollicetur.⟩

Sub his fere diebus tam terribili Roma terrae motu concussa est ut plurimae eius aedes aedificiaque corruerint.

Brittanni itaque de quibus praemissum est cum rursus XVIII
Scotorum Pictorumque incursionibus premerentur, mittunt Aetio epistulam lacrimis aerumnisque refertam eiusque quantotius

---

2 kartago *D*, chartago *B* uuandaliſ *DB* 3 octogınta *D:* octingenta *B* 4 ceperat *D* 5 genſericuſ *B* 6 nuncıo *D* 7 kartagınē *D*, chartagınē *B* 9 kartagını *D*, chartagını *B* 11 praeſumenſ *DB* 12 uuandaloſ *DB* ariuın|do *D*, arıo.uındo *BP* 13 ductıbuſ *B* 16. 17 ⟨⟩ *D:* hunnıſ *B* 18 tracıaſ *B* yllırıcū *DB* uaſtantıb; *B* 20 perınthū *D* 27 ut prımę *B* curruerınt *D'* 28 brıttanı *DB* 29 ſcottorū *DB* etıo eplam *D*, ętıo epıſtulam *B* 30 quamtotıuſ *B*

auxilium efflagitant. quibus dum Aetius minime annuisset eo quod contra uiciniores hostes occupatus existeret, quidam Brittannorum strenue resistentes hostes abigunt, quidam uero coacti hostibus subiciuntur. denique subactam Picti extremam eiusdem insulae partem, eam sibi habitationem fecere nec ultra exinde hactenus ualuerunt expelli. at uero residui Brittannorum dum continue Scotorum impetus formidarent, ultra iam de Romanorum praesidio diffidentes, Anglorum gentem cum suo rege Vertigerno ad defensionem suae patriae inuitauere. quos cum amicali societate exceptos uersa in contrarium uice hostes pro adiutoribus inpugnatoresque sensere. sequenti deinceps tempore gens Anglorum siue Saxonum Brittanniam tribus longis nauibus aduehitur. quorum dum iter prosperatum domi fama rettulisset, mittitur nihilo minus exercitus multiplex, qui sociatus prioribus primum hostes propter quos petebatur abigit, deinde in Brittones arma conuertens, conficta occasione quasi pro se eis militantibus minus stipendia praeparassent, totam prope insulam ab orientali eius plaga usque ad occidentalem incendio sibi seu gladio subegit.

XVIIII At uero Theodosius dum absque uiginti et uno superioribus annis, quos cum Honorio patruo regnauerat, septem et uiginti annis imperium gessisset, ex quibus cum Valentiniano genero uiginti quinque transegit, apud Constantinopolim morbo consumptus obiit ibique sepultus est. ⟨fuit autem hic Theodosius sic sapiens ut inter confabulantes experimentum omnium crederetur habere causarum. perdurabat in frigore similiter et in aestu, plerumque ieiunabat et maxime quarta feria et sexta studio Christianitatis nec aliter quam monasterium regalia uidebantur. ipse namque matutino ad suas sorores pergens diuinas dicebat laudes. quam ob rem etiam sacras litteras sine codice recitabat. loquentibus episcopis uelut olim sacer-

1 etiuſ *D*, ętiuſ *B* 2 uicinoſ *D* 2 *et* 6 brittanorū *DB* 3 hoſtef *B*: hoſ *D*, *deinde* habigunt *D* 5 partim *B* 6 actenuſ *B* expellere *D* 12 brittaniā *DB* 13 inter *B* 14 retuliſſent *D* 15 hoſtef populi quoſ pateba|tur *B* petebat *D* 20 xx uno *B* 22 geſſit *D*, geſſitſ& *B* ualentiano *B* 23 xxv *B* 24 eſt *ante* obiit *add.* *D* 25 fabulanteſ *D* 29 ſorororeſ *D*

dos factus ex diuina lectione respondebat congregabatque sacros codices et quoscumque libet eorum interpretes seu expositores conscripsisse uidebantur plusquam Ptolomaeus studuerat Philadelphus. patientia atque clementia uniuersis hominibus eminebat. nam Iulianus imperator licet philosophus fuerit, non tamen Antiochensium portauit iniuriam sed maxime Theodoro tormenta indignatus inposuit. porro Theodosius multum gaudens syllogismis Aristotelis philosophiam exercebat operibus, iram tristitiam libidinemque deuincens et in nullo se ulcisci desiderans.

XX dum igitur a quodam familiarium interrogaretur cur nullum se laedentium morti subiceret? 'utinam' inquit 'esset mihi possibile ad uitam etiam mortuos reuocare.' sic enim fuit clemens ut siquando quispiam dignum aliquid morte committeret, nec usque ad ciuitatis portas moriturus perueniebat sed ex eius clementia continuo reuocatio sequebatur. dum aliquo tempore ipse in amphitheatro Constantinopoleos spectaret, coepit clamare populus 'crudeli bestiae artifex parabolus pugnet.' at ille 'nescitis' inquit 'quia consueuimus nos expectare clementer.' tanta enim pietate praecelluit ut omnes quidem deo consecratos honoraret praecipue tamen quos audiebat ueneranda actione pollere. fertur autem quia dum Constantinopolim episcopus Chebronensis fuisset mortuus, sagum eius ualde sordidissimum quaesierit eoque circumamictus sit credens aliquid se ex defuncti sanctitate promereri.

XXI Cum aliquando aeris tempestas esset et ille circum populum expectaret, pleno circo tempestas uehementius agebatur multo imbre diffuso. dumque hoc fieret, suam uoluntatem imperator aperuit fecitque per praeconem clamari quia melius esset spectaculum contemnere et omnes rogare deum ut inlaesi ab iminente tempestate seruarentur. quo dicto cuncti populi magno gaudio supplicantes hymnos concorditer offerebant et tota ciuitas uelut una psallebat ecclesia. in medio autem horum

---

2 b *in* libet *in ras. in D* ınterpretoreſ conſcrıpſiſe *D* 3 ptholomeuſ *D* 9 arıſtıcıā *D* 13 *et* 24 alıquıt *D* 17 expectare cępıt *D* paraboluſ *Gruterus ex Cassiodorio:* parabulıſ *DP* 26 cırcū ppt̃ populū expectaret *DP* cırcu *D* 28 eſſe *D* 29 contēpnere *D* 30 cuncto populo *D*

imperator existens priuato schemate properabat. nec spe sua frustratus est, repente namque aer ad serenitatem rediit diuina clementia reuocatus annum praebuit frugibus uniuersis uberrimum. siquando bella mouerentur, secundum Dauid confugiebat ad deum sciens: eum proeliorum auctorem inimicos orationibus
XXII superabat. nec tamen uir iste uitiis carebat. fuit enim mobilis omni uento circumdatus unde et in chartis non lectis se subscribebat. interea beata Pulcheria nondum cuiquam fratris Theodosii imperatoris morte comperta, Marciano accersito in religione ac pudicitia conuersante sene uidelicet et idoneo uiro dicitque ei 'quoniam imperator mortuus est et ego te eligam tamquam bene placentem ex omni senatu, da mihi uerbum quod custodias uirginitatem meam quam deo commisi et pronuntiabo te imperatorem.' quod illo sacramento pollicente accersito patriarcha Anatolio pariter et senatu pronuntiauit eum Romanorum imperatorem.⟩

LIBER DECIMVS QVINTVS

I Anno ab urbe condita millesimo ducentesimo quarto defuncto Theodosio MARCIANVS quadragesimus octauus ab Augusto orientali aulae praeficitur imperator. ceterum Valentiniani tempora huius uel superioris imperatoris curriculis adscribuntur. igitur Valentinianus occidui rector imperii pacis ea tempestate foedera cum Genseriche Vandalorum rege firmauit certisque spatiis Africa inter utrosque diuisa est. Gensericlius uero dum de rerum successu tumidus etiam apud suos superbiret, ualida aduersus eum suorum conspiratio facta est. quorum molitione detecta diuersis ab eo excruciati periere suppliciis. horum si quidem

---

1 ſcemate *D* 2 ſeretatē *D*' redut *om. D* 4 dauid] dđ *add. D*[m] 6 uitiaſ *D* 13 pnunciauit *D* 16 *subscriptum* EXPLIC' LIBER · XIIII · INCIPIT LIBER · XV · *in D* EXPL LIB XIII · JNCIP LIBER XIIII *in B* duocenteſimo *B* 19 quadrageſimuſ quartuſ in numero | marcianuſ orientali *B* 21 aſſcribuntur *D* 23 genſerico *B* uuandalorū *BD* firmabit *D* 24 africā *D* genſericuſ *B* 25 ſubir& *B* 27 extruciati *D*

funeribus non minus uirium amisit quam si exsuperatus belli certamine fuisset.

Interea rex Hunnorum Attila, dum cum fratre Bleba regnum intra Pannoniam Daciamque gereret, Macedoniam Moesiamque et Achaiam utrasque etiam Graecias inmanissima rabie ⟨ut dictum est⟩ deuastaret, Blebam suum germanum regnique consortem peremit eiusque sibi parere populos conpulit. fultus itaque fortissimarum gentium, quas sibi subiugarat, praesidio ad occidentale demoliendum animum intendit imperium. ⟨cuius exercitus septingentorum milium esse numero ferebatur, uir in concussionem orbis in mundo natus, terrarum omnium metus quo uulgatus erat. namque superbus incessu huc se atque illuc circumferens ut elati potentia ipso quoque motu corporis appareret, bellorum quidem amator sed ipse manum temperans, consilio ualidissimus, supplicantibus exorabilis, propitius in fide semel receptis, forma breuis, lato pectore, capite grandiori, oculis minutus, rarus barba, canis aspersus, simus naso, taeter colore, originis suae signa restituens.⟩ erant si quidem eius subiecti dominio rex ille Gepidarum famosissimus Ardaricus, Valamir etiam Gothorum regnator, ipso cui tunc seruiebat rege nobilior, fortissimae nihilo minus gentes Marcomanni Sueui Quadi, praeterea Heruli Turcilingi siue Rugi cum propriis regulis aliaeque praeter hos barbarae nationes aquilonis in finibus commanentes. II

Horum omnium Attila superbus imperio quamquam uirium robore facile se posse adipisci putaret quod cuperet, non minori tamen consilii astutia quam armorum fortitudine hostes adgredi satagebat. praeuidens itaque sagacitate qua callebat non sibi fore tutum si Gothi qui intra Gallias morabantur, Ro- III

1 uirũ *D* exuperatuſ *D* 4 pannoniaſ *B* miſiamque *BDP* 5 graeciaſ *D* immaniſſima *D* 6 deuaſtarent *D* ſuum *om. B* 7 phemit *D* 9 occidentalem *BD* 10 quingentorũ *D* 11 orbiſ *om. D* natuſ in mundo *D* 12 qui uulgata *D* ſe *om. D* 14 armator *D* 15 ſupplicantiũ *D* 17 ſemo naſu *D* teter *D* 18 resipiens *coni. Gruterus* erat *D* 19 ardaricuſ *sic BDP* 20 uualamir *BD* ipſe *D* 22 eruli *B* turgilin'giſ · ſiue *B* 25 uirũ *D* 28 aggredi *D* ſagacitate *D*'

manis auxilio iungerentur, amicum se Gothis simulans aduersum Romanos se asserit proeliaturum Romanorumque e diuerso quasi amicitias appetens in Gothos, eorum uidelicet hostes se pollicetur arma moturum. agebat itaque hoc uersuta barbaries, quatenus si hos posset a societate diuidere, facilius utrosque singulari certamine proculcaret. quas eius astutias Aetius non minori acumine praeuidens legatos ad Theodoricum, qui eo tempore Gothis apud Tolossam regnabat, dirigit qui cum eo pacis foedera sociarent. annuit iuxta Aetii uotum Romanorum legatis Theodoricus iungitque cum eis non minus sibi prospiciens firmissimum foedus promittitque se pariter pugnaturum. fuere interea Romanis auxilio Burgundiones, Halani cum Sangibano suo rege, Franci Saxones Ripari Olibriones Sarmatae Armoriciani Liticiani ac paene totius populi occidentis, quos omnes Aetius, ne inpar Attilae occurreret, ad belli adsciuerat
IIII societatem. conuenitur ex utraque parte in campos Catalaunicos, qui centum in longitudinem leucas et ex latitudine septuaginta leucis, ut Gallis mos est metiri, feruntur. Attila itaque primo impetu mox ut Gallias introgressus est, Gundicarium Burgundionum regem sibi occurrentem protriuit. deinde cum ad locum certaminis uentum esset, inquirit aruspicem siquid sibi de belli sorte uenturum praediceret. qui arte daemonica exta pecudum perscrutans Attilae infausta denuntiat, hoc tamen quantulumcumque solacium fore quod summus de parte hostili in certamine ductor occumberet. Attila uero dum haec de Aetii interitu, cuius mortem sitiebat, denuntiari putaret, non dubitauit uel cum suorum perditione bellum committere dum modo Aetium suis motibus fortiter obsistentem possit extinguere. committit itaque pugnam iam in uesperum die uergente ut, si superaretur ab hostibus, inminentis se noctis tenebris occu-

5 ſı** hoſ *D* 6 pro|cultar& *B'* ętıuſ *B:* eı' *D* 7 theodorıtū *BD* 8 tholoſſam *B*, tolloſſā *D* 9 ętı *B*, etıı *D* 10 theodorıtuſ *BDP* 13 rıparıolı brıoneſ *P*, rıparı · olıbrıoneſ *B*, rıparıolı *D* 14 poene *B* 15 etıuſ *D* 16 cataleunıcoſ *B* 17 leucaſ *A(?)*: leuuaſ *BD* LXX *B* leucıſ *A(?)*: leuuıſ *B*, leuuaſ *D* 18 monſ *D* 20 burgundonıū *D* ſıını *B* 22 dęmĩnıca *B:* domınıca *D* 23 pecodū *D* denuncıat *D* 24 ſolatıū *D* 25 etıı *D* 27 pdıcıonē *D* 28 etıū *D*

leret. conueniunt hinc et inde fortissimae nationes, conseruntur acies, fit bellum acre nimis et pertinax, quale uix ulla narratur historia, nec antea proeliandi ardore quieuere quam eis nox superueniens pugnandi uoluntatem adimeret. eo si quidem V
proelio centum octoginta milia hominum caesa referuntur tantumque est sanguinis effusum ut paruulus qui ibidem labebatur riuulus inmodicus subito torrens effectus cadauera secum traheret peremptorum. Attilam sane de morte Aetii sua suspicio fefellit. nam incolumi Aetio rex ibi Gothorum Theodoricus occubuit. in quo proelio quamuis neuter cessisset exercitus, constat tamen Attilam fuisse superatum. qui cum die altera intra plaustrorum munimenta se continens erumpere non auderet, nec tamen cessaret tubis et clamore perstrepere. Torismund Theodorici regis filius dolens de paterno funere statuit Attilam obsidione coartare ut eum eiusque exercitum ad internicionem usque deleret. tum Attila de uitae fiducia iam desperans ex equitatoriis ingentem pyram sellis construxit ut ibidem se Gothis inminentibus supposito igne cremaret, ne aut quisquam de eius laetaretur uulnere aut rex tantarum gentium in potestatem hostium deueniret. Aetius uero incaute perpendens Romanos a Gothis perempto Attila deprimi, ne deinceps aduersum Gothos, si necessitas incumberet, solacium haberet, Torismundo quasi eius rebus consulens persuadet ut domum reuerteretur, regnum paternum arriperet, ne, si ab eius inuaderetur germanis, acerbius ei esset cum suis quam cum hostibus dimicare. hoc ille consilium tamquam pro sua salute pro- VI
latum libenter amplectens domum reuersus est regnumque paternum suscepit. ceterum Aetius et ob hoc talia machinatus

---

1 hınetınde *B*, hınc | et deınde *D* 3 ante *D* 5 cLxxx mılıa *B*: centum | xxxl · mılıa *D* 6 ſanguıſ *D* lauebatur *B* 7 rıbuluſ ın modıcıſ *D* trahere phemtorū Attıla *D* 8 etıı *B* 9 ıncolumı *A*(?): ıncolomı *BP* etıo *D* theodorıtuſ *BD* 10 nauter *B* 11 conſtat *D* 12 ıntra | ıntra *D* plauſtorū *B* 13 thorıſmunduſ *D* 14 theodörıtı *BD* 15 obſidıonē *D* cohartare *BD* ınternıtıonem *B* 16 *in* tum *extrema hasta in ras. in B*, tunc *D* fıducıā *D* 18 immınentıbuſ *D* 19 tantorū *D* 20 poteſtate *D* ϵtıuſ *D* 22 ſolatıum *D* habere *B* 23 Thorıſmundo *D*: theodorıgo *B* 25 aceruıuſ *BD* 26 dımıgare *B* 28 etıuſ *D*

est, ut Attilam ab eius inpressione subduceret. inscia heu mens hominum quantum hac prouisione detrimentum patriae dum auertere cupit ingessit. at uero Attila cernens se relicto hostes ad propria remeasse erectis animis ac spe salutis eleuatus Pannonias repedauit multumque potiorem exercitum coaceruans Italiam furibundus introiit. ac primum Aquileiam ciuitatem in ipso Italiae sitam principio expugnare adgressus est, quam continuo triennio obsidens cum aduersus eam, strenue ciuibus repugnantibus, nihil praeualeret iamque murmur sui exercitus non ualentis famis tolerare penuriam audiret, cum die quadam ciuitatem circuit, ut ex qua parte eam facilius posset expugnare inquireret, cernit repente aues in aedificiorum fastigiis nidificare solitas, quae ciconiae uocautur, uno impetu ex urbe migrare fetusque suos sublatos rostris per rura forinsecus deportare. 'aspicite' inquit ad suos 'aues futurorum praescias perituram relinquere ciuitatem'. statimque adhibitis machinis tormentisque hortatur suos, acriter expugnat urbem ac sine mora capit: diripiuntur opes, captiuantur uel trucidantur ciues,
VII residuum direptioni igni supposito flamma consumit. fuerat si quidem in ea ciuitate feminarum nobilissima, Digna nomine, forma quidem eximia sed candore pudicitiae amplius decorata. haec dum habitaculum super ipsa urbis moenia haberet turremque excelsam suae domui inminentem, subter quam Natissa fluuius uitreis labebatur fluentis, ne sordidissimis hostibus ludibrium fieret animaeque pulchritudinem uel ui inlata libidine uitiaret, mox ingressum hostium captamque urbem praesensit, e summa se eadem turre obuoluto capite in gurgitem praecipitem dedit metumque amittendae pudicitiae memorabili exitu terminauit. plura praeterea eiusdem regionis castella inmanis hostis extinctis uel captiuatis ciuibus succendit ac diruit, Concordiam, Altinum siue Patauium, uicinas Aquileiae ciuitates illius instar demoliens solo coaequauit. exinde per uniuersas

5 portıorē *D'* coacerbanſ *BD* 6 ıntroıuıt *D* 8 obſıdeſ *D'* 9 ıam *D* 10 f *in* famıſ *in ras. in B* 12 fatıgıſ *D* nıdıficare ‖ *praeter* nı *in ras. in B* 14 foetuſq; *B* 19 dereptıonıſ *D* 25 ıllatalıbıdıne *D* 27 obuoluta *D* gurgıte *D*

Venetiarum urbes, hoc est Vicetiam Veronam Brixiam Bergamum seu reliquas nullo resistente Hunni bacchantur, Mediolanium Ticinumque pari sorte diripiunt, ab igne tamen abstinentes et ferro. deinde Aemiliae ciuitatibus similiter expoliatis VIII
nouissime eo loco quo Mincius fluuius in Padum influit castra metati sunt. ubi Attila consistens dum utrum adiret Romam an desisteret animo fluctuaret, non urbi cui infestus erat consulens, sed Alarichi exemplum pauens, qui captae a se urbi non diutius superuixit, dum ergo has animo tempestates reuolueret, repente illi legatio placidissima a Roma aduenit. nam per se uir sanctissimus Leo papa ad eum accessit. qui cum ad regem barbarum introgressus esset, cuncta ut optauerat optinens, non solum Romae sed et totius Italiae salutem reportauit. territus namque nutu dei Attila fuerat nec aliud Christi sacerdoti loqui ualuit nisi quod ipse praeoptarat. fertur itaque post discessum pontificis interrogatum esse Attilam a suis cur ultra solitum morem tantam reuerentiam Romano papae exhibuerit, quando quidem paene ad omnia, quae ille imperasset, obtemperarit. tum regem respondisse non se eius qui aduenerat personam reueritum esse sed alium se uirum iuxta eum in habitu sacerdotali adstantem uidisse forma augustiore, canitie uenerabilem illumque euaginato gladio sibi terribiliter mortem minitantem nisi cuncta quae ille expetebat explesset. igitur Attila VIIII
tali modo a sua saeuitia repressus relicta Italia Pannonias repetit. ad quem Honoria Valentiniani principis germana dum ab fratre ob decus pudicitiae districte seruaretur suum eunuchum dirigit quatenus eam sibi a fratre in matrimonium extorqueret. accepto itaque hoc Attila nuntio quia iam Italiae fines excesserat nec statim fatigato exercitu regredi poterat, mandat Valentiniano imperatori minitans peiora se proxime inlaturum Italiae nisi mox ei suam germanam cum parte regni

---

1 Vicetiam *P*: uicetiam *B*, uicettiā *D* pgamum *B* 2 bagantur *D* mediolanu ticini|umq; *B* 3 diripuit *D'* 4 exſpoliatiſ *B'* 8 alarici *B* 12 cucta *D* obtauerat *B* 15 pręoptabat *B* ferunt *D* 17 nontā referentiā *D'* exibuerit *D* 18 poene *B* 19 rege *B* 21 aſtantē *D* canicie *D* 23 ſi non *D* 26 a *D* 28 hoc *om.* *D* attilo *D'* 31 ſi *D*

debita transmisisset. qui reuersus ad proprias sedes, supra plures quas habebat uxores puellam ualde decoram, Ildicco nomine, sibi in matrimonium iunxit. ob cuius nuptias profusa conuiuia exercens dum tantum uini quantum numquam antea insemel bibisset, cum supinus quiesceret, eruptione sanguinis, qui ei de naribus solitus erat effluere, suffocatus extinctus est.

X eadem denique apud Constantinopolim nocte Marciano imperatori in somnis dominus apparens arcum Attilae fractum ostendit, quo scilicet armorum genere gens illa fidere in bello maxime solet. ⟨erat autem Marcianus admodum religiosus et timens deum, qui in litaniis campi pedes excalciatus incedebat, multa egentibus beneficia praestans. inter haec Pulcheria beata et pia dormiuit in Christo, quae multa bona fecit et omnia sua pauperibus dereliquit, quae imperator Marcianus, cum multa essent, alacriter dispertiuit. construxit autem eadem et multa oratoria domosque pauperibus et hospitibus nec non et sepulcra peregrinis aedificauit interque beatae dei genetricis et uirginis Mariae in Blacheruis et sancti Laurentii leuitae et martyris templa construxit.⟩

XI Dum haec geruntur, apud Brittanniam Pelagianae haereseos adsertores Brittannorum temptabant subuertere fidem. qui a Gallorum episcopis auxilium petentes ad rectae fidei defensionem sanctissimum uirum Germanum multisque iam uirtutibus clarum, Altisiodorensis ecclesiae episcopum accipiunt et Lupum Trecasenum praesulem aeque apostolicae gratiae uirum, qui non minus signorum miraculis quam doctrinae uerbis omnes ad sanae fidei confessionem reduxere. ecce autem adhuc ibidem sanctis episcopis consistentibus ualida Saxonum Pictorumque manus Brittanniam aduehitur. nihilo minus Brittones mox arma corripientes hostibus obuiam pergunt, cum

1 deuita *D* 2 decorũ *B* ıldıcto *B'* 3 ıuxıt *D* 7 conſtantıno•|polım *B* *posterior* ı *in* ımperatorı *in ras. in B* ımperatore *ni fallor B'* 10 ãmodũ *D* 11 letanıſ *D* cãpı pedeſ excalcıatı *DP* (excalciatus *scripsi*) 20 dum hęc — 21 fıdẽ *minutioribus litteris exarata in B* 20 gerent' *B* brıttanıam *BD* herefeoſ *D*, ęrefeoſ *B* brıttanorum *BD* 24 Altıſıodorenſiſ *P*(?): altıodorenſiſ *BD* 25 aeque *B*, eque *D*: atque *A* 28 ax *in* ſaxonum *in ras. in B*

quibus beatissimus Germanus sponte se offerens una pergit
ad proelium cumque ipse dux belli ante consertam aciem con-
stitisset iamque hostes conglobati propius aduentarent, non
tubae clangoribus, non gladiis fidens imperat solum modo san-
ctus antistes ut, cum ipse prior inclamasset omnes uoce con-
sona eundem responderent sermonem moxque eleuata magna
uoce Alleluia sonuit cumque omnis exercitus sublato ad sidera
clamore Alleluia respondisset cunctaque per circuitum loca re-
sultassent, continuo tantus hostes pauor inuadit, ut dissoluta
acie fugam arripientes ac si singulorum ceruicibus gladius im-
mineret tremebundi ad propria refugerent. igitur quia semper XII
uirtus inuidiam parit, Valentinianus imperator quantum res
edocuit prosperos Aetii successus, ut supra praemissum est,
pertimescens, eum simulque Boetium senatorem nobilissimum
gladio peremit. ita uir bellicosissimus Aetius et quondam
Attilae regis potentissimi terror occubuit, cum quo pariter et
occidentis imperium salusque rei publicae corruit nec ultra
hactenus ualuit releuari. sed nequaquam Valentiniano mors
Aetii inpune cessit: nam et ipse anno sequenti a Transila
Aetii milite, cum triginta annis imperium gessisset, confossus
interiit, ex quibus cum Theodosio socero uiginti quinque, cum
Marciano quinque imperauit.

Mortuo Valentiniano regni iura ⟨iam dictus⟩ Maxi- XIII (IIII *Grut.*)
mus apud urbem inuadens ⟨et Eudoxiae Valentiniani relictae ui
sociatus — per quae namque quis peccat, per ea quoque et corri-
pitur — inter haec igitur Eudoxia coartata nullum fore auxilium
a Constantinopoli existimans, Theodosio patre suo et Pulche-
ria amita sua defunctis: accersit Genserichum ex Africa ad

4 turbe *B'* nogladuſ *D'* ſolummo *B* 5 antiſtiſ *B* 6 ſermone *B* 7 inſonuit *D* omni *ſ (*fuit* omnuſ?) *B* 8 reſpondiſſent *D* 11 refugerunt *D* 13 etii *D* 15 phemit *D* etiuſ *D* 16 obcubuit *B'* 18 actenuſ *B* 19 etii *D* conceſſit *D* 20 etii *D* militeſ *ut uid.* *D'* *deinde* per conſilium Maximi *add.* *D* xxx *B* geſſitſ& *B* 21 xxv *B* 24 inuanenſ *ut uid.* *D'* 24—338, 2 ⟨ ⟩ *D:* nec dum duobuſ expletiſ menſibuſ a Romaniſ (a r. *om.* *B'*) peremptuſ eſt continuo aduectuſ ex Africa nauibuſ adeſt Genſericuſ cum ualediſſimo ſuae gentiſ exercitu *B* 25 quae *scripsi:* queq. *DP* co *in* corripitur *in ras. in* *D* 26 ergo *D* 27 conſtantinopoli *D*

urbem Romam rogans ut Maximi tyrannide liberaretur. magna uero cum classi e suis Censerichus ad urbem Romam nauigans⟩ fultus insuper praesidio Maurorum, cum adhuc Romanae ecclesiae beatissimus Leo ageret pontificatum, perculsis itaque Romanis tam terribili nuntio plurimis e nobilibus seu popularibus ex urbe fugientibus ⟨inter quos et Maximus tyrannus fugiens a Romanis perimitur. praeterea Gensericbus nemine sibi resistente introiuit Romam tertia die Maximi fugae⟩ occurrente sibi extra portam eodem sancto Leone episcopo, cuius supplicatio ita eum deo adiuuante liniuit ut cum omnia potestati eius esset tradita, ab igni tamen et caede atque suppliciis ab-
XIIII stineretur. quattuordecim interim dies secura et libera scrutatione omnibus opibus ⟨et miraculis⟩ suis Roma uacuata est ⟨in quibus erant ecclesiastica cimelia tota ex auro et lapidibus pretiosis ornata et uasa Hebraica, quae Titus Vespasiani filius post captiuitatem Hierosolymorum Romam detulerat⟩ multaque milia captiuorum prout cuique aetate aut arte placuerant cum regina Eudoxia, quae Gensericbum ad hoc facinus inuitauerat, duabusque eius filiabus Carthaginem abductae sunt. capta itaque hoc modo a Genserieho Roma est, postquam eam primo Alarichus inuaserat secunda iam uice expletis ab eo tempore quadraginta quattuor annis, a conditione sua mille ducentis atque octo euolutis. relicta itaque urbe per Campaniam sese Vandali Maurique effundentes cuncta ferro flammisque consumunt, quicquid superesse potest diripiunt, captam nobilissimam ciuitatem Capuam ad solum usque deiciunt captiuant praedantur. Nolam nihilo minus urbem ditissimam aliasque quam plures

1 ut M. tyrannide liberaretur *scripsi:* et maxımı tyrannı de|lıberarı *DP* 5 *post* nuntıo *add.* plurımıſ *D* nobılıbuſ ſımul ac popularıbuſ *B* 6 fugıenteſ *D* 6–8 ⟨⟩ *DP:* urbem omnı praeſıdıo uacuam genſerıcuſ obtınuıt *B* 7 phımıtur *D* 8 tercıa *D* 11 at *B'* 12 ſcrıp|tıone *D* 14 ecclaſ | tıcatı mılıa (*corr. ex* mıua) *D* 16 hıeroſolymarum *D* 17 arte pl — *in ras. in B* 18 *post* quae *add.* ıam dıctum *D* genſerıcū *B* 19 charthagınē *B*, kartagıne *D* abducta *BD* 20 hoc *om. B* genſerıco *B* 22 ducentı *D* 23 urbe *om. B* uuandalı *B* 24 effudenteſ *D* 25 quıcquıt *D* capta *D* cıuıtatū *D* 27 quam *om. D*

pari ruina prosternunt. Neapolim praeterea, quasque ob firmitatem capere non poterant rebus agrariis exinanitas relinquunt, quicumque gladio superfuerant captiuitatis iugo subiciuntur. inter has procellas uir piissimus Paulinus, Nolanae urbis epi- XV scopus postquam quicquid habere poterat in captiuorum redemptionem expendit, nouissime cum nihil ei aliud nisi ipse sibi solum modo superesset, pro cuiusdam uiduae filio maternas non ualens piis ferre uisceribus lacrimas cum eadem ad Africam proficiscens, quo iam hostes discesserant, sese barbaro uiro uice uicaria in seruitium tradidit. cuius sanctitas cum apud eandem barbaram gentem dei nutu cognita fuisset, demum cum omnibus suis ciuibus ad urbem propriam remeauit.

At uero Gensericus postquam ditatus Italiae opibus ad XVI Africam regressus est, Eudociam Valentiniani principis natam, quam ab urbe captiuitatis sorte abduxerat, Transamundo suo filio in matrimonium copulauit, ex qua uidelicet Hildericus natus est, qui quartus postmodum a Genserico Vandalis apud Africam regnauit.

Recedente igitur ab urbe Roma Genserico Romani sequente mense exinanitae rei publicae imperatorem Auitum praeficiunt.

Visigothae quoque circa haec tempora cum rege suo Theoderico, Theodorici filio, transcensis Pyrenaei iugis Hispanias inuadunt.

Ast uero Marcianus imperator cum apud Constantinopolim septem annis regnum administrasset, facta suorum conspiratione peremptus est.

---

2 potuerant *D* exinanita *D* 5 quicquit *D* 6 nobiſſime *B* 7 ſolummo *B* 12 ſuiſ uicib; *D* 13 at ergo *D* genſericuſ *B* 14 Eudociam *om. B* 15 ab *om. D* 16 copolauit *D* 17 genſerico *B* uuandaliſ *BD* 19 genſerico *B* roma *om. B* ſequenti *D* 20 habitum *B*, abitū *D* 21 uuiſigothe *B*, Uuiſigothę *D* theoderico *B*, theodorico *D* 22 theodoriti *BD* pyrinei *B*, pyrenei *D* 24 At *D* 25 āministraſſet *D* factaſ *B'* 26 *subscriptum* expl LIB XIIII *in B*, EXPLIC' LIBER XV · *in D*

LIBER DECIMVS SEXTVS

I Anno ab urbe condita millesimo ducentesimo undecimo post Marciani imperatoris interitum LEO coronatus ab Anatolio patriarcha quadragesimus nonus ab Augusto regum Romanorum apud urbem Constantinopolim Augustali potitus est dignitate. qui deinceps sequenti tempore Leonem suum filium imperii consortem effecit. ⟨eodem anno delatum est corpus sanctae Anastasiae a Sirmio et repositum est in templo eius in porticibus † Domnini⟩ exempto quoque in Italia humanis rebus Auito Maiorianus apud Rauennam inuadit imperium. quod cum prope quattuor annis optinuisset, haud procul a Dertonensi ciuitate iuxta Hiriam flumen occisus est statimque Seuerus apud Rauennam imperator efficitur atque Augustus appellatur. tertio huius anno imperii Biorgor rex Halanorum cum exercitu adueniens occurrente patricio Ricimere superatus non longe a

II Bergamo ciuitate Venetiae atque extinctus est. Seuerus uero cum quattuor annis imperasset, mortem propriam apud urbem occubuit. eodem tempore egresso inopinate igni magna Constantinopolis aedium strage cremata est ⟨Marcianus autem oeconomus ecclesiae sanctae Anastasiae ascendens super tegulas eiusdem ecclesiae tenens euangelium orationibus et lacrimis illaesam domum ab igne seruauit. sequenti anno cum pictor quidam pingere saluatorem secundum similitudinem Iouis praesumpsisset, arefacta est manus eius. quem peccatum suum confessum sanauit Gennadius episcopus Constantinopolitanus. aiunt enim quidam historicorum quod crispis et raris

---

1 *inscriptum* JNCIP̄ LIBER X̄V̄ *in B*, INCIPIT LIBER | · XVI · *in D*   1 urbiſ conditione *B*   3 quintuſ ac quadrageſimuſ Romanorum regum *B* regnum (*D*)   4 dignitatē *ut uid. B'*   5 leone *B*   7 ſyrmio *DP*   porticibus *scripsi:* porticipib; *DP*   domnini *sic DP*   9 abito *D*   10 annoſ *D* optenuiſſet *B*, obtinuiſſet *D*   11 haut *B*   iram *A*   13 tercio *D*   biorgor *D*   14 ricimero *A*   no *B*   15 uenecię *B*   17 conſtantinopoli *D*   20 oratiob; *D'*

capillis schema in saluatore magis uernaculum sit. per idem III
tempus Leo imperator Leonem generum suum magistrum totius
orientis fecit et Basiliscum fratrem Verenae Augustae uxoris
magistrum Thraciae constituit. eodem anno translatus est
apud Alexandriam propheta Heliseus in monasterio Pauli le-
prosi, leprosum enim sanauit et leprosum fecit et in ea quae
leprosi erant translatus est.〉 dehinc totius consensu militiae
post Seueri mortem iura 〈occidentis〉 imperii Anthemius sus-
cepit. sequenti anno Seruandus Galliarum praefectus imperium
temptans inuadere iussu Anthemii principis in exilium trusus
est. rursus annali emenso spatio Romanus patricius impera-
toriam fraudulenter sat agens arripere dignitatem praecipiente
Anthemio capite caesus est. his quoque diebus Genserichus
iterum ad Italiam nauibus aduentare cupiens a Basilisco pa-
tricio nauali superatus certamine Carthaginem inglorius repe-
dauit. at uero in orientis partibus Aspar patricius Leoni Au- IIII
gusto insidias moliens suum filium Caesarem effecit. Leo
uictorem exercitum statim ex Sicilia euocans Asparem patricium
cum Nouello Caesare filio alioque eius germano digno uitae
multauit excidio. hoc denique ipso in tempore inter Anthe-
mium principem eiusque generum Ricimerum patricium qui
tunc Mediolani positus praeerat Liguriae, magnus discordiarum
fomes exortus est, quibus se uir sanctitate conspicuus Epipha-
nius Ticinensis episcopus interponens eos primum ad concor-
diam reuocauit. deinde barbarica perfidia foedus Ricimer in-
rumpens — erat enim Gothus prosapia — cum manu mox
ualida urbem contendit atque apud Anicionis pontem castra
composuit. diuisa itaque Roma est et quidam fauebant Anthe-
mio, quidam uero Ricimeris perfidiam sequebantur. inter haec
Olibrius a Leone Augusto missus ad urbem uenit uiuoque ad-
huc Anthemio regiam adeptus est potestatem 〈et Placidiam
Valentiniani principis natam duxit uxorem.〉

---

1 ſcema *D'* 3 uerene *D* uxori *D* 4 Thraciae *scripsi:* thrace *DP* 6 leproſo *D'* 8 morte *d* 11 dimenſo *D* imperii iā *D* 13 anthimio *B* genſericuſ *B* 15 kartaginē *D* 16 aſper *D* 17 inſidianſ molienſ *B* fecit *D* 18 ſicilięuocanſ *B* 23 extortuſ *D'* epyphaniuſ *B* 24 ticinenſiſ *D* 26 enim *om.* *B* 27 aniconiſ *D*

V Bilimer Galliarum rector cognita aduersus Anthemium
conspiratione Ricimeris Anthemio ferre praesidium cupiens
Romam properauit. is cum Ricimere apud Hadriani pontem
proelium committens continuo ab eo superatus atque occisus
est. extincto Bilimere mox uictor Ricimer urbem inuadens
quarto iam anno regentem iura imperii Anthemium gladio tru-
cidauit. praeter famis denique morbique penuriam, quibus eo
tempore Roma affligebatur, insuper etiam grauissime deprae-
data est et excepto duabus regionibus, in quibus Ricimer cum
suis manebat, cetera omnia praedatorum sunt auiditate uastata.
sed non diutius de perfidia laetatus est Ricimer. nam post
mensem tertium excruciatus languoribus et ipse interiit. mor-
tuo Ricimere Olibrius imperator Gundibarum eius nepotem
patricium effecit. Olibrius quoque dum septem menses impe-
VI rium gessisset morte propria Romae defunctus est. post huius
funus Licerius domesticus a Gundibaro patricio totius etiam
uoluntate exercitus apud Rauennam imperator efficitur. anno
deinde sequenti inopinate Nepos patricius cum exercitu ueniens
Licerium regia exuit potestate eumque apud Salonas Dalmatia-
rum urbem episcopum ordinauit. eo tempore cum apud Tolos-
sam Visegotharum populis Euricus regnaret ac pro Italiae
Galliaeque finibus inter Nepotem et Euricum litium fomenta
creuissent bellumque a diuerso utrique praepararent, inter-
ueniente Epiphanio, de quo praemissum est, Ticinensi epi-
VII scopo, foederis inter eos iura firmata sunt. haud procul ab his
temporibus Theodoricus cognomento Strabo Triarii filius cum
magna Ostrogotharum multitudine usque ad quartum urbis
miliarium armatus aduenit nulli tamen Romanorum noxius
continuoque in Illyricum reuersus extinctus est. exigit nunc

1 aduerſū *D* 2 pręſidio *D* 3 adriani *BD* 4 | peratuſ *B* 6 gentem (a *add. man. recentior*) *B* anthemio (o *mutauit in* ū *man. recentior*) *B* 9 excepta *D*¹ 12 extruciatuſ *D* 13 gundiuarū *D* 14 meſeſ *D* 15 cuiuſ *D* 18 nepuſ *BD* 19 liceria (ā *in* ū *corr. man. rec.*) *B* expulit *D* dalmaciarū *B* 20 urbe (urbē *corr. man. rec.*) *B* toloſā *B* 21 uuiſegotharū *B*, uuiſegothorū *D* 22 liciū *D* 24 ticinenſiſ *D* 25 fęderiſ *D* 28 armatoſ *B* 29 yllricū *D* 29 exigit nunc — 343, 7 ſunt appelati *om. D*

locus dicere quam ob causam Gotharum alii Ostrogothae, alii uero Visegothae sint dicti oportunumque est aliquantulum ad superiora tempora regredi, quatenus horum ratio uocabulorum possit exponi. temporibus Valentiniani superioris Augusti cum intra Thraciae fines Gotharum tunc populi communiter habitarent, bifarie per Alarichum regiones ab occidente Visigothae id est occidentales sunt appellati. Leo igitur Augustus postquam orientale decem et septem annis rexit imperium diem clausit extremum.

⟨Mox Basiliscus magister Thraciae in campo imperator est VIII
acclamatus, Marcum filium Caesarem fecit et Zenobiam uxorem suam Augustam coronauit. interea Zeno magister orientis totius cum Ariadne uxore sua ad regiam perueniens urbem susceptus est a populo ac senatu, Basiliscus uero fugiens ad ecclesiam imperiali deposita corona in diuina mensa ad baptisterium confugit cum Zenobia uxore sua et Zeno continuo Augustalem nactus est dignitatem. porro Hillus patricius cum Leontio et reliquis uenit ad castellum Papirii et educta Verena Augusta in Tarso Ciliciae fecit eam coronari extra ciuitatem apud sanctum Petrum.⟩ Leonem itaque, de quo praemissum est, quem pater Leo in regni adsciuerat potestatem, mater sua Zenonis impetum formidans occulte clericum fecit exigentique uehementer Zenoni ut filium proderet, pro eo alium forma similem optulit. qui Leo deinceps in clericatu ad Iustiniani usque tempora uixit. ipso denique anno Augustulus apud Italiam aduersus Nepotem cum exercitu ueniens effugato eo imperii regimen inuasit. annali deinceps circulo euoluto cum rege Vandalorum Genserieho foedus initum est ab Oreste patricio. haec dum apud Romanos geruntur Odouacer cum fortis- VIIII

1 locu *B* gothorū *B* oſtrogote *B* 2 uuiſ:| * gothe (*in ras. fuisse uid.* &) *B* 5 traciae *B* gothorū *B* 6 bifarię *B* alaricum (*BD*) uuiſigothę *B* 10–20 ⟨⟩ *DP*: mortuo leone zeno continuo auguſtalem nanctuſ eſt dignitatem *B* 10 baſilicuſ *D* magiſtruſ *D* thrace *DP* 13 ariathne *DP* 18 papyrn *D* 19 Tharſum *P*, tarſu *D* cylicię *D* 20 leo *D* 21 aſciuerat in regni *D* 22 zenoni impetu *D* exigenteq; *B* 23 formā *D* 25 uixerat *D* 26 aduerſū *D* 28 uuandalorū *B*, uuādalorū *D* genſerico *B* fęduſ inhitū *D* horeſte *d* 29 odoacer *D*

sima Herulorum multitudine, fretus insuper Turcilingorum siue Scyrorum auxiliis Italiam ab extremis Pannoniae finibus properare contendit. qui dum adhuc per Noricorum rura exercitum duceret cognita Seuerini fama Christi domini serui, qui illis tunc degebat in locis, ad eum sibi benedictionem petiturus accessit. qui dum benedictione percepta ab eius egredi cellula uellet et caput ne in superliminari ostii, eo quod procerae esset staturae, adlideret, inclinasset, a dei uiro futurorum praescio mox talia audiuit 'uade nunc ad Italiam, uade Odouacer, uilissimis interim animantium pellibus indutus, multis cito plura largiturus.' haec ille uerba rerum exitu conprobauit. nam aliquantis postmodum annis totius Italiae, insuper

X et urbis usus est potestate. ingresso ergo Italiam Odouacre statim ei apud Liguriae terminos Orestes patricius occurrit, qui aduersus fortissimam multitudinem nihil se praeualere conspiciens, maxime cum eum iam quidam suorum deseruissent, metu trepidus intra Ticinum se munitionis fiducia concludit. mox adueniens cum exercitu Odouacer expugnatam fortiter ingreditur ciuitatem: uastantur uniuersa rapinis, saeuit ubique gladius, diuina quoque priuataque aedificia ignis consumpsit, captus demum Orestes ab hostibus Placentiam usque perducitur ibique gladio detruncatur. exinde per uniuersas idem barbari urbes diffusi cunctam sine aliqua tarditate Italiam iuri proprio subdedere multasque tunc ciuitates parantes resistere

XI extinctis habitatoribus ad solum usque deiecere. Odouacer itaque prosperos sibi cernens successus adcrescere statim regiam arripuit dignitatem. Augustulus si quidem, qui imperii praesumpserat potestatem, cernens uniuersam Italiam Odouacris uiribus subdi, inopinabili metu perterritus sponte miserabilis purpuram abiciens cum uix undecim mensibus rem publicam obtinuisset, imperialem deposuit maiestatem. ita Romanorum apud Romam imperium toto terrarum orbe uenerabile et Au-

---

1 herolorū *B* turcihgorū *D* 5 ſi *D* 7 capud *BD* 8 allideret *D* 18 *et* 25 odoacer *D* 10. 13. 19 ubi *B* 20 gladuſ *D* igne *D* adſu|mit *B* 24 ſubdere *D* 26 accreſſere *D* 31 obtenuiſſ& *B* 32 uene|rabilē *D*

gustalis illa sublimitas, quae ab Augusto quondam Octauiano coepta est, cum hoc Augustulo periit anno ab urbis conditione millesimo ducentesimo uicesimo nono, a Gaio uero Caesare, qui primus singularem arripuit principatum anno quingentesimo septimo decimo, ab incarnatione autem domini anno quadringentesimo septuagesimo quinto. igitur deiecto ab Au- XII
gustali dignitate Augustulo urbem Odouacer ingressus totius Italiae adeptus est regnum. quod dum per annos quattuordecim nullo inquietante tenuisset, ab orientis tunc partibus adueniens Gothorum rex Theodericus Italiam possessurus intrauit, sed ut ad liquidum quam ob causam uel unde aduenerit possit agnosci, necesse est aliquantisper ad superiora repedare.

Valamir Ostrogotharum rex, de quo superiori libello prae- XIII
missum est quod Attilae Hunnorum regi subiectus extiterit, mox ut Attila occubuit, ab Hunnorum se suosque dominio auitae libertatis memor excussit. idem quoque et Gepidarum rex Ardaricus ceteraeque Hunnis subiectae faciunt nationes. Hunni uero dolentes Valamirem eiusque exercitum non solum se a suae ditionis iugo excussisse sed etiam ceteris nationibus ut similia facerent incentores fuisse, mox ut fugitiua mancipia eos insequentes ad seruitutem pristinam armis adgressi sunt reuocare. conglobatis itaque suis super Hunnos Valamir inruit tantaque in eos caede grassatus est ut de reliquo qui superfuerant Hunni Ostrogotharum arma formidarent. Leo XIIII
denique imperator cum Gothis post haec Illyricum uastantibus foedus iniit ac Theodoricum Thiodimeris filium ex Arileua concubina genitum a Valamire eius patruo obsidem accepit

2 cepta *BD* anno urbiſ condite *D* 3 uicesimo *om. D*, xx *add. b* 4 primo *B* ſingularem (*sed postea* dignitatem) *A:* ſingulare *BD* a *in* anno *in ras. in B* 5 domini autem *D* 7 odoacer *B* 8 xiiii *B*, iiii · deci *D* 10 poſſeſſuroſ (*corr.* oſ *in* uſ *a man. rec.*) *B* 12 poſcit *D* 14 Uualamir *BD* oſtrogothorū *D* 16 domino *D* 17 habite *D* 18 adaricuſ *D* 19 uuala|mirem *B*, uualamere *D* 20 ſe *om. D* dicionīſ *B* natiob; *D* 23 conglouatiſ *D* uualamir *B:* uualamer *D* irruit *D* 24 reliqui *D* 25 oſtrogothorum (*BD*) 26 yllíricū, yllyricū *B* 27 fęduſ *D* thiu|dimeriſ *D* arileuua *B*, trileuua *D* 28 concubina genitum a *om. D* uualamere *B*, lamere *D*

⟨uir utpote fortis et prouidus sed nec rationum inexpertus, cuius multus inter barbaros et Romanos est sermo.⟩ occiso deinde a Scyris Valamire Thiodimer eius germanus regia iura suscepit. diuiso deinceps regno Thiodimer orientis, Vidimer uero occidui sortitur imperium deuastandum, sed mox Vidimer Italiam ingressus est, rebus excessit humanis successorem regni Vidimer filium relinquens. Vidimer uero acceptis a Glycerio tunc imperatore muneribus Gallias contendit seseque cum parentibus Visegothis iungens unum populum effecit. interea dum de sua ui patrata uictoria Vidimer domum reuertitur, Theodericum filium a Leone imperatore remissum gratanter excepit. qui Theodericus, dum iam octauum decimum annum aetatis ageret, inscio patre aliquantis secum eius satellitibus adscitis uicinam sibi Sarmatarum gentem inuadens opima ex eorum manubiis patri spolia praedamque copiosam repor-
XV tauit. Thiudimere itaque uita decedente uniuersis adnitentibus ad regni gubernacula Theodoricus ascendit. quod factum dum ad Zenonem Augustum perlatum esset, gratanter accepit eumque ad se rursus euocatum Constantinopolim magno simul honore et diuitiis extulit in tantum ut etiam consularibus eum fascibus sublimaret, quae dignitas post imperiale fastigium prima est, aereamque illi equestrem statuam ante suum palatium collocaret. at uero dum huiusce modi Theodericus deliciis apud Constantinopolim afflueret, gens illius id est Ostrogothae dum eis propter fidei sanctionem praedas agere more solito non liceret nec tamen ab imperatore oblata stipendia sufficere possint, coepere non minimam egestatis penuriam

---

3 uualamere *BD* thiodemer *B:* thiudimer *D* 4 thiodemer *B*, thiudimer *D* 4 *et* 5 uuidimer *BD* 6 ſucceſorem *D* 7 uuidimer *corr. in* uuidemer *B*, uuidimer *D* uuidemer *B*, uuidimer *D* 8 clycerio *BD* 9 cūpa — *in ras. in B* uuiſęgothiſ *B*, uuiſegothiſ *D* 10 de sua ui *scripsi:* de ſua uiſ *D*, ſua uiſ *B*, ſuaui *A* uuidimer *B:* thiudimer *D* 11 remiſſum *A:* remiſſo *BD* 15 manubuiſ *B* 16 thiudemere *B*, thiudimer *D* annitentib; *D* 17 theodoricuſ *D* 18 zenone *D* 21 imperialē *D* 23 huiſce *D* diliciſ *B* 24 effluerет *D* oſtrogothe *BD* 25 fide *B* 27 coepere *om. D* minima *D et* (*sed corr. a man. rec. in* minimā) *B*

pati, execerantur foedus conpositum, uituperant inutilem pactionem, mittuntque continuo ad Theodericum qui dicerent quas, dum ipse Graecorum epulis superflueret, inopiae miserias sustinerent, hortantur ut si suis sibique consulere uelit, citius redeat, quatenus ne cuncta gens pessum detur nouas ad habitandum terras exquirant. his Theodericus cognitis ad Au- XVI
gustum Zenonem accedit questus penuriamque suorum exponit, Italiam sibi dari postulat, absolutionem efflagitat adiciens quia, si superare Odouacrem possit Italiamque obtinere, ad eius redundaret gloriam, a quo directus fuisset; sin bello superatus foret, eius nihilo minus lucris adcresceret, quando quidem cotidianorum stipendiorum exactoribus careret. talia Zeno audiens contristatus quidem est eo quod eum nollet amittere, at tamen deliberato consilio rei publicae utilitati prospiciens eius petitionibus adnuit Italiamque ei per pragmaticum tribuens sacri etiam uelaminis dono ⟨id est per prandeum sacratum⟩ confirmauit, senatum illi populumque Romanum commendans abire permisit. egressus igitur Constantinopolim Theodericus XVII
ad Ostrogothas reuertitur hortaturque continuo ut quam primum parati sint qua tenus possessuri Italiam proficiscantur. at tamen prius quam Italiam aduentaret, Trapstilam Gepidarum regem insidias sibi molientem bello superans extinxit, Busan quoque Vulgarorum regem magna simul cum suis agminibus caede prostrauit. egressus itaque a Moesia cum omni Ostrogotharum multitudine uniuersaque supellectili per Sirmium Pannoniasque iter faciens ad Italiam uenit. ac primum iuxta Sontium flumen, qui non longe ab Aquileia labitur castra componens, dum uberrimis quae eo loco habentur pascuis fatigata aliquantulum ex itineris longitudine iumenta reficeret, ibi mox ei cum grandi suorum exercitu totisque Odouacer Italiae uiribus occurrit. quem Theodericus alacriter excipiens magno XVIII

1 fędus cōpositū *D* factionē *D* 3 sustinerat *B* 4 hortatur *D* 5 ne *A:* nec *BD* et *ante* uouas *add. D* 6 *posterior* e *in* theodericus *in ras. in D* 7 accidit *B* 8 qua *B'* 9 odoacrē *D* obtenere *B* 11 adcresseret *D* 15 peticiomb; annuit *D* 20 parata *D* sunt *B'* 22 mollientem *D* extincx' *BD* 23 ꝑtrauit *D* misia *B,* mesia *D* ostrogothorum *B* 24 syrmiū *D* 29 suo *D* odoacer *D*

superatum proelio postremo in fugam conuertit. exinde Theo-
dericus mouens cum Veronam uenisset, iterum aduersus eum
Odouacer non minori quam prius sese belli apparatu opponit.
contra quem Theodericus haud procul a Veronensi urbe con-
fligens nimia eius exercitum caede contriuit ipsumque pariter
et omnem illius multitudinem dare terga coegit. qui dum fu-
gae metu se praecipites in Atesim fluuium mergunt, ex magna
parte rapidissimis eius gurgitibus inplicati suffocantur. Theo-
dericus uero dum ipso impetu subsequitur fugientes Veronam
XVIIII ilico pauore ciuibus consternatis inuadit. Odouacer autem
cum his qui euaserant fugiens Romam contendit sed obseratis
continuo portis exclusus est. qui dum sibi denegari introitum
cerneret omnia quaecunque adtingere potuit gladio flammisque
consumpsit. inde quoque egrediens Rauennam ingressus est
ibique quibus se tueri aduersus hostes possit munitionum prae-
parare obstacula coepit. Theodericus itaque a Verona digre-
diens Mediolanium peruenit. ubi dum consisteret magna ad
eum multitudo militum pluresque Italiae populi conuenere.
sed paucis interiectis diebus rursus dediticius exercitus Tuffa
quodam nomine instigante Odouacris se partibus reddidit. ea
res Theodericum in tantum perterruit, ut se suumque exerci-
XX tum apud Ticinensem urbem muniret. talium rerum uarietates
Burgundionum rex Gundubatus aspiciens Liguriam cum ingenti
exercitu ingressus cuncta quae reperire poterat pro uoluntate
diripiens infinitam secum ad Galliam captiuorum multitudinem
abduxit. Theodericus itaque aliquamdiu intra munitiones ex-
ercitum retinens demum relictis ibi matre sororibus uniuersi
uulgi multitudine nihil plane dubius de Epiphanii uiri sanctis-
simi fide cum expeditis armatorum cuneis ad Odouacris obsi-

3 *et* 10 odoacer *D* belli sese *D* 4 aut *B* 5 nimia *B*, summa *D* 7 metū *B* adesim *B* 8 ei' gurgitib; *in ras. in B* implicati *D* 12 cū *D* 13 quaecunque *scripsi:* quequę *B*, queq. *D* flāmeq. *D* 16 cępit *D* 17 ibi *D* 19 interlectis *B* dediti cituus *D'* tuffra quidam *D* 20 *et* 29 odoacris *D* quę res *D* 22 ticiniensē *D* gundubadus *D* 24 repperire *B* poterant *D* 25 infinitas *BD* gallias *D* 26 municiones *D* 27 uniuersaq. *D* 28 scissime *B*

dionem Rauennam perrexit dumque eo loco, cui Pinetum nomen est, non procul ab urbe castra posuisset, per continuum paene trieunium Odouacrem obsedit. qui dum frequentes ex urbe cum suis egrediens eius exercitus inquietaret nouissime noctu in castra inruens magna Theoderici exercitum strage prostrauit. uictus ad extremum fortissime Gothis resistentibus in urbe confugit nec multo post a Theoderico in fidem susceptus ab eo truculente peremptus est. XXI egressis denique a Ticinensi urbe post triennium Gothis eandem mox urbem Rugi inuasere cuncta per circuitum loca simulque et ciuitatem per continuum biennium populatione uastantes cum adhuc beatissimus Epiphanius superesset, cuius in tantis periculis sanctitate ciues replebantur afflicti. hic a Theoderico Gallias ad Gundubadum pro captiuis redimendis directus excepta innumera multitudine pro quibus pretium tribuit, sex milia captiuorum ob solam sanctitatis suae reuerentiam concessa secum reduxit. igitur Theodericus extincto apud Rauennam Odouacre totius Italiae adeptus est dicionem nec multo post Romam profectus a Romanis magno gaudio susceptus est, quibus ille singulis tritici ad subsidium annis centum uiginti sex milia modiorum concessit.

Dum haec apud Italiam geruntur a Vulgaris uniuersa Thracia crudeliter deuastatur, Constantinopolis etiam ipsis diebus maximo conflagrauit incendio. at uero apud Africam Hunuricus, qui mortuo Gensericho iu regnum successerat Ariana perfidia trusis in exilium effugatisque amplius quam trecentis triginta quattuor catholicis episcopis ecclesias eorum clausit, plebem uariis supliciis affecit et quidem innumeris manus abscindens linguas eorum a gutture praecidit nec tamen loquellam catholicae confessionis eripere potuit. apud Brittannias XXII

3 odoacré *D* 8 ticinienſe *D* 11 depopulatione *D* quum *B* 15 p̄cīi *D* 16 conceſſiſ *D et (a rec. man. corr. in* conceſſa) *B* 17 odoacrē *D* 18 ditionē *D* 19 *post* magno *add.* cum *D* 20 trittici *B* centum xx milia *B* 22 dum haec — 24 incendio *om. D* 23 tracia *B* 24 honoricuſ *D* 25 arriana *BD* 26 quā *om. B* trecentiſ xxxiiii *B* 28 abſcidenſ *BD* 29 eorum ‖ prȩcidit *B* loquelam *A*, loquella *B*, loquela *D* 30 brittaniaſ *BD*

quoque Ambrosius Aurelianus, qui solus forte Romanae gentis Saxonum caedi superfuerat purpuram induit uictoresque Saxones Brittonum ducens exercitum saepe superauit atque ex eo tempore nunc hi nunc illi palmam habuerunt donec Saxones potentiores effecti tota per longum insula potirentur.

XXIII Theodericus interea, ut sui regni uires constabiliret, Audefledam Lodoin Francorum regis filiam sibi in matrimonium iunxit, Amalafredam germanam suam Vandalorum regi Hunurico, eiusdem Amalafredae filiam Malabergam Turingorum regi Hermenfredo, Theodicodo quoque et Ostrogotho ex concubina filias, alteram Hilarico Visigotharum regi, alteram Sigismundo Burgundionum consociauit, Amalasuintham uero tertiam filiam Euthario ex Halamalorum stirpe uenienti euocato ab Hispania tradidit. nec fuit aliqua uicina Italiae gens, quae Theoderico aut coniunctionis adfinitate aut pactionis foedere sociata non fuerit.

Zeno itaque Augustus cum per annos decem et septem rei publicae praefuisset, apud urbem Constantinopolim uitae terminum accepit.

LIBER DECIMVS SEPTIMVS

I Cessante iam Romanae urbis imperio utilius aptiusque mihi uidetur ab annis dominicae incarnationis supputationis lineam deducere, quo facilius quid quo tempore actum sit possit agnosci.

Anno ab incarnatione domini quadringentesimo nonagesimo

---

4 hn *B* 7 re**gif *D* 8 iuncxit *D* Amalefredā *D* uuandalorū *BD* 9 amale|frede *D* 10 ermenfredo *B* 11 Hilarico — alteram *om. D* uuifigotharum *B* 12 confotiauit *D:* confociat *B* terciā *D* 13 euchárico *D* alamalorū *B:* halanorū *D* 14 tradit *B* nec — aliqua *om. B, in quo tamen* Nec ulla *rubro colore add. ut mihi uidetur manus huius aut proximi saeculi* genf italię *D* 15 affinitate *D* fędere fotiata *D* 16 fuerint *D* 19 *subscriptum* EXPL LIBER XV · *in B,* EXPLIC' LIB̄ · XVI · *in D* 21 *inscriptum* JNCIP̄ LIB̄ XVI · *in B,* INCIPIT LIB · XVII · *in* 23 quo faciliuf *om. B* pofcit *B* 25 quadragintè|fimo *B*

secundo post Zenonis excessum ⟨Longinus frater eius imperium temptans inuadere ab Ariathne repulsus est et Anastasius Silentiarius ab Ariathne senatusque ac totius exercitus consulto induit purpuram. ita coronatus Ariathnen ducit ad nuptias nondum ante uxori sociatus. hic Romani decus imperii Eutychianae haereseos illuuie maculauit. huius temporibus Festus nobilissimus senator et exconsul urbis Romae missus regia urbe propter quasdam ciuiles utilitates memorias sanctorum apostolorum festiuitate maiori petiit celebrari: quod et tenetur hactenus. Macedonius autem episcopus Constanti- II
nopolitanus ad Anastasium Romanum papam Synodicum per Festum mittere uolens, prohibitus est ab imperatore. porro Festus rediturus Romam, pollicitus est imperatori Anastasio persuadere Anastasio papae Zenonis enoticon recipere. quem uiuum non reperiens pro hac re corrupit per pecunias multas simulque cum exconsule Probino elegerunt praeter consuetudinem Romanorum episcopum quendam Laurentium. Faustus autem exconsul et ceteri orthodoxiores consecrauerunt Symmachum unum ex diaconibus. hinc ergo turbationes multae ac hominum strages et rapinae patratae sunt.⟩ plerique ex sacerdotali numero, multi etiam clericorum, perplures ciuium Romanorum ⟨extincti sunt per tres circiter annos usque quo uidelicet Theodericus princeps ueniens tunc Romam tenens quamquam Arrianus esset synodo celebrata locali Symmachum quidem episcopum Romae firmauit, Laurentium uero in Nucerina ciuitate episcopum locari praecepit. qui tamen nullo pa-

1—20 ⟨⟩ *D*: Anaſtaſiuſ purpuram induit qui ſeptimuſ et quadrageſimuſ in regum (regnū *B'*) numero extitit. hic Romani decuſ imperii Eutychianae haereſeoſ inluuie maculauit. huiuſ temporibuſ tanta propter Symmachi ac Laurentii electionem Romae diſſenſio facta eſt, ut Feſtuſ ſenatorum nobiliſſimuſ et exconſul et aliuſ exconſul Probinuſ Laurentii partibuſ fauentes aduerſuſ Fauſtum exconſulem ceteroſque qui Symmacho adhaerecant pontifici bellum inferrent multaſque caedeſ et homicidia in medio urbiſ facienteſ *B* 4 conſultū *D* 5 ſotiatuſ *D* 6 euticiane *D* illubie *D* 9 maior *D* 10 actenuſ *D* 15 multoſ *D'* 19 hic *D'* 20 paratae *D* 20 pleroſque *DB* 21 multoſ *DB* 22—352, 2 ⟨⟩ *D*: extinguerent *B* 22 extincta *D*

cto quiescens sed seditiones commouens a Symmacho deponitur et in exilium Dalmatium mittitur. ita simulta cessauit.⟩
VIII Eo tempore Transamundus, qui fratri Hunurico apud
Africam in Vandalorum regno successerat, fratris uel patris
Genserichi secutus perfidiam clausis catholicorum ecclesiis du-
centos uiginti episcopos in Sardinia exilio relegauit, quibus
beatus papa Symmachus cottidiana subsidia ministrare non
destitit. inter has tempestates beatus Fulgentius in confessione
VIIII fidei et scientia floruit. his ipsis apud Africam diebus dum
Arianus quidam Olympius corpus aquis balnealibus abluens
indigna quaedam et blasphema de sanctae trinitatis fide uerba
euomeret et ueniente subito ignito caelitus iaculo uisibiliter
conbustus est. ⟨ceterum Deuterius episcopos Arianorum Byzantii baptizans quendam uirum nomine Barbam⟩ dum contra
regulam fidei minorem scilicet patri filium sanctumque spiritum asserere cupiens baptizaturus dixisset 'baptizo te, Barbas,
in nomine patris per filium in spiritu sancto' statim aqua quae
ad baptizandum allata fuerat nusquam conparuit. quod aspiciens qui baptizandus fuerat confestim ad ecclesiam catholicam
fugiens iuxta morem fidei baptismum Christi suscepit ⟨et
X omnibus notum fecit miraculum⟩. Theodericus uero dum per
idem tempus pacifice apud Italiam regnaret, per singula quaeque celebriora loca regia sibi habitacula construxit. ⟨interea Saracenorum incursus in Phoenicem et Syriam rursus effectus est post mortem Agari Vadicharimo fratre ipsius instar turbinis et adhuc uelocius discurrente per loca. hoc etiam anno id est imperii Anastasii undecimo Bulgares per Illyricum et Thraciam discurrunt priusquam agnoscerentur, eamque crudeliter deuastant. Constantinopolis etiam ipsis diebus maximo

2 in exilui dalm | (a *margine recisa periit*) tiū mittit | (*periit littera in marg.*) *add.* *D*[m] 3 honoricho *D* 4 uuandalorum *B*, guandalorū *D* 5 gēferici *B*, genferici *D* duocentoſ xx *B* 6 relegauit *A*: religauit *BD* 7 cotidiana *D* 10 arrianuſ *BD* olimpiuſ *D* 13—14 ⟨ ⟩ *D*: Barbaſ quoque quidam arrianuſ epiſcopuſ *B* 14 dum contra regulam *D*: demonſtra regulam *B* 15 ſp̄m *D*: epm̄ *B* 17 p *D*: & *B* ſpū* (*fuit* i) *B* 24 phenicē *D* 27 uulgareſ *D* ylhricū *D* 28 thracia *D* 29 conſtantinopoli *D*

conflagrauit incendio. deinde apud Neocaesariam cum futurum esset ut fieret terrae motus, miles iter faciens duos milites super eam uidit et alium militem post tergum clamantem 'conseruate domum in qua sepulcrum Gregorii est.' cum autem terrae motus factus fuisset, plurima pars ciuitatis corruit excepta domo Gregorii Thaumaturgi id est miraculorum operatoris.

Interea Iuliana illustrissima femina, quae templum dei XI
genetricis apud Honoratas construxerat, ualde pro Chalcedonensi synodo satagebat ita ut ei nec imperator quidem multas aduersus eam uersutias adinueniens Timotheo communicare persuadere ualuerit. sed nec ipse Timotheus frequenter ad eam pergens hoc ei potuit persuadere. Pompeium quoque consobrinum illius et huius uxorem, quae mulier erat ornata et concedendis beneficiis uacans, multis imperator angustiis humiliabat ut zelatores synodi et eos qui Macedonio episcopo largiebantur in exilio quae necessaria erant. deinde quosdam ex principibus praecepit in templo sancti Theodori Sparatii super ambonem Trisagii additamentum admittere id est qui cruci fixus est pro nobis ita ut multitudines indignatae per diem litaniae illinc egrederentur, quando et Timotheus per commonitorium scriptum omnibus ecclesiis praecepit Trisagion in litaniis cum additamento dicendum, quod multi metuentes fecerunt. monachi uero alium psalmum psallendo uenerunt. hos autem populus uidens clamauit 'bene uenerunt orthodoxi' simultasque multa facta est et incendium domorum multarum ac homicidia dena milia, turba uociferante aduersus Anastasium et Vitalianum imperatorem petente ita ut fugeret Anastasius et latitaret ab ipsaque Ariadne laceraretur iniuriis utpote multorum causa malorum Christianis effectus.

Alamundaro autem principe Saracenorum gentis baptizato XII
Seuerus duos episcopos macula suae prauitatis infectos direxit causa communicandi. dei autem prouidentia ille ab orthodo-

1 neo|cefariā D 2 fi milef D 5 excepto D 11 aduenienf D 18 fpharacu DP 19 āmittere D 21 lętanię D 23 letaniif D multa om. D' 29 areadne D laceratur D' 32 direxit ei cōmunicandi DP

xis baptizatus fuerat, qui recipiebant concilium. cumque Seueri episcopi subuertere principem a uero dogmate festinarent, mirabiliter eos arguit Alamundarus huiusce modi fabula. ait enim ad illos 'litteras accepi hodie quia Michael archangelus mortuus est.' illis uero dicentibus hoc impossibile fore, ait princeps 'et quo modo deus secundum uos nudus cruci fixus est nisi naturarum esset duarum Christus quando quidem nec angelus est moriturus?' et ita cum confusione Seueri recesserunt episcopi. igitur Vitalianus, quem populus imperatorem expetiuerat accepta tota Thrace Scythia et Mysia Bulgares habens secum et multitudinem Hunnorum cepit Anchialum et Odyssopolim. comprehendit autem et Cyrillum magistrum militum Thrace et peruenit praedas gerendo Byzantium. parcens uero ciuitati apud Sostenium castra metatus est.

XIII Anastasius autem desperatione consternatus mittit ex senatu quosdam rogans eum pacisci et iurare una cum senatu, quod ab exilio episcopos reuocaret apud Heracliam Thrace. porro Vitalianus addidit ut et principes unius cuiusque scholae iurent istud, sed et Macedonius et Flauianus qui nequiter pulsi fuerant, suos reciperent thronos similiter et reliqui omnes episcopi et ita celebraretur synodus, Romano et cunctis episcopis conuenientibus et communi iudicio reprobarentur quae aduersus orthodoxos sunt praesumpta. itaque cum haec imperator senatus et reliqui principes populique iurassent et confirmassent ita fiendum, facta est pax et ad propria rediit. Hormisda uero Romanus episcopus molestiis fatigatus a Theoderico Vitaliano fauente Ennodium episcopum misit et Vitalianum archidiaconum ad synodum celebrandam apud Heracliam. uenerunt autem et episcopi ex diuersis locis fere ducenti, qui illusi ab iniquo imperatore ac Timotheo episcopo Constantinopolitano recesserunt inefficaces. impius quippe imperator pacta transgrediens clam intimauit Romano papae ne ueniret.

---

4 litteraſ eni̇ *D* michahel *D* 8 eſt *ante* moriturus *om. D* confeſſione *D* 10 uulgareſ *D* 12 odiſſopoli *D* 13 bizantiū (u *corr. ex* a) *D* 18 ſcole *D* 22 et *om. P* 25 redut *D* 26 a *om. D'* 31 pa^a^cta *D*

miserat enim Vitaliano sacram quo transmitteret eam Romam ut papa proficisceretur ad celebrandam apud Heracliam synodum. omnis autem populus atque senatus in praesentia maledicebat Anastasio tamquam periuro. porro Vitalianus indignatus aduersus Anastasium ob periurium multa mala exercitibus Anastasii et reliquae rei publicae demonstrauit occidens rapiens armis exuens et postremo ad iniurias eius unum quemque militum uno aereo nummo uendens.

XIIII Interea Hunni, qui dicuntur Saber, transeuntes Caspias portas Armeniam et Cappadociam Galatiam et Pontum depopulati sunt ita ut Euchaitam quoque paene peruaderent. unde et fugiens Macedonius episcopus propemodum periclitaturus saluatus est apud Gangras. quo comperto Anastasius amare illic eum custodiri praecepit, mittens ut aiunt qui eum occiderent. defunctus autem apud Gangras positus est in ecclesia sancti martyris Callinici iuxta reliquias eius multas sanitates efficiens. qui cum exanimis iaceret, manu fertur se signaculo crucis signasse. Theodorus autem quidam ex his qui cum eo erant, uidit eum in somnis sibi dicentem 'excipe et abiens lege Anastasio et dic 'ego quidem uado ad patres meos quorum fidem seruaui, non cessabo autem increscens domino usque quo uenias et iudicium ingrediamur.' eodem anno Alexandriae multi uiri et mulieres ac pueri atrociter a daemonibus obsessi repente latrabant. in somnis autem quidam uidit quendam dicentem quia propter anathematismos synodi Chalcedonensis patiuntur isti.

XV Vicesimo deinde et septimo imperii Anastasii anno uidit idem imperator in uisu uirum terribilem portantem codicem qui hunc aperiens, inueniens nomen imperatoris dicit ei 'ecce propter malam fidem tuam deleo quattuordecim' et deleuit eos. expergefactus autem et aduocato Adamantio praeposito dixit ei uisionem. 'et ego' ait ille 'uidi haec ista nocte quia assistenti mihi imperio tuo porcus magnus ueniens et

---

9 dicitur *D'*   14 occideret *D*   18 quē cū *D*   22 uenieſ *D'* iuditiū *D*   28 uiſù uiru *D*   32 uiſionē *om. D'*

comprehensa praetexta mea proiecit me in terram et interemit.' conuocato ergo Proculo coniectore dixit ei quae fuerant uisa. qui quod ambo forent post paululum morituri praedixit.⟩ Anastasius itaque dum in haeresi, in quam delapsus fuerat, perseueraret duasque in Christo naturas deitatis uidelicet et humanitatis Eutychium haeresiarchen sequens denegaret, Hormisda papa qui Symmacho successerat, direxit Ennodium ⟨ut supra memoraui⟩ Ticinensem episcopum aliosque cum eo Constautinopolim legatos cum catholicae fidei scripto quatenus Anastasium ad ecclesiae reducerent gremium: is non solum salubria eorum monita spreuit sed insuper etiam a suis conspectibus non sine contumelia expulit nauique fragili inpositis mandat ne uspiam per totam Graeciam ad aliquam ciuitatum accederent. quam eius impiam temeritatem diuina continuo ultio snbsecuta est. nam cum iam septimnm et uicesimum imperii annum ageret ⟨mortuus est et imperauit pro eo pius Iustinus uir senior et multum peritus qui a militibus incipiens usque ad senatum profecit. quidam autem aiunt quod diuino fulmine percussus Anastasius a fulgore perierit.⟩

XVI Anno ab incarnatione domini quingentesimo undecimo Iustinus ⟨Curopalates Illyricus genere, uir⟩ catholicus Augustali potitus est solio. ad hunc ob causam redintegrandae fidei directus ab Hormisda pontifice uir sanctitate praecipuus Germanus, Capuanae nrbis episcopus, digne susceptus est multorumque dubia corda in fide solidauit.

Eo tempore apud Africam defuncto Transamundo Vaudalorum rege Arrianae perfidiae Hildericus eius filius ex ⟨Eudoia⟩ captiua Valentiniani principis filia ortus Vandalorum deptus est regnum, qui non patrem haereticum sed matris

---

1 interhemit *D* 2 & *ante* dixit *add. D* 4 in quam] qua *BD* 6 euthyciū *D* hereſiarcē *D*, hereſi * *arcā (*quid pro* cā *primus scriptum fuerit non dispicio*) *D* 8 ticinienſem *DB* 12 inpoſitoſ *D*, inpoſito *B* 13 aliqua *D* 15 iam *om. D* 16—19 ⟨⟩ *D:* ui fulminiſ percuſſuſ interiit *B* 20 quingenteſimo octauo decimo *B* 21 *ante* Iuſtinuſ *add.* punito anaſtaſio heretico *B* 21 ylliricuſ *D* 22 redintegranda *B* 24 digneq· *D* 26 guandalorū *D*, uuandalorū *B* 27 arriane *BD* 28 hortuſ *BD* uuandalorū *BD*

catholicae monita sequens rectae fidei cultor enituit. hunc pater Transamundus ad mortem ueniens quia cernebat eum catholicae parti fauere sacramenti nodis adstringere curauit ne umquam in suo regno catholicis consuleret. qui mox ut suus genitor uita caruit prius etiam quam regni iura adsumeret uniuersos episcopos quos Transamundus in exilium coegerat, regredi fecit eisque ecclesias reformari praecepit septuaginta iam et quattuor annis euolutis ex quo a Genserichо ⟨auo suo⟩ primitus apud Africam ecclesiae fuerant destructae.

⟨Tertio igitur Iustini principis anno moto bello inter Romanos et Persas misit idem Iustinus legatos et munera ad Zelicben regem Hunnorum, et repromisit ille cum iuramentis se imperatori contra Persas auxilium praestiturum. mittentem autem deinde ad se regem Persarum admisit et suadenti promisit etiam ipsi hoc praestiturum contra Romanos. sane Iustinus ediscens tristatus est ualde. porro direxit ad Persas Zelicbes uiginti milia ad expugnandum Romanos. at uero Iustinus destinauit Chuadi regi Persarum legationem pro pace et quasi super alio quodam scribens etiam de Zelicbe significauit 'quia opitulationis iuramenta cum Romanis habet et quia munera accepit multa et uult proditor Persarum fieri. et quia oportet nos cum simus fratres ad amicitiam uenire et non a canibus istis illudi.' tunc Chuades accersiens secreto Zelicben sciscitatus est si accepisset a Romanis munera hortatus eos aduersus Persas. qui dixit 'etiam' et iratus Chuades occidit eum et per noctem missa multitudine Persarum interfecit populum eius suspicatus quod dolo uenissent ad illum. quotquot autem potuerunt fugere redierunt ad propria. XVII

Quinto anno imperii Iustini Zathus rex Lazorum recedens a regno Persarum regnante Cabade et Zathum amante qui etiam illum in regem Lazorum prouexerat, uenit Byzantium ad XVIII

3 aſtrıngere *D* 4 faueret atque *ante* conſuleret *add. uulgo* 5 uıtā *D* 6 aſſumeret *D* 9 auıo *D* deſtıtutę *B* 12 zelıcben *DP* ılle *om. D'* 13 preſtaturuſ mıttente *D* 14 deınde — 15 romanoſ ſane *B:* et chuade repmıſıt et ıpſı hoc ſane *DP* 22 ſcım' *D* 25 eoſ *om. D* 30 kabade *D* 31 lazarū *D'* bızantıū *D*

Iustinum et rogauit eum ut fieret Christianus et ab ipso appellaretur imperator Lazorum. at imperator grandi cum gaudio illo suscepto illuminauit eum et filium appellauit. prouectus autem imperator Lazorum a Iustino portauit coronam et chlamydem imperatoriam albam. quo comperto Cabades Persarum rex significauit imperatori Iustino dicens 'quia cum amicitia et pax sit inter nos, quae inimicorum sunt agis et eos qui sub potestate Persarum a saeculo erant, assumpsisti?' qui remisit ei 'nos quemquam subiectorum imperio tuo neque assumpsimus neque subuertimus sed ascendens Zathus ad imperia nostra procidens deprecatus est ut ab scelesto et pagano dogmate impiisque sacrificiis et errore daemonum liberaretur et accederet ad conditorem omnium deum et fieret Christianus. hunc nos baptizantes absoluimus ad propriam regionem.' ex tunc ergo facta est amicitia inter Romanos et Persas.⟩

XVIIII At uero in orientis partibus dum adhuc eo tempore per loca singula Ariana haeresis uigeret, Iustinus ⟨sexto imperii sui anno⟩ ardore orthodoxae fidei omnimodis satagere coepit ut haereticorum nomen extingueret statuitque ut ubique eorum ecclesias catholica religione consecraret. quod dum in Italia rex Theodericus Ariana lue pollutus audisset, Iohannem papam simulque cum eo Theodorum Inportunum atque Agapitum consulares uiros, aliumque Agapitum patricium Constantinopolim ad Iustinum principem dirigit: mandat per eos interminans ut nisi quantocius haereticis suas ecclesias redderet eosque in pace degere sineret, uniuersos Italiae populos ipse gladio extingueret. qui peruenientes ad Augustum cum ab eo digne, ut conpetebat, suscepti essent, magnis eum de sua suorumque salute solliciti fletibus postulant ut suae legationis seriem quamquam esset iniusta libenter exciperet Italiaeque periturae consuleret. quorum fletibus Iustinus permotus eis quod

---

2 grandi *om. D* 5 chlamidē *D* kabadeſ *DB* 14 regionem *B:* rationē *DP* 15 amicitia *D:* inimicitia *D* 17 *et* 21 arriana *BD, quod amplius non notabo* 18 ſatageret *corr. in* ſatagere *a man. rec. in B* cepit *D* 25 quantotiuſ *D* 26 ſinir& *B* 28 cōpetebat *D* 29 ſollicite *D* petib; *D'* ſuę legationiſ ſerie *BD*

petebant concessit Arianosque suo iuri reliquit. dum hi in itinere demorantur, Theodericus rabie suae iniquitatis stimulatus Symmachum exconsulem ac patricium et Boetium senatorem et exconsulem catholicos uiros gladio trucidauit.

XX His diebus extincto a Francis Alaricho Visigotharum rege Theodericus per Ibbam suum comitem plus quam triginta milia Francorum caedens Thiodem suum armigerum post mortem Alarici generi ⟨tutorem Athalarici nepotis⟩ constituit. Iohannes uero pontifex reuertens a Constantinopoli dum cum his cum quibus ierat, profectus ad Theodericum Rauennam fuisset: Theodericus ductus malitia quod eum Iustinus catholicae pietatis defensor honorifice suscepisset, eum simul cum sociis carceris afflictione peremit. sed hanc eius inmanissimam crudelitatem mox animaduersio diuina secuta est. nam nonagesimo nono post hoc facinus die subita morte defunctus est, animam solitarius quidam apud Liparam insulam, uir magnae uirtutis aspexit inter Iohannem papam et Symmachum patricium deduci et in Vulcani ollam, quae ei loco proxima erat, demergi. igitur Theoderico tali modo punito Gothi sibi Athalaricum, de quo praemissum est, ex Theoderici regis filia procreatum cum eadem Amalasuinta matre sua in regnum praeficiunt.

XXI ⟨Interea Cabades Persarum rex, filius Perozi multa milia Manichaeorum cum episcopo eorum Indazaro uno die peremit una cum senatoribus Persis, qui sensus eorum erant. filium quoque eius nomine Pthasuarsan Manichaei a puero instruentes repromittebant ei dicentes ‘quia pater tuus senuit et si contigerit eum mori, principes magorum unum fratrum tuorum

1 petebat *D* reliquid *ante corr. man. rec. B* hii *B* 2 demorarentur *D* 3 ſimachū *D* 5 halarico *B* uuiſigotharū *B*, uuiſigothorū *D* 7 armigerē *B* 8 halarici *B*, alarichi *D* athalarici *D*, amalrici *sup. add. d* 9 a conſtantinopoli * (*fuit* m) *B*: ad conſtantinopoli *D* 11 ductuſ *om. D* 13 ſotuſ *D* phemit *D* eiuſ *om. D* immaniſſimā *D* 14 xc octauo *B* 16 lipparā *B* 18 uulgani *D* 19 puntto *D* athalarico *BD* 23 habadeſ *D* milta milia manichaeorū *D* 24 phemit *D* 26 manichei *D* inſtruenteſ *D* 28 contierit *D*

faciunt imperatorem eo quod teneat dogma ipsorum. nos autem possumus per orationes nostras suadere patri tuo abrenuntiare imperio et te promouere ut ubique confirmes dogma Manichaeorum.' qui repromisit hoc facere si imperasset. cum autem haec Cabades cognouisset, iussit conuentum fieri quasi facturus filium suum Pthasuarsan imperatorem omnes iubens Manichaeos una cum episcopo eorum et mulieribus et liberis adesse conuentui, similiter et principem magorum Glonazen et magos et Christianorum episcopum Boazanen dilectum a Cabade utpote medicum optimum. et conuocatis Manichaeis ait 'gaudeo super dogmate uestro et uolo dare dum uiuo filium meum Pthasuarsan ut consentaneum uestrum, sed segregate uosmet ipsos ad recipiendum eum.' qui freti fiducia semet ipsos segregauerunt. Cabades autem praecipiens exercitus suos ingredi omnes concidit gladiis cum episcopo ipsorum sub conspectu principis magorum et Christianorum antistitis.

XXII Igitur cum terrae motus apud Antiochiam adhuc teneretur, Euphrasius episcopus obrutus est a terrae motu et mortuus est et omnis domus et ecclesia cecidit et pulcritudo ciuitatis exterminata est. non enim facta est talis diuinitus ultio in alia ciuitate per omnes generationes. at piissimus imperator Iustinus his cognitis plurimum animo doluit ita ut ablato diademate a capite suo et purpura lugeret in sacco sedens per dies multos, adeo ut in die festo procedens ad ecclesiam non passus sit portare coronam uel chlamydem. porro mense Aprili eiusdem quintae indictionis aegrotus imperator Iustinus effectus prouexit dum adhuc uiueret in imperatorem Iustinianum sororis suae filium qui et coimperauit ei mensibus quattuor. mense autem Augusto eiusdem quintae indictionis⟩ Iustinus obiit apud Constantinopolim cum Augustalem dignitatem annis undecim administrasset.

---

2 abrenunciare *D* 4 manicheorū *D* 5 kabadeſ *D* 6 muenſ manicheoſ *D* 8 printipè *D* 9 kabade *D* 10 manicheiſ *D* 14 ſegegauerunt *D'* Karbadeſ *D* 18 eufraſiuſ *D* 22 iſ *D* 23 lugere *D* 25 clamidè *D* 29 Iuſtinuſ — 31 amministraſſet *ut in textu sunt D:* At uero iuſtinuſ cum | auguſtalē dignitatē annıſ xi ammi|niſtraſſ& apud conſtantinopolim in | pace quieuit *B* 31 amminiſtraſſet *BD* *nihil*

LIBER DECIMVS OCTAVVS

Anno ab incarnatione domini quingentesimo uicesimo primo I
IVSTINIANVS sororis Iustini filius Romanorum principum nonus ac quadragesimus Augustalem adeptus est principatum. qui mox ut imperialia iura suscepit, ad reparandum rei publicae statum animum intendit ac primum per Bilisarium patricium ingentem uirum Persas adgressus est, qui transgressis Romanorum terminis eorum regiones grauiter depopulabantur, quos Bilisarius magnis proeliis fudit atque ex uoluntate principis Constantinopolim triumphans ingressus est. interea ⟨rex Herulorum Graetes nomine uenit Constantinopolim cum populo suo et petiit imperatorem quod fieret Christianus. qui baptizatum in Theophaniis suscepit eum ex baptismate repromittentem auxiliari ei in quibuscumque uoluisset.

Eodem anno adhaesit Romanis mulier quaedam ex Hunnis qui dicuntur Saber, barbara, nomine Boazer, uidua habens secum Hunnorum milia centum. tum et rex Hunnorum qui sunt iuxta Bosporum nomine Gorda accessit ad imperatorem et factus Christianus susceptus est ab imperatore et multis ei praestitis donis misit eum in regionem ipsius ad Romanas custodiendas res et Bosporum ciuitatem, quae pro eo quod Romanis boues per singulos annos pro pecuniis inferebat, Bosphorus appellata est. locauit autem et numerum militum Romanorum et tribunorum custodire ciuitatem propter Hunnos et exigere tributa boum.

---

subscriptum in B, EXPLIC' LIB̄ · XVII · INCIPIT LIBER · XVIII · *in D.* hic incipit Landulphuſ Sagax poſt Paullum Aquilegienſem et ſcribit ix libroſ ſequenteſ uſque ad mortem Anaſtaſii et deinde Leoniſ '*manuscripto Bongarsii adscriptum*' 1 quingenteſimo xx nono *B* 2 ſororiſ — 3 quadrageſimuſ *ut in textu sunt B:* romanorū̇ ſoluſ *D* 4 ut *om. B* imperiali *D* 6 aggreſſuſ *bD* 7 populabantur *B* 9 iterea *B* 10 greteſ *D* 11 quo *D* 17 *et* 20 boſphorū *D* 20 romanoſ *D'*

II Promulgauit autem formam de episcopis et oeconomis et orphanotrophis et xenodochiis ne hereditate possiderent nisi quae priusquam proueherentur habuisse probarentur, de quibus et testamentum emittere potuissent. ab hora uero qua promoueretur, neminem habere licentiam disponendi sed omnia ipsius uenerabilem domum hereditari. exposuit imperator leges ualidas contra libidinosos et multi puniti sunt et factus est timor multus et cautela. renouauit etiam contrarias leges faciens singularem codicem et uocans eum nouellas constitutiones, in quibus non permittit principem in locis quibus praeest, emere possessionem aut aedificare domum aut hereditari extraneam personam nisi qui sibi cognatus existat. eodem anno passa est a diuina indignatione rursus Antiochia post duos annos prioris passionis et factus est terrae motus magnus et tempestas grauissima et litaniam faciebant qui remanserant, omnes discalciati clamantes et proicientes se prouos super niues clamantes κύριε ἐλέησον. apparuit autem in uisu cuidam dei cultori homini ut diceret omnibus residuis quod superscriberent in superliminaribus suis 'Christus nobiscum, state.' quo facto stetit ira dei et rursus imperator et Augusta multas pecunias donauerunt in recuperationem et aedificationem Antiochensium ciuitatis quam et cognominauit Theupolin.

III Porro duodecimo kalendarum Aprilium septimae indictionis irruit Alamundarus Zetices regulus Saracenorum et depraedatus est primam Syriam usque ad terminos Antiochiae in locum qui dicebatur Litargum et occidit multos et incendit exteriora Chalcedonis. et audientes primores Romanorum exierunt aduersus eum. quo comperto Saraceni una cum Persis sumpta praeda seu captiuis fugierunt. praeterea Samaritae et Iudaei in Palaestina imperatorem quendam Iulianum coronantes et arma contra Christianos mouentes rapinas et homicidia et incendia operati sunt, quos deus tradidit in manus Iustiniani

2 et exenodochiſ *D* 4 qua proueheretur *Bongarsianus:* qua pmeretur *DP* 12 quiſ ſibı *D* 14 prıorı *D* 15 letanıā *D* 16 dulcıatı *D* 17 KYRIE ELEISON *D* 18 quo ſupra ſcrıberent *D* 23 aprıharů *D* 24 zecıceſ *DP* 27 calcedonıſ *D* 28 cōpto *D* 29 fugıerunt *ita D* 30 phaleſtına *D*

et interemit omnes et decollauit Iulianum tyrannum. tertio namque imperii sui anno Iustinianus imperator promulgauit legem ne militarent pagani nec haeretici nisi soli orthodoxi Christiani, dans illis et inducias usque ad menses tres ad conuersionem.

Interea⟩ Athalaricus Gothorum rex cum necdum expletis quattuor annis regnasset, inmatura morte praeuentus uitae subtractus est. cuius mater Amalsuinta post eius funus Theodatum sibi socium adsciuit in regnum. sed Theodatus idem inmemor conlati beneficii eam post dies aliquot in balneo strangulari praecepit. et quia ipsa dum aduiueret, se suumque filium commendauerat principi, audita Iustinianus Augustus eius morte, graui mox aduersus Theodatum iracundia exarsit. sentiens se Theodatus infensum habere principem, beatum IIII
papam Agapitum Constantinopolim dirigit quatenus ei apud Iustinianum facti inpunitatem impetraret. qui sanctus pontifex dum Iustinianum principem adisset, facta cum eodem de fide collatione repperit eum in Eutychetis dogma corruisse, a quo primitus graues beatus antistes minas perpessus est. sed cum illius inconcussam in fide catholica repperisse Iustinianus constantiam cerneret — si quidem ad hoc usque uerbis progressum fuerat ut talia a praesule audiret 'ego ad Iustinianum imperatorem Christianissimum uenire desideraui sed Diocletianum inueni' — tandem ex uoluntate dei eius monitis adquiescens ad catholicae fidei confessionem cum multis pariter qui similiter desipiebant regressus est. Anthimum quoque eiusdem regiae ciuitatis episcopum priuatae haereseos defensorem conuictum publice communione priuauit ac persuaso principe in exilium coegit. nec multum post idem pontifex apud eandem urbem diem obiit.

---

3 mılıtaret *D'* 8 amalaſıunta *B*, amalaſūpta *D* 9 ın *om. B'* ıdem *A*(?): hıſdem *B*, ıſdē *D* 10 collatı *bD* alıquod *B'* ſtrangulare (e *in* t *corr. man. recentiss.*) *B* 13 theodotū *B* ıracundıae *B* 16 ımperaret *D* 17 abdıſſet *ni fallor B'* 18 eutıcetıſ *B*, uectıcetıſ *D* 20 catholıcā *B* 23 uenı *D'* 24 acquıeſcenſ *D* 27 cıuıtateſ *B'* 28 cōmunıcıone *D* prıuabıt *B'* 29 exılıo *B* multo *D*

V ⟨Septimo deinde imperii Iustiniani anno facta sunt Vandalica bella. episcopus autem quidam orientalis partis imperatorem Iustinianum deterruit dicens ex deo sibi uisionem factam iubentem sibi ad imperatorem accedere et postulare ut Christianos qui erant in Libya liberaret a tyrannis. quibus imperator auditis retinere mentem ultra non potuit sed tam exercitum et naues armis circumdedit et uictualia praeparauit Bilisariumque in procinctu esse praecepit, in Libyam praetorem imperator principaliter in omnibus statuit. erat autem cum eo et Procopius harum rerum conscriptor. proficiscentes autem a regia urbe abierunt Abydum. Bilisarius uero curabat quatenus uniuersus stolus simul nauigaret et in praedium idem ipsum diuerteret. cumque ad Siciliam peruenisset, misit Procopium conscriptorem Syracusam si forte inueniret quosdam qui se in Libyam ducerent. ipse uero stolo accepto ad Caucanam properauit uillam ducentis a Syracusa stadiis differentem. Procopius ergo Syracusam ingressus escas emit consecutus quoque inopinate uirum qui sibi fuerat amicus a puero quique experimentum habens Libyae locorum et maris: tres tantum dies transierant ex quo Carthagine uenerat et asseuerabat omnem securitatem habere illos et haud metuere quemquam eorum quod aduersus se moueretur exercitus ita ut a quattuor mansionibus maris Gelimer moraretur. hunc ergo assumptum

VI Procopius ad Caucana perueniens Bilisario praesentauit. quibus compertis Bilisarius transmeauit et exiuit in quoddam praedium aggeremque ac uallum profundum facientes castra metati sunt. ubi et cum locus inaquosus esset, uallo effosso terra protulit aquam ad omnem utilitatem animantibus et exercitibus. sequenti uero die populus ad praedam prorupit.

1—370, 23 ⟨⟩ *D:* interea ad africam quam | am multiſ labentibuſ anniſ uuandali | poſſidebant · a iuſtiniano cū exercitu | beliſariuſ miſſuſ eſt · qui mox proe¦lio cum uuandaliſ commiſſo eorū magnaſ | copiaſ fudit · regē̄q; eorū geliſmerū ui¦uum capienſ conſtantinopolim miſit · | chartago quoq; poſt annū ſuę exciſioniſ | nonageſimū ſextū recepta eſt *B* 5 lybia *D* 8 impcinctu *D* lybiā *D* 11 $\overset{h}{a}$bidū *D* 13 ſycihā *D* 15 lybiā *D* 19 lybie *D* 20 ex qua Kartagine *D* 23 maris *Anastasius:* maliſ *DP*

praetor autem his accersitis haec ad eos locutus est 'uiolentiam quidem inferre alienisque pasci iniustitia est in omni tempore maximeque nobis in periculis constitutis. ego enim in hoc fisus in hanc uos terram transuexi ut iustitia et opere bono tam deum placemus quam Afros ad nosmet ipsos attrahere procuremus. haec autem uestra intemperantia in contrarium nobis proueniet et aget ut Afri Vandalis auxilientur. sed acquiescentes uerbo meo ementes escas asportate et neque iniusti uideamini esse neque amicitiam Afrorum in inimicitiam conuertatis sed deum potius placare studete, cessate insilire in aliena et lucrum excutite periculis plenum.' mittens autem Bilisarius electum exercitum urbem sine labore comprehendit. nocte enim ad eam accedentes et una cum introeuntibus plaustris rusticorum ingredientes hanc optinuerunt et cum dies factus fuisset tam sacerdotem quam ciues primos captantes ad praetorem destinauerunt. Bilisarius itaque Carthagine capta commonebat milites dicens 'uidete commilitones quanta prospera facta sint nobis quoniam sobrietatem erga Afros ostendimus, uidete et honestatem in Carthagine conseruate et nequis quemquam opprimat nec quicquam ipsius subripiat, cum enim multa mala fuissent a Vandalis barbaris uiris perpessi, imperator autem noster ad auxiliandum eis nos misit et ad libertatem donandam.'

VII

Haec commonens Carthaginem introiuit et ascendens palatium in Gelimeris solio sedit, ad quem accedentes negotiatores Carthaginis uenerunt et quotquot iuxta mare manebant queritantes se rapinam a classibus pertulisse. at uero Kalonymum nauium principem iuramento constrinxit quatenus omnia quae rapta fuerant apportaret et propriis dominis redderet. qui defraudans ex eis et periurans non post multum uindictam exsoluit. nam extra sensus effectus suam ipsius linguam comedens obiit. ita uero praetor sine tumultu urbem possidebat

1 uıolentıa *D* 7 uobıſ *D* 9 ın *post* Afrorum *om. D'* 15 ciues *scripsi:* huıuſ *DP Anast.* 16 *et* 19 kartagıne *D* 17 cōmouebat *D* commılıtoneſ *om. D* 19 et *post* uıdete *om. D* 24 kartagınē *D* 26 kartagınıſ *D* uenerunt *om. D* 29 aſportaret *D* 30 peıuranſ *D*

ut nec iniuriam cuiqnam inferret homini nec in foro qnosqnam obserare domum contingeret sed ementes milites manducabant. eos nero Vandalos qui ad sacra confugerant, fide praestita educebat. murorum autem ciuitatis diligentiam exhibebat cum antea neglegentia ruerent. porro dicebant et uetus nerbnm Carthagine dictum uidelicet 'Gamma persequebatur Beta, nunc Beta Gamma.' quod uidetur esse perfectum. prius enim Genserichus Bonifacium insecutus est, nunc uero Bilisarius Gelimerem.

VIII Praeterea tot pecunias multitudo repperit qnot in nullo loco nmquam esse contigerat. denique Romanorum principatum depopulantes, pecnnias multas in Libyam transtulernnt. et cum ipsa regio optima et fecunda esset, pecuniarum reditus eis effecti sunt multi. nonaginta quippe et quinque annis Vandali Libyam tenuerunt et cum mnltas diuitias collegissent, in illa die in Romanorum manus omnes diuitiae redierunt. in tribus enim mensibns cum pugnasset Bilisarius id est a kalendis Septembribus usque ad kalendas Decembrias totam Libyam subdidit. misit autem Iohannem Armenium cum ducentis electis persequi Gelimerem donec eum uiuum aut mortuum comprehenderet. qui praeoccupans Gelimerem comprehensurus erat nisi res contigisset huius modi. Huliares quidam ex Bilisarii armigeris erat cum Iohanne qui uino inebriatus uidens auem super arborem insidentem, tenso arcu iecit aduersus auem et auem quidem consecutus non est, Iohannem uero retro in ceruicem percussit. qui plagatus mortuus est multum luctum tam imperatori Iustiniano et Bilisario quam cunctis Romanis et Carthaginiensibns derelinquens.

VIIII Taliter Gelimeres effugiens illa die ad Maurusios properauit. quem Bilisarius persecutus in Papna monte in nouissimis Numidiae circumclusit, hunc obsidens per hiemem deficientibus ei omnibus necessariis. panis enim apud Maurusios non

1 quē pıā ınferret *D* quosquam *Gruterus ex Anastasio:* quıſquā *DP* 6 kartagıne *D* 10 qđ ın *D* 12 lybıā tranſtulerut *D* 15 lybıā *D* 18 lybıam *D* 19 ſudıdıt *D'* 28 kartagınıenſib; *D* 30 pappua '*Bongarsianus*' 32 nofıt *D'*

fit neque uinum neque oleum sed far et hordeum inmaturum ut irrationabilia animalia comedunt. hos Gelimer incidens scribit ad Pharan quem dimiserat Bilisarius ad custodiendum eum, ut mitteret sibi citharam et panem unum et spongiam. Pharas autem haesitabat quidnam esset hoc donec qui detulerat epistulam dixit 'quia panem quidem desiderat uidere Gelimer non uidens panem ex quo ascendit in montem, spongiam autem propter oculos non lotos ac per hoc laesos quatenus hos sinceros spongia reddat, porro citharam ut calamitatem ea lamentetur et defleat.' his auditis Pharas condolens et fortunam humanam deplorans secundum eius scripta faciebat et omnia mittebat quaecumque Gelimer egebat. praeterea cum hiems transisset, metuens Gelimer obsidionem Romanorum et cognatorum misertus filiorum qui uermes in eadem miseria fecerant, dissolutus est mente et ad Pharan scripsit quod fidei uerbo recepto ipse et qui secum erant ad Bilisarium properarent. quo hunc certum iure iurando reddente assumptis omnibus Carthaginem uenit, Bilisarius autem hunc gratanter recepit.

At uero Gelimer ridendo ad Bilisarium introiuit. quem X
alii quidem superfluitate passionis excessisse quae sunt naturae delirumque suspicabantur effectum. amici uero huius et sagacem hominem hunc esse cogitabant et cum fuerit rex et regii generis et uirtutem ualidam pecuniasque magnas habuerit, quoniam in fugam uersus est et mala in Papua pertulit et nunc ut captiuus ductus est, nihil praeter multo risu digna quae hominum sunt arbitratum eum esse perhibebant. Bilisarius autem hunc cum principibus omnibus Vandalorum non in dehonoratione custodiebat ut ad imperatorem Iustinianum Byzantium duceret. Cyrillo uero statim Bilisarius cum capite Ztatzonis fratris Gelimeris in Sardo insulam misso quae Kirnus uocabatur primum hanc Romanis subegit. in Caesa-

1 ordeū *D* 4 *et* 9 cytharā *D* 4 *et* 7 ſphongiā *D* 5 *et* 10 faraſ 9 ſphongia *D* 10 eā *D* 11 & omnia mittebat *om. D* 12 agebat *ut uid. D*' 15 farau *D* 17 quo hunc *Pal.:* qđ hunc *D* 18 kartaginē *D* 21 delerūq. *D* 24 & quoniam *Bongarsianus* pappua *Bongarsianus* 25 nihilque *Bongarsianus* 27 uuandalorū (l *corr. ut uid. ex* c) *D* 29 bizantiū *D* Kyrillo *D* 31 Kyrnuſ *D*

riam autem, quae est in Mauritania, Iohannem alium destinauit quae triginta dierum itinere a Carthagine distans penes Gadira et solis occasum iacet, aliumque Iohannem ex protectoribus unum in fretum quod est in Gadiris et in castellum quod Septum uocant, direxit. porro in insulas quae iuxta Oceanum sunt Maioricam scilicet et Minoricam Apollinarium destinauit uirum bonum. misit autem et in Siciliam quosdam Afrorum et castrum Vandalorum comprehendere iussit. Gothi uero qui hoc custodiebant, matri Athalarici haec nota fecerunt, quae scribit ad Bilisarium ne idem castrum tyrannice caperet quo usque imperator Iustinianus sciret et quod sibi esset uisum efficeret. in his ergo Vandalicum bellum finem accepit.

XI Verum inuidia ut in magna felicitate fieri contigit etiam in Bilisarium cecidit. quidam enim derogauerunt ei penes imperatorem quod tyrannidem meditaretur. at imperator misso Salomone temptat Bilisarii uoluntatem utrum cum Gelimere et Vandalis Byzantium ueniret an manens illuc eos transmitteret. Bilisarius autem Byzantium profectus est Salomone praetore Libyae derelicto. cumque Bilisarius Byzantium una cum Gelimere et Vandalis peruenisset, magna praemia percipere meruit qualibus nimirum temporibus priscis Romanorum praetores in maximis uictoriis digni efficiebantur. sexcentis enim annis transactis nemo ad talem peruenit honorem nisi Titus Traianus et alii imperatores qui magistratus contra barbaricas nationes optinentes mirabiliter triumpharunt. exuuiisque ostensis et ex bello mancipiis in media urbe pompis haec publicauit quod triumphum uocant Romani: sic ueteri quidem modo sed pedestri incedens in domo sua usque ad Hippodromum. erant autem exuuiae quotquot administratorio principis ordini competebant id est throni aurei et redae, quibus regum uxores uehuntur, ornatusque de lapidibus pretiosis compositus, argenti quoque multa milia talentorum et diuersorum imperia-

2 kartagine *D* 8 uuandaloxú *D* 10 tyrannide *D* 13 inuidiā *D* imagna (n above) *D* 14 cecidit *om. D* 17 *et* 18 *et* 19 bizantiū *D* 19 libię *D* 24 magiſtratum* (*potest fuisse* ſ) *D* 28 yppodromū *D* 29 āminiſtratorio *D* 32 re|de *D* cōpoſitiſ *D*

lium uasorum, quae Genserichus Romano dispoliato palatio Africam tulit, inter quae Iudaeorum uasa quae Vespasiani Titus post captam Hierosolymam Romam detulerat. mancipia uero erant ex triumpho tam ipse Gelimer uestimentum quoddam portans purpureum et cognatio eius uniuersa, Vandalorum quoque quotquot ualde prolixae staturae ac boni corporis erant. cumque Gelimer in Hippodromum peruenisset et tam imperatorem supra tribunal sedentem quam ex utraque parte uulgus astans uidisset, non quiescebat clamans 'uanitas uanitatum et omnia uanitas.' pertingentem autem eum iuxta imperatoris tribunal purpura eius ablata pronum cadere et adorare imperatorem coegerunt. at uero imperator Gelimeri praedia in Galatia multa contulit et amoena et cum omnibus cognatis suis in his habitare permisit. uerum hunc in patricii ordinem non prouexit eo quod ab Arii secta discedere minime consentiret.

Salomone praeterea rem publicam moderante Maurusii XII
proelium aduersus Afros mouerunt. porro Maurusii ex gentibus descendunt, quas Iesus Naue ex regione Phoenicum a Sidone ad Aegyptum usque habitantes abegit. qui peruenientes Aegyptum et non recepti ab eis ad Libyam ueniunt et hanc inhabitantibus eis nouissimo tempore imperatores Romani terram optinentes hanc Hoen nominauerunt statuentes titulos duos supra magnum fontem ex lapidibus candidis concauos, habentes litteras Phoeniceas dicentes haec 'nos sumus qui fugimus a facie Iesu latronis filii Naue.' erant autem et aliae gentes in Africa primum indigenae habentes regem Asclepium qui Heraclio conregnauit quem Terrae filium esse asseuerauerunt qui Carthaginem condiderunt. Salomon autem a Carthagine sumptis exercitibus contra Maurusios properauit. qui in fugam uersi et se in praecipitia demergentes semet ipsos interficiunt. mortui uero in hoc bello Maurusiorum quinquaginta mi-

3 hıeroſolımā *D* Romam *om. D* 7 yppodromū *D* 15 arrıı *D* 19 hıeſuſ *D* fenıcū *D* 20 egyptū *D* 21 lybıā *D* 25 fenıceaſ *D* 26 ıhesu *D* 28 eraclıo corregnauıtque terre *D* 29 kartagınē *D* kartagıne *D* 31 dımergenteſ *D* 32 mılıa *om. D*

lia, Romanorum uero penitus nullus quin nec ictum quisquam eorum ullum accepit sed omnes incolumes uictoriam consecuti sunt. plurimi uero principum ipsorum Romanis adiuncti sunt. mulierumque atque puerorum tantam multitudinem Romani ceperunt ut ouis pretio seruum Maurusium emere uolentibus uenum darent. et tunc eis uetus eloquium cuiusdam diuinae feminae contigit 'quia maledictione multitudo eorum a uiro sine barba peribit.' Salomon quippe a puero eunuchus praeter uoluntatem effectus est prae passione genitales partes amittens. porro tota Libya recepta Carthaginem rediit.

XIII Praeterea uere incipiente missus est Bilisarius Siciliam Romanis facere tributariam. ubi eo hiemante Romani Libyae contra Salomonem simultates fecerunt hoc modo. acceptis enim interemptorum uxoribus Vandalorum habebant et agros earum ut suos et soluere imperatori pro eis tributa nolebant. at uero Salomon commonebat eos ne contradicerent imperatori sed huic quae deliberata fuissent penitus redderent. ceciderunt autem quidam eorum maximeque Gothorum in Arii sectam quos sacerdotes ecclesiae segregabant et nec liberos eorum baptizare uolebant. unde et in die festo simultas effecta est. consiliati uero sunt milites Salomonem in templo perimere. qui hoc audito suadere eis recedere a seditione temptabat, quod non post pauca optinuit.⟩

XIIII Porro dum Agapitus Romanus pontifex qui a Iustiniano principe pacem Theodato postularat, apud Constantinopolim obisset, Iustinianus Bilisarium patricium multis iam proeliis gloriosum aduersus Theodatum dirigit utque etiam Italiam a Gothorum seruitio liberaret. Bilisarius itaque dum aliquantum temporis apud Siciliam moram faceret, rex Gothorum Theodatus extinctus est. huius in locum Vittigis successit, qui mox ut regnum inuasit, Rauennam profectus Amalasuintae reginae

---

2 incolomeſ *D* 5 uenundarent *D* 8 perit *DP* 10 lybiā pcepta kartaginē *D* 12 lybię *D* 14 uuandalorū *D* 16 huic] hinc *D* 18 arrii ſettā *D* 24 Romanuſ *om. B* 27 aduer|ſum (ſum *in ras.*) *D* 30 loco *B* uuittigiſ *B*, uuitigiſ *DP* (*et P sic semper*) 31 amalaſuuinte (uinte *in ras.*) *B*, amalaſuinte *D*

filiam per uim auferens sibi in matrimonium iunxit. conceptas ergo contra Theodatum Bilisarius belli uires in Vittigim conuertit egressusque e Sicilia ad Campaniam Neapolim uenit. quem Neapolitani ciues noluerunt excipere. qui indignatus acriter ad eiusdem urbis expugnationem totis se uiribus erexit aliquantisque fortiter inpugnatam diebus tandem per uim capiens ingressus est tantaque non solum in Gothos qui ibi morabantur, sed etiam in ciues ira desaeuit ut non aetati non sexui postremo non sanctimonialibus uel ipsis etiam sacerdotibus parceret. uiros in conspectu coniugum miserabili uisu perimens superstites matres ac liberos captiuitatis iugo abduxit cuncta rapinis diripiens nec a sacrosanctis ecclesiis expoliandis abstinuit. indeque egrediens Romam properauit. quo Romam ingresso Gothi qui in urbe morabantur, noctu egressi relictis patentibus portis Rauennam confugiunt. Vittigis ut talia comperit, mox aduersus Bilisarium Romam cum ingenti exercitu uenit: Bilisarius non aptum sibi bellandi tempus coniciens intra urbis se moenia clausit eamque munitionibus circumsaepsit. Gothi urbem obsidentes uniuersa per circuitum direptionibus et incendiis absumunt. quoscumque Romanorum reperiunt, gladio extinguunt, cuncta sacra loca denudantes, ipsis etiam uenerabilium martyrum tumulis manus impias inferunt, continue urbem inpugnant. sed cauta Bilisarii defensatur industria.

Praeter belli instantiam angebatur insuper Roma famis XV
penuria. tanta si quidem per uniuersum mundum eo anno maximeque apud Liguriam fames exercuerat ut sicut uir sanctissimus Datius Mediolanensis antistes rettulit pleraeque matres infelicium natorum membra comederent. cumque per annum continuum Gothi Romam obsedissent, demum territi

---

1 filia *D* iuncxit *B'* 2 in guittı||gıſ *B*, in uuittıgıſ *D* 5 expunc|natione̅ *B* 7 tantāque *D* gothıſ *ni fallor D'* 11 phmenſ *D*, pımınenſ *B* abduxıt *D* 13 abſtenuit *B'* 15 guitıgıſ *B*, Uuıtıgıſ *D* 18 munıcıonıb; *D* cırcumſepſit *BD* 19 obſedentes *B'D* 20 dıreptıonıſ *D* quoſ quum ro|manorū *B* 22 uenerahbiliū *B'* 23 defenſantur *D* 25 ınſtantıa *D* romā *D* 27 maxıme *B* 28 antıſtıſ *B* retulıt *D*

Rauennam rediere. Bilisarius uero ⟨sedule a papa Siluerio acriter increpatus cur tanta ac talia homicidia Neapoli perpetrasset, tandem correptus et poenitens rursus proficiscens Neapolim et uidens domos ciuitatis depopulatas ac uacuas, tandem reperto consilio recuperandi populi colligens per diuersas uillas Neapolitanae ciuitatis uiros ac mulieres domibus habitaturos immisit id est Cumanos Puteolanos et alios plurimos Liburia degentes et Plaia et Sola et Piscinula et Locotroccla et Summa aliisque uillis nec non Nolanos et Surentinos et de uilla quae Stabii dicitur adiungens uiros ac mulieres, simulque et de populis Cimiterii adiunxit.

XVI Non post longum tempus rursus Africam pugnaturus cum Vandalis pergens uictoriam de eis adeptus est. ex quorum reliquiis Africae terrae captiuorum nec non et Siciliae et Syracusae ciuitatis simulque ciuitatum Calabriae id est Rhegium Maluitum Consentiam uillarumque earum populos atque totius Apuliae colligens depopulatam ciuitatem impleuit. tamen saepissime in collectione populorum de singulis urbibus uenientium solet accrescere stultiloquium: annualiter illis dirigebat praetor Siciliae uirum nobilem ac sapientem qui iudicaret et discerneret ea quae illi minime sciebant. at uero Bilisarius Neapolim⟩ ordinatam relinquens Romam regressus est. statimque ei a Theodora Augusta praeceptio allata est ut papam Siluerium conuictum accusatione falsorum testium in exilium truderet eo quod Anthimum haereticum Constantinopolitanum episcopum recuperare noluisset. quod Bilisarius licet nolens nihil moratus effecit. pulsus denique papa Siluerius ad Pontiam insulam est in qua et exulans obiit.

XVII Vittigis uero coacto rursus in unum magno Gothorum exercitu cum Bilisario conflixit factaque maxima suorum strage

---

1 redire *B*, redere *D* 1—21 ⟨⟩ *D:* proficifcenf neapolim eamq; | ut competebat *B* 2 neapolī *D* 6 domof habitaturof *D* 7 cūmanof *D* 9 ſyrentinof *D* 10 ſtabi *D* 12 uuan|dalif *D* 14 captiuorum *om.* *D* firacufe *D* 15 regiū · maluitū *D* 17 depopulato *ut uid.* *D'* 24 coniunctū *D* 25 antimū *B* 27 *post* demque *add.* eft *D* 28 eft *om.* *D* 29 Guitigif *B*, Vuitigif *D* 30 belifario *B*

in fugam conuersus est. quem Iohannes magister militum cognomento Sanguinarius noctu fugientem persequens uiuum conprehendit Romamque ad Bilisarium adduxit. patrata Bilisarius uictoria Constantinopolim rediit secum Vittigim deferens. quo uiso Iustinianus ualde laetatus est eique non multum post patricio effecto administrationem belli iuxta Persarum terminos tribuit ibique Vittigis degens uitam finiuit. Bilisarius uero dignis euectus honoribus iterato ad Africam aduersus Vintarith mittitur qui Vandalos rursus sollicitans apud eos arripuerat regnum. qui ut Africam attigit, Vintarith sub dolo pacis ilico peremit residuosque Vandalorum rei publicae iugo substrauit. uictor exinde Bilisarius Romam uenit, auream crucem centum librarum pretiosissimis gemmis exornatam in qua suas uictorias descripserat, beato Petro per manus papae Vigilii optulit.

His ipsis apud Cassinum temporibus post solitariam uitam sancto degens coenobio stupendus beatissimus pater Benedictus nec minus futurorum praescius radiabat uirtutibus.

Hac etiam aetate gens Langobardorum amica tunc populi XVIII
Romani apud Pannonias degebat, quibus in regni gubernaculo Audoin praeerat. is eo tempore cum Turisendo Gepidarum rege confligens per Alboin suum filium iuuenem strenuum uictoriam nanctus est. denique inter ipsas Alboin sese acies Turismodum Turisendi regis filium appetentem alacriter adgressus extinxit. perturbatisque hac occasione Gepidis, suis uictoriam peperit.

At uero apud urbem Romam papa Vigilius ob eandem qua et decessor suus causam indignationis Augustae per An-

---

3 cōp̄hendıt *D* belıſarıum *B* 3 *et* 7 *et* 12 belıſarıuſ *B* 4 guıtıgıſ (ıſ *in ras.*) *B*, uuıtıgıſ *D* 5 eſt *om.* *B'* 6 patrıcıum effectum *BD* bellı *scripsi:* ıllı *BDP* 7 guıtıgıſ *B*, uuıtıgıſ *D* 8 aduerſū *d* 9 guıntharıth *B*, uuıntharıt *D*, uuıntharıth *D* 10 arrıperat *B* guıntarıt *B* uuıntharıth *D* 12 belıſarıuſ ut *B* 14 papę uıgılıı opulıt *praeter* ıt *in ras. in B* 16 caſınū *D* 17 cenobıo *D* stupendus *Pithoeus:* ſtupendıſ *B*, ſtıpenduſ *DP* 19 hęc *B* 21 audo hı *D* 24 aggreſſuſ *D* 28 cauſa (cauſā *man. recentissima*) *B* ındıgnatıone (e *corr. in* ıſ *man. recentiss.*) antımū *D*

thimum Scribonem ductus Constantinopolim indeque in exilium actus est.

Capto igitur Vittigi Gothi Transpadani Heldebadum sibi regem constituunt qui eodem anno perimitur. cui succedit Erarius et ipse necdum anno expleto iugulatur. dehinc sibi Baduillam, qui et Totila dicebatur, in regnum praeficiunt. moxque collecto undique exercitu uniuersam rursus Italiam inuadunt. exinde per Campaniam uirique dei Benedicti patris coenobium iter ⟨faciens ab eo talia audire meruit ‘multa mala facis, multa mala fecisti. iam ab iniquitate conpescere. et quidem mare transiturus, Romam ingressurus, nouem annis regnabis, decimo morieris.’

XVIIII Deinde a monasterio descendens per Lucaniam⟩ ac Brittiorum fines Rhegium proficiscens nec mora Siculum transgressus fretum Siciliam inuadit. inde quoque reuertens Romam petit eamque obsidionibus circumcludit. quae tantam tunc famis penuriam perpessa est ut prae magnitudine inopiae natorum suorum carnes comedere uellent. fessis nimium Romanis nec ualentibus moenia tueri Totila a porta Ostiensi urbem ingressus est. qui parcere Romanis cupiens per totam noctem clangere bucina iubet quo se a Gothorum gladiis aut ecclesiis tuerentur aut quibuscumque modis occulerent. habitauitque aliquantum temporis cum Romanis quasi pater cum filiis. hanc illi ut datur conici animi benignitatem qui nimiae ante crudelitatis extiterat beati patris Benedicti, quem olim adierat, monitio contulit. elapsi sane ex urbe aliqui e numero senatorum Constantinopolim afflicti properant. quibus calamitatibus Roma subiceretur principi narrant. qui statim Narsen eunuchum suum cubicularium suum exarchum Italiae fecit et

1 in demq. exiliū *D* 3 guitigiſ *B*, uuitigiſ *D* heldebadū *sic BDP* 5 erariuſ *sic BDP* 6 regno *D* 8 inuadit *D* 9 ceno|biū *D* 9–13 ⟨⟩ *D:* facienteſ per quę lucanię *habet B* 11 roma *D* nouo anno regnaſ *D'* 13 britiorū *BD* 14 regiū *BD* proficiſcuntur *B* tranſgreſſi *B* 15 fretrū *D* inuadunt *B* reuertenteſ *B* 16 petunt *B* circumcludunt *B* 19 hoſtienſi *D*, hoſtenſi *B* 21 clangere bucinā] *in haec uerba desinit codex B* *post* aut *add.* a *D* 28 narſim *D*

Romam eum manu ualida dirigit ut afflictae Romae quantotius subueniret. is ad Italiam ueniens cum Langobardis foedus iniit et ad Alboin legatos dirigit quatenus ei pugnaturo cum Gothis auxilium ministraret. tunc Alboin electa e suis manu direxit qui Romanis aduersum Gothos suffragium ferrent. qui per maris Adriatici sinum transuecti sociati Romanis magnum cum Gothis certamen iniere. quibus ad internicionem paene consumptis regem Totilam, qui ultra decem annos regnauerat, interfecit et uestimenta eius cruenta cum corona lapidibus pretiosis exornata misit regiam urbem et iacta sunt ad pedes imperatoris coram senatu. deinde urbes eorum munitas duas capiens Veronam scilicet et Brexiam et Romanam ciuitatem uniuersamque Italiam ad rei publicae iura reduxit et Langobardos honoratos multis muneribus ad propria remisit omnique tempore quo Langobardi possederunt Pannonias Romanae rei publicae aduersus aemulos adiutores fuerunt.

Interea Salomone Libya commorante uniuersos muros ciuitatis illius prouinciae muniuit et quoniam Maurusii discesserunt a Numida uicti Zaben regionem atque Mauritaniam et Sitiphim metropolim sub tributo Romanis effecit. alterius enim Mauritaniae Caesaria prima metropolis est. XX

Interea Hiberum rex Zamanardus nomine Constantinopolim ascendit ad Iustinianum imperatorem cum muliere ac senatoribus suis rogans eum ut esset Romanorum concertator et germanus amicus. at imperator huius modi proposito eius accepto multis cum et senatores eius munificentiis honorauit. similiter et Augusta uxori eius uariata gemmis ornamenta donauit et dimiserunt eos pacifice ad proprium regnum.

Octauo anno imperii Iustiniani passa est a diuina indignatione Pompeiopolis Mysiae, scissa enim est terrae motu et obrutum est medium ciuitatis cum habitatoribus et erant subtus terram et uoces eorum audiebantur clamantium ut sibi misericordia praestaretur. et multa donauit imperator ad edu-

3 quatınuſ *D* 6 magno *D* 7 certamıne ınhıerunt *D* 10 ornatā *D* 13 longobardoſ honeratoſ cum *D* 15 longobardı pannonıā poſſıderunt *D* 17 ciuitatum *coni. Gruterus* 20 ıtıphın *DP*, iaphın *'Bongarsianus'* 32 ſıbı m̄ı *D*

cendos et adiuuandos uiuentesque liberaliter iuuit. eodem uero anno tradidit Iustinianus ad psallendum in ecclesia illud quod canitur 'unigenitus filius et uerbum dei.'

XXI Anno duodecimo imperii Iustiniani moti sunt Bulgarum duo reges Vulger scilicet et Droggo cum multitudine in Scythiam et Mysiam cum esset magister militum Mysiae Iustinus et Scythiae Bandarius. qui exeuntes contra Bulgares inierunt proelium et occisus est Iustinus magister militum in bello et factus est pro eo Constantinus Florentii et uenerunt Bulgares usque ad partes Thraciae et egressus est contra eos magister militum Villiriaci cum Hunnis, quem suscepit imperator ex sacro baptismate et in medium missis Bulgaribus conciderunt eos et occiderunt multitudines copiosas et receperunt omnem praedam et uicerunt potenter occisis duobus regibus eorum.

Eodem anno cepit Chosroes rex Persarum magnam Antiochiam Syriae.

Anno tertio decimo imperii Iustiniani sociatus est Romanis Mundus ex genere Gepidum deriuatus.

Anno quarto decimo imperii Iustiniani Chosroes rex Persarum quartum in Romanorum terram fecit ingressum quem Bilisarius rursus ab Hesperiis ueniens sapientia sua inefficacem redire coegit ad propria.

Anno quinto decimo imperii Iustiniani mense Octobre facta est Byzantii mortalitas.

Et eodem anno Hypapante domini sumpsit initium ut celebraretur apud Byzantium secunda die Februarii mensis.

XXII Anno sexto decimo imperii Iustiniani contigit debellare in uicem reges Azumitensium Indorum Iudaeorum ex causa huiusce modi. Azumitensium rex ultra Aegyptum est iudaizans. Romanorum autem negotiatores per Homeritensem ingrediuntur ad Azumitensem et ad interiores partes Indorum atque Aethiopum. negotiatoribus autem secundum consuetudinem ingressis

---

4 uulgarū *D* 5 uulger *D* in lyciā et myſiā *DP* (*cf.* 7) 7 *et* 9 uulgareſ *D* 10 thrace *D* 11 yllıriaci cū hunnoſ *DP* 12 uulgarib; *D* 15 choſroę *D* 18 gipedū diriuatuſ *D* 19 choſroę* (*fuit* ſ) *D* 23 octoberi (i *add. man.* 2) *D* 24 bizantia *D* 25 ypopanti *DP*, Yppanti *corr. in* Ypapanti *Anastasius* 26 bizantiū *D*

terminos Homeritarum Damianus eorum rex illos occidit et abstulit omnia ipsorum dicens quoniam Romani malefaciunt Iudaeis qui in regione sua sunt et occidunt eos. et ex hoc soluerunt negotiationem interiores Indorum Azumitae. et indignatus Azumitensium rex Adad misit Homeriti quia laesisti regnum meum et interiorem Indiam prohibens Romanorum mercatores ad nos ingredi. et uenerunt in inimicitiam magnam et inierunt bellum in alterutrum. et cum pugnaturi essent, Adad Azumitensium rex uotum uouit dicens ‘quia si uicero Homeritensem, Christianus efficiar quia pro Christianis pugno’ deique operatione uicit potentissime et accepit captiuum uiuum Damianum regem eorum et regionem ipsorum et regna. gratiasque referens deo Adad rex Azumitensium misit ad Iustinianum imperatorem ut acciperet episcopum et clericos et doceretur et fieret Christianus. et gauisus est super hoc Iustinianus plurimum et iussit eis dari episcopum quemcumque uoluissent. et elegerunt idem legati cum curiose quaesissent, mansionarium sancti Iohannis magnae Alexandriae uirum uenerabilem et uirginem nomine Iohannem qui sexaginta duorum erat annorum, quo suscepto abierunt in propriam regionem ad Adad regem suum. et ita crediderunt Christo et illuminati sunt.

Anno septimo decimo imperii Iustiniani factus est terrae XXIII
motus magnus in uniuerso mundo.

Eodemque anno apparuit quidam ex regione Italorum per uillas discurrens, nomine Andreas, habens secum canem rufum et caecum qui iussus ab eo faciebat miracula. cum enim staret ipse in foro et turba in circuitu adesset, clam eodem cane deferebantur astantium anuli aurei et argentei ac ferrei et ponebantur in pauimento, quos ille cooperiebat et praecipiebat cani et tollebat et dabat uni cuique suum. similiter et diuersorum imperatorum numismata mixta porrigebat per nomina. sed et praesto turba astante uirorum scilicet ac mulierum interrogatus ostendebat in utero habentes et fornicarios et adul-

1 homeriti *D* 4 azumiti *D* 20 adad · ad *D* 33 ſilicet *D*

teros et auaros et magnanimos, ostendebat omnes cum ueritate. unde dicebant quia spiritum habet Pythonis.

Anno imperii Iustiniani octauo decimo diffusum est mare per Thracem miliariis quattuor et cooperuit eam terram circa partes Odyssei et Dionysopoleos et multi necati sunt in aquis et iterum dei praecepto restitutum est idem mare in loca sua.

Anno imperii Iustiniani nono decimo facta est inopia frumenti et uini ac pluuia magna. et factus est terrae motus magnus Constantinopoli et euersio die sancto Paschae et coepit uulgus a carnibus abstinere mense Februario die quarta. imperator autem praecepit alia hebdomada carnem apponi et omnes carnium uenditores occiderunt et apposuerunt et nemo emebat aut edebat. porro Pascha factum est ut imperator iussit et inuentus est populus ieiunans hebdomada superflua.

XXIIII Anno uicesimo primo imperii eius facti sunt terrae motus magni et pluuiae mortuaque est Theodora Augusta. similiter et sequenti anno facta sunt fulgora et tonitrua ita ut dormientes ex tonitru laederentur atque incendia penes Byzantium.

Anno imperii Iustiniani uicesimo tertio legatus Indorum uenit Constantinopolim ducens elephantem et ingressus est Hippodromum. mense autem Martio exiliit elephans e stabulo noctu et interfecit multos, alios uero debilitauit.

Porro Iunio mense facta sunt encaenia sanctorum apostolorum apud Constantinopolim et recondita sunt *λείψανα* Andreae Lucae ac Timothei apostolorum et transiit Menas episcopus cum sanctis *λειψάνοις* sedens in carruca aurea imperatoria lapidibus insignita tenens tres thecas sanctorum apostolorum in genibus suis et ita encaenia celebrauit.

Vicesimo septimo imperii Iustiniani anno factus est terrae motus terribilis Constantinopoli et circumquaque urbibus qui tenuit diebus quadraginta. et paulatim homines compuncti sunt litaniam agentes et frequentantes atque in ecclesiis com-

---

2 pithonis *D* 4 tracē *D* 5 odiffei et dyonisopoleos *D* 9 constantinopoli magnus et *D* pascha *DP* cępit *D* 11 ebdomade *D* et *om. D'* 14 ebdomada *D* 18 bizantiū *D* 23 *et* 28 encenia *D* 24 lipsana *D* 26 lipsanis *D* 30 constantinopoli *D* 32 letaniā *D*

manentes. cumque multa dei misericordia facta fuisset, homines ad peiora delapsi sunt. fit autem memoria terrae motus huius per singulos annos in campo litaniam populo faciente.

Vicesimo octauo imperii Iustiniani anno facta sunt toni- XXV
trua et fulgora horrenda et uentus Africus terribilis ita ut caderet crux quae stabat intra portam Rhesii.

Vicesimo nono imperii Iustiniani anno seditionem concitauerunt Iudaei et Samaritae Caesariae Palaestinae et facti quasi in ordine Prasino Venetorum irruerunt in Christianos eiusdem ciuitatis et multos interfecerunt et ecclesias combusserunt Stephanumque ipsius urbis praefectum in praetorio peremerunt et substantiam eius diripuerunt. uxor uero illius ascendens ad urbem adiit imperatorem qui iussit Adamantio magistro militum descendere Palaestinam et occisionem inquirere Stephani. qui ueniens eorum quos repperit alios suspendit alios decollauit alios uero debilitauit et publicauit. et factus est timor ingens in omnibus partibus orientalibus.

Tricesimo imperii Iustiniani anno apparuit ignis in caelo quasi species lanceae a septemtrione usque ad occidentem.

Tricesimo primo imperii Iustiniani anno factus est terrae motus horribilis ualde qualem nullus hominum memorabat in generatione illa super terram effectum. concutiebatur enim terra nocte ac die diebus decem, postea uero cessauit. at uero imperator non portauit coronam per quadraginta dies. sed et sancta Christi natiuitate absque illa processit in ecclesia ita ut etiam prandia, quae ex more fiunt in decem et nouem accubitus, cessare faceret et horum expensas egenis tribueret.

Eodem anno ingressa est gens Byzantium inopinata eorum XXVI
qui dicuntur Auares et tota ciuitas concurrit ad uisionem eorum tamquam qui numquam uiderint gentem huius modi. habebant enim comas retrorsum prolixas ualde, uinctas prandiis

1 dī oma facta *D* 2 dılapſı *D* 3 letanıā *D* 6 crux quı *D* Rhesii] χρυσῆς *Cedrenus*, Hesu *'liber Bongarsii'* 10 et *ante* eccleſıaſ *om.* *D* 14 phaleſtınā *D* 21 accubıtıb; *D* 29 bızantıū *D* 32 plıxıſ *D* uıctaſ *D*

atque perplexas, reliquus uero uestitus eorum similis erat ceterorum Hunnorum. isti fugientes a regione sua uenerunt in partes Scythiae ac Misiae et direxerunt ad Iustinianum legatos petentes ut reciperentur.

Tricesimo secundo imperii Iustiniani anno aedificatus est trullus magnae ecclesiae Constantinopoli exaltatus plus uiginti pedibus in superioribus supra aedificium quod ante fuerat.

Tricesimo tertio imperii sui anno coepit imperator aedificare pontem Agoreos fluminis et conuertens eundem amnem in alium alueum uoluitque arcus mirabiles quinque et fecit eum meabilem cum antea ligneus fuerit.

Tricesimo quarto imperii Iustiniani anno diffamatum est apud Constantinopolim quod mortuus esset imperator. uenerat enim a Thrace et neminem uidebat. ergo plebes rapuerunt panes subito ex locis in quibus fiebant et uendebantur et circa horam tertiam non inueniebatur panis in tota urbe. clausa quoque sunt ergasteria et susurrabat palatium quia nemo ex senatu uidebat imperatorem eo quod dolorem capitis pateretur et ex hoc crediderunt quod defunctus esset imperator. interea circa horam nonam fecit senatus consilium et miserunt praefectum et fecerunt luminaria in tota urbe quoniam sanus factus est imperator et hoc modo erepta ciuitas a turbatione. postquam autem sanus effectus est imperator, Eugenius qui fuerat praefectus detraxit Georgio et Etherio curatoribus quasi uoluissent Theodorum facere imperatorem filium Petri magistri. cumque fuisset causa diligenter inquisita et nullatenus comprobata, in iram cecidit imperatoris Eugenius et domus eius publico est fisco collata.

Facta est autem et mortalitas uasta in Cilicia et Anazarbo et Antiochia magna nec non et terrae motus et congressi sunt aduersus alterutrum orthodoxi et Seueriani et multa homicidia facta sunt. et misso imperator Zimarcho comite orientis inhibuit inordinatos et multos in exilium misit et publicauit ac membris debilitauit.

---

6 conſtantinopoli *D* 8 ſui *om. D'* cępit *D* 9 agereoſ *ut uid. D'* 10 uolbit *P*, absoluit *coni. Gruterus* 15 fiebat *D'* 21 lumina *D*

Tricesimo quinto imperii Iustiniani anno capta est Hobes XXVII
ciuitas ab Hunnis et misit imperator Marcellum magistrum militum cum exercitu multo ut eriperet ciuitatem.

Tricesimo sexto imperii Iustiniani anno, uicesima quinta die Nouembrii mensis sero insidias meditati sunt quidam ut occiderent imperatorem. erant autem Ablauius et Marcellus pecuniarum uenditor et Sergius. meditatio autem eorum erat huius modi. cum sederit in triclinio sero priusquam discedendi licentia detur, occidant eum habentem homines suos sibi cooperantes intus absconditos in silentiario et in archangelo et in curru ut cum facta fuerit machinatio turbationem faciant. porro idem Ablauius etiam aurum accepit a Marcello argenti uenditore libras quinquaginta ut sibi cooperaretur. sed deo uolente fisus est Ablauius Eusebio exconsuli, qui erat comes foederatorum, et Iohanni Logothetae dicens quia hodie uesperi uolumus imperatorem aggredi. qui cum hoc nuntiassent imperatori, tenuit eos et inuenit illos ferentes absconditos gladios. Marcellus quidem argenti uenditor spe frustratus exempto gladio quem portabat dedit sibi tres ictus in triclinio comprehensus et moritur. Sergius autem fugit ad Blachernas. quo educto ab ecclesia et interrogato persuasum est ei confiteri quod et Hisaucius argenti uenditor et Bilisarius gloriosissimus patricius conscii huius modi fuerint machinamenti, et Vitus pecuniarum uenditor et Paulus curator eiusdem Bilisarii consilium scierint. qui comprehensi et traditi Procopio praefecto confessi sunt et dixerunt de Bilisario. qui mox factus est imperatoris sub iram. multi uero et fuga usi sunt. interea quinta die mensis Decembrii fecit imperator silentium adducens et patriarcham Eutychium et iubens eorum recitari confessiones. quo audito Bilisarius ingenti est maerore grauatus. et mittens imperator comprehendit omnes homines eius et ipsum domi sedere praecepit custodiendum.

Interea uicesima die mensis Decembrii captae sunt quae- XXVIII

---

10 intuſ] indoſ *D* 14 erant *D* 15 federatorū *D* 16 nunciaſſent *D* 20 fuit *D'* 22 Hisaucius *Anastasius*, *cod. Pithoei:* hiſaciuſ *DP* 29 euticiū *D*

dam partes Africae a Mauritanis insurgentibus aduersus Africam ita. Cutzinas nomine quidem ex ipsa gente exarchus Mauritanorum habebat consuetudinem accipiendi a principe Africae, qui per tempus erat, certam quantitatem auri. cum autem uenisset ut acciperet illud, Iohannes princeps Africae occidit illum. porro insurrexerunt filii Cutzinae uindicantes paternum acceptum et erecti contra illam coeperunt eius partes aliquas depraedare. imperator itaque hoc agnito misit in auxilium Africae Marcianum magistrum militum nepotem suum cum exercitu ad pacificandos Mauros et confluxerunt ad eum. sicque pace potita est Africa.

Eodem anno imperator quibusdam perturbationes Constantinopoli concitantibus pollices abscidit eorum dum taxat qui cum gladiis pugnauere. nona decima uero die Martii mensis dimissus est Bilisarius patricius receptis omnibus dignitatibus suis.

Eodem anno uenerunt legati Ascelti regis Hermechionorum qui positus est intra barbarorum gentem iuxta Oceanum Constantinopolim.

Iustinianus imperii sui tricesimo septimo anno perrexit causa orationis ad Myriangelos id est Germias urbem Galatiae.

Nouembri uero mense introiuit Byzantium Arethas patricius et princeps tribus Saracenorum debita deferre imperatori filiorum suorum et debiti gratiam ut scilicet post obitum suum tenerent principatum tribus suae.

Tricesimo octauo imperii sui anno Iustinianus de corruptibili et incorruptibili dogma commouens edicto ubique alieno a pietate transmisso deo praeoccupante defunctus est cum imperasset triginta et octo annis, mensibus septem et diebus tredecim et efficitur huius successor Iustinus Curopalates.

XXVIIII Anno ab incarnatione domini quingentesimo quinquagesimo octauo IVSTINVS imperat nepos Iustiniani coronatus ab Eutychiopatriarcha. erat autem natione Thrax, magnanimus atque ad omnia prosper. habebat autem et uxorem Sophiam nomine

---

6 cutzıne *D* 7 cęperꝫ *D* 12 | turbatıonef conftantınopolı *D* 14 nona decımo *D* 21 ratıonıf *D* 22 bızantıũ *D* 32 cutıcıo *D*

quam coronauit Augustam. cum autem esset pius, adornauit ecclesias quas Iustinianus aedificauerat tam uidelicet magnam ecclesiam et sanctos Apostolos quamque alias ecclesias et monasteria, donans eis thesauros et omnem reditum. eratque orthodoxus ualde et misit Photinum monachum priuignum Bilisarii patricii, dans ei potestatem contra omnem personam et causam pacificans ecclesias uniuersas Aegypti et Alexandriae.

Secundo anno imperii Iustini Aetherius et Auidius ac medicus qui cum ipsis erat insidiati sunt eidem imperatori Iustino. qui cogniti interfecti sunt gladio.

Tertio imperii Iustini anno accersitis Sophia piissima Augusta pecuniarum uenditoribus et notariis iussit deferri cautiones debitorum et breues, quibus lectis accepit breues et praebuit eos debitoribus et reddidit dominis suis. et laudata est super hoc magnopere ab uniuersa ciuitate.

Septimo imperii Iustini anno Romani ac Persae pacem XXX
corruperunt et iterum Persicum renouatum est bellum eo quod Homeritae Indi legationem ad Romanos miserint et imperator Iulianum magistrianum cum sacra destinauerit ad Aretham regem Aethiopum per Nilum fluuium ab Alexandria et Indico mari. qui receptus ab Aretha rege cum gaudio multo, appetente nimirum amicitiam Romanorum imperatoris. enarrabat autem cum redisset idem Iulianus quod quando receperit eum rex Arethas nudus esset habens circumcincturam et in lumbis linea uestimenta auro contexta. circa uentrem uero portabat indumenta scissa cum margaritis pretiosis et in brachiis quinos circulos et aureas armillas in manibus suis, in capite autem pannum gemmatum habentem ex utroque ligamento plectas quattuor et torquem aureum in collo suo et stabat supra quattuor elephantes stantes et habentes iugum et rotas quattuor et superius currum excelsum uelatum petalis aureis ut sunt principum prouinciarum currus et stans supra illos ferebat scutum paruissimum deauratum et duas lanceolas aureas et senatus

---

8 etherınſ *D* 15 unıuerſo *D* 18 Indi legationem *Gruterus ex Teophane:* ın dılectıonē *DP*, indelegionem *Anastasius* 19 magıſtrum *D et a sec. manu P* $\overset{\text{ıſ}}{\text{ſacrạ}}$ *D* arethan *d* 29 quatuor *D*

eius omnis erat cum armis canentes modulationes musicas. introductus ergo legatus Romanorum cum adorasset, iussus est ab eo erigi et duci ad se. cum autem accepisset imperatoris sacram, osculatus est signaculum quod habebat pectusculum imperatoris. susceptis autem et donis gauisus est ualde. porro cum legisset sacram, inuenit ut se contra regem Persarum armaret et proximam sibi Persarum perderet regionem et ulterius cum Persis foedera non iniret. protinus ergo collecto exercitu rex Arethas coram legato Romanorum aduersus Persas proelium mouit subiectos sibi Saracenos praemittens. profectus autem et ipse ad regionem Persarum depopulatus est omnia quae in partibus illis erant. tenens autem rex Arethas caput Iuliani et dans ei pacis osculum dimisit eum in multa beniuolentia multisque muneribus.

XXXI Porro facta est et alia causa quae turbauit Chosroen. Huuni quippe per illud tempus, quos Turcos dicere consueuimus, legationem diriguut ad Iustinum per Alanorum regionem mittentes. hoc timens Chosroes excusationem praetendebat rebellionem Armeniorum in se factam per accessum quo Iustino adhaeserant. sed et profugos repetebat. impendebat enim Romanorum imperator per singulos annos quingentas libras auri ut castra quae loco proxima erant, Persae custodirent ne ingressae gentes utramque rem publicam destruerent communibusque sumptibus castella muniebantur. at uero Iustinus pacem dissoluit asserens opprobrium esse sub Persis soluere tributa Romanos. propterea locum magnum hoc Persarum Romanorumque repperit bellum. porro Iustinus Martinum patricium et cognatum suum praetorem creans orientis contra Persas direxit.

XXXII Octauo imperii sui anno Iustinus infirmatus est et tristatus aduersus Baduarin fratrem suum hunc iniuriis lacerauit. nouissime uero praecepit cubiculariis pugnis caesum educere illum in conspectu concilii senatorum. erat enim comes imperialium stabulorum. quo comperta Sophia tristata est et questa impe-

6 contra ſe *D* 8 fędera *D* 15 choroen *D* 16 quippe] uero *D* 17 alannorū *D* 18 choroę *D* 22 pxima* *D* p ſe *D* 31 baduarin *sic DP*

ratori. qui se paenituit et descendens ad eum in stabulum introiuit subito cum praeposito cubiculariorum. Baduarius autem uiso imperatore fugit a loco in locum per superiora praesepis prae timore imperatoris. at imperator clamabat 'adiuro te per deum frater mi exspecta me.' et cum concurrisset, tenuit eum et amplexatus deosculatus est illum dicens 'peccaui tibi frater mi sed suscipe me ut fratrem tuum primum et imperatorem. ex diabolica enim operatione noui quod factum sit hoc.' qui cecidit ad pedes eius et flens ait 'ueraciter domine potestatem habes. uerum tamen in praesentia senatus deformasti seruum tuum, modo domine his rationem redde' et ostendebat ei † equos. at uero imperator rogauit eum secum manducare et pacificati sunt.

Eodem uero anno factum est bellum circa Sargathon Romanorum atque Persarum magnum et uicerunt Romani.

Nono anno imperii Iustini Hormisda rex Persarum Arda- XXXIII
manen ducem Persarum ordinans misit regionem Romanorum depopulari qui praeda multa capta reuersus est. quo comperto Iustinus consternatus mole calamitatis capti sensus langorem incurrit et pactum facere petit Hormisdae quī fieri anno consensit. Iustinus imperator Tiberium comitem excubitorum sibi filium faciens Caesarem appellauit et consessorem suum constituit tam in hippodromiis quam in diebus insignibus. erat autem imperator pedibus captus ac per hoc magis in lectulo iacens.

Vndecimo imperii sui anno construxit Iustinus magnum aquae ductum Valentis et largitus est urbi dapsilitatem aquarum.

Duodecimo imperii sui anno Iustinus imperator synagogam Hebraeorum, quae erat Constantinopoli in Chalcopratiis ablatam ab eis fecit ecclesiam dominae nostrae sanctae dei genetricis, quae magnae proxima est ecclesiae. at uero imperator infir-

---

9 ueratıter *D* 10 habenſ *D* p̊centıa *ut uid. D* 11 equoſ *PD Anastasius*, '*lectio inepta*' *Gruterus*, *τὰ ἄλογα Theophanes* 20 hormidẹ q ıd fierı *D* 21 ty|berıū *D* 23 hippodromiis *Bongarsianus, Anastasius* yppodromıſ *D*, hıppodromıſ *P* 29 hebreorū *D* couſtantınopolī *D* chalcopartiis *Bongarsianus, Anastasius*, chalco · pretuſ *DP* 30 genıtrıcıſ *D*

matus et pauxillum a languore dimissus aduocauit tam Eutychium pontificem et senatum quam omnes sacerdotes et ciues et adducto Caesare Tiberio palam omnibus appellauit eum im-
XXXIIII peratorem his sermonibus usus 'ecce deus benefecit tibi, hunc habitum deus tibi dedit, non ego. honora illum ut tu quoque honoreris ab ipso. honora matrem tuam quae aliquando tua domina fuit. nosti quod primum eius seruus fueris, nunc autem filius. ne gratuleris in sanguinibus, ne communices homicidio, ne malum pro malo reddas, ne in malo inimicitiae similis mihi efficiaris. ego enim ut homo culpaui. et enim culpabilis factus sum et recepi secundum peccata mea. sed causam habebo cum his qui hoc mihi fecerunt ante tribunal Christi. non eleuet te hic habitus quem ad modum me. sic adtende omnibus sicut tibi. scito quis fueris et quis modo existas. ne superbias et non peccabis. nosti quis fuerim et quis factus extiterim et existam. omnes isti filii tui sunt et serui. scis quod pro uisceribus meis honorauerim te. hos cum uideas omnes quae sunt rei publicae, uides. intende militi tuo, ne milites suscipias ne dicant tibi quidam quia decessor tuus taliter conuersatus est. haec enim dico a quibus passus sum. qui habent substantias, fruantur eis. his uero qui non habuerint, dona.' et facta oratione a patriarcha cum dixissent omnes 'amen,' cecidit Caesar ad pedes imperatoris et dixit ei 'si uis, sum: si uis, non sum.' et imperator 'deus' ait 'qui fecit caelum et terram ipse omnia quae dicere oblitus sum, in cor
XXXV tuum immittat.' porro cum haec persequeretur imperator, replebat lacrimis totum collegium. quod cum solutum fuisset, Tiberius dona subditis impertitus est et quaecumque in imperatoriis appellationibus moris existunt. hic Iustinus initio imperii sui bonus fuit, post in omni auaritia incidit id est exemptor pauperum, senatorum expoliator. cui tanta fuit cupiditatis rabies ut areas ferreas iuberet fieri in quibus quaecumque rapiebat auri talenta congregaret.

---

1 euticiū *D* 3 tyberio *D* 10 & enim & *P* culpabilis *P*: inculpabilis *D* 13 quēammodū *D* 18 qui *D* 19 suspicias *coni. Gruterus* 20 a quib; paſſū qui *D* 28 tyberi|uſ *D* imperatoriſ *D* 32 in quib; cūq · *D*

Huius imperii anno undecimo qui est annus diuinae incarnationis quingentesimus sexagesimus octauus indictione prima in ipsis kalendis Aprilis egressi sunt Langobardi de Pannonia et secunda indictione coeperunt praedare in Italia, tertia uero indictione dominare coeperunt Italiam.

LIBER DECIMVS NONVS

Anno incarnationis domini quingentesimo septuagesimo I
primo imperare coepit Tiberius coronatus ab Eutychio patriarcha cum esset et ipse genere Thrax, cumque imperaret, clamabant partes 'Anastasia Augusta tu uincas, salua domine quos imperare iussisti.' audiens autem Sophia Iustini coniux perculsa est animo. nolebat namque nubere Tiberio et permanere Augusta, nesciebat enim quod haberet uxorem. quidam autem dicebant quod et in uita Iustini adamicata fuerit ei et ipsa persuaserit Iustino ut eum Caesarem faceret. uerum Tiberius mittens duxit Anastasiam uxorem suam et coronauit eam Augustam et iactauit rogam multam. erat autem Tiberius iustus utilis strenuus sapiens, in eleemosynis largus, in iudiciis iustus, in uictoria clarus, nullum despiciens sed omnes in bona uoluntate complectens. hic cum multum de thesauris, quos Iustinus aggregauerat, pauperibus erogaret, Sophia Augusta frequentius eum increpabat quod rem publicam redegisset in paupertatem, dicens: 'quod ego multis annis congregaui, tu infra paucum tempus prodige dispergis.' aiebat autem ille 'confido in domino quia non deerit pecunia fisco nostro. tantum ut pauperes eleemosynas accipiant aut captiui redimantur. hoc est enim magnus thesaurus dicente domino: thesaurizate uobis thesauros in caelo ubi neque aerugo nec tinea corrumpit

1 qđ eſt annuſ *D* 4 indictio cęperunt prędare *D* 5 indictio *D* cęperunt domiuare *D* 5 *subscriptum* EXPLICIT LIBER · XVIII · | INCIPIT LIBER · XVIIIJ · *D* 8 cępit tyberiuſ *D* euticio *D* 12 pcuſa *D'* tyberio *D* 15 *et* 17 tyberiuſ *D* 17 roga multa *D* 18 elemoſiniſ *D* 20 multoſ *D* 22 redigiſſet *D* 24 agebat *D* 26 elemoſinaſ *D* 27 magnū theſaurū *D* 38 erugo neq. *D*

et ubi fures non effodiunt nec furantur. ergo de his quae dominus tribuit, demus pauperibus et congregemus thesauros in caelo et dominus nobis augere dignabitur in saeculo.'

II Quadam autem die deambulans per palatium uidit in pauimento domus tabulam marmoream in qua erat crux dominica sculpta et ait 'cruce domini nostri frontem nostram et pectora munire debemus et ecce eam sub pedibus conculcamus.' et dicto citius iussit eam tabulam auferri defossaque tabula atque erecta inueniunt subter et aliam hoc signum habentem. qui et ipsam iussit auferri. qua amota reperiunt et tertiam. iussuque eius cum et haec fuisset ablata, inueniunt magnum thesaurum habentem supra mille auri centenaria. sublatumque aurum pauperibus adhuc abundantius quam consueuerat largitur.

III Narses quoque patricius Italiae cum multis thesauris ab Italia ad supra memoratam urbem aduenit, ibique in domo sua occulte cisternam magnam fodit, in qua multa milia centenariorum auri argentique deposuit. interfectisque omnibus consciis uno tantum modo seni haec proiuramentum ab eo exigens commendauit. defuncto quoque Narsete supra dictus senex ad Tiberium Caesarem ueniens dixit 'si mihi aliquid prodest, magnam rem tibi Caesar dicam.' cui ille 'dic' ait 'quod uis, proderit enim tibi siquid nobis profuturum esse narraueris.' 'thesaurum' inquit 'Narsetis reconditum habeo, quod in extremo uitae positus celare non possum.' tunc Caesar Tiberius gauisus mittit usque ad locum pueros suos, praecedente uero sene hi secuntur attoniti peruenientesque ad cisternam deopertamque ingrediuntur, in qua tantum auri argentique repertum est ut per multos dies uix a deportantibus potuisset euacuari. quae ille paene omnia secundum suum morem erogatione largiflua dispensauit egenis. denique et cum Roma temporibus Benedicti papae uastantibus omnia per circuitum

---

2 demuſ pauperıbuſ et *om.* *D* 7 ea *D* 8 defoſſamque tabulam atque erectam *D'* 10 quę *D* 14 Naſſıſ *ut uid.* *D'* 18 ꝑ ıuramentū *DB* ab eo exıenſ *D* 20 ſeneſ *D* tyberıū *D* alıquıt ꝓdet *D* 22 quıt *D* 23 ınquıd *D* 24 tyberıuſ *D* 25 recedente *DP* 27 aurı uel argentı reoptū *D* 28 potuıſſ^n^et *D* 29 ergatıonē largıfluā *D* 31 cırcuıtu *D*

Langobardis famis penuria laboraret, multa milia frumenti nauibus ab Aegypto dirigens eam suae studio misericordiae releuauit.

Hic cum Augustalem coronam accepturus esset eumque IIII iuxta consuetudinem ad spectaculum circi populus expectaret, insidias ei praeparant alii aduersarii ut Iustinianum Iustini nepotem in dignitatem imperatoriam sublimarent. ille per loca sancta procedens ibat. dehinc uocato ad se pontifice urbis cum consulibus ac praefectis palatium ingressus, indutus purpura, diademate coronatus, throno imperiali impositus et immensis laudibus in regni est gloria confirmatus. quod eius aduersarii audientes nihilque ei qui in deo spem suam posuerat, officere ualentes, magna sunt confusione et pudore cooperti. transactis autem diebus paucis adueniens Iustinianus pedibus se proiecit imperatoris ob meritum gratiae quindecim auri centenaria deferens. quem ille secundum patientiae suae ritum colligens sibi in palatio assistere iussit. Sophia quoque Augusta immemor promissionis, quam quondam in Tiberium habuerat, insidias ei temptauit ingerere. procedente autem eo ad uillam ut iuxta ritum imperialem triginta diebus ad uindemiam iucundaretur, uocato clam Iustiniano uoluit eum sublimare in regno. quo comperto Tiberius cursu ueloci Constantinopolim regreditur apprehensamque Augustam omnibus thesauris spoliauit, solum ei uictum cotidiani alimenti relinquens, segregatisque pueris eius ab ea alios de fidelibus suis posuit qui ei parerent, mandauitque prorsus ut nullus de anterioribus ad eam haberet accessum, Iustinianum uero uerbis solum modo obiurgatum tanto in posterum amore dilexit ut filio eius filiam promitteret suam rursumque filio suo filiam eius expeteret. sed haec res nescio quam ob causam ad effectum minime peruenit.

Secundo imperii sui anno misit Tiberius imperator ad re- V

1 fame *D* 2 releuabıt *D* 6 p̄paranſ *D* 7 ın *om.* *D* 8 ꝓcıdenſ *DP* ıbat *om.* *DP* uocatū *D* pontıficē *D* 13 magno *D* 18 tyberıū *D* 19 eū ad *D* 21 ıocundaretur *D* 22 tyberıuſ *D* 26 mandant ꝓrſuſ *D* 27 haberent *D* 28 abıurgatū tantū *D* 30 affectū *D*

gem Persarum secundum morem suum nuntians promotionem suam. quo pacem non admittente Tiberius magnas uirtutes congregauit et disseminatis regiis thesauris multos fecit exercitus, creans magistrum orientis supra dictum Iustinianum.

Tertio imperii Tiberii anno rex Persarum sumptis uirtutibus suis in Armeniam properat. audiens autem Romanorum dux regem Persarum per semet ipsum proelium initurum expeditus effectus est. timor enim ingressus est in populum Romanorum et idcirco Iustinianus ad uirtutes sermonibus usus compescuit formidinis pugnam. cum autem bellum fieret et sagittatio Persarum facta multa fuisset ita ut etiam solares radii celarentur, dum uidelicet Romani clypeis iacula quae ex arcubus mittebantur, continuatis proicere niterentur, cum autem profunda consisteret Romanorum acies, Persae ferre non poterant sed in fugam uertitur Babyloniorum caterua et intereunt multitudines copiosae. accipiunt interea et Persarum supellectilem et regium tabernaculum totumque clarissimum apparatum. tenent autem elephantes Romani et ad Tiberium mittunt insignes et regias illas exuuias. itaque legem ponit Persarum rex confusionem non ferens numquam iam Persarum regem in proelium egressurum. at uero Romanus exercitus post Persicas aerumnas etiam ad intima Persidis properauit et multum illic excidium et captiuitatem patrauit, perueniens etiam in medium Hyrcanici maris. cum autem hiems adesset non remearunt Quirites ad propria sed in Perside hiemem transegerunt.

VI Porro eodem anno coepit aedificare Tiberius publicum Blachernarum et renouauit multas ecclesias et xenodochia et hierocomia, iussitque se scribi in phoeniceis litteris Tiberium Constantinum.

Interea imperator Tiberius emptis corporibus gentilium constituit militiam in nomen proprium, amiciens et armans eos in milia quindecim, dans ei ducem Mauricium comitem foede-

---

2 *et* 27 *et* 31 tyberiuſ *D* 5 tyberu *D* 19 tyberiū *D* 22 erūmſ *D* 24 hircanici *D* 27 cepit *D* 28 blacernarū *D* 29 pheniceiſ *D* tyberium *D* 32 adicienſ *D* 33 federatorū *D*

ratorum et subducem Narsen et misit eos contra Persas. bello autem facto magno ualde Romani uictores efficiuntur et abstulerunt a Persis ciuitates et regiones, quas sub Iustiniano ceperant et Iustino. abiens autem Mauricius Constantinopolim susceptus est ab imperatore cum ingenti honore et publicauit Tiberius uictorias Mauricii et generum hunc admisit ad Constantinam filiam suam, similiter et Germano praetori iunxit filiam suam Charito, utrumque Caesarem creans. mense uero Augusto mora comedens matutina uisu digna sed corrupta φθίσιν incurrit. et cum esset moriturus, accito patriarcha Iohanne atque senatu una cum militiis in tribunalium lectica est deportatus et quia loqui non poterat, per epagnosticum quae rebus Romanorum erant utilia, manifesta populo fecit et una cum consilio Augustae Sophiae Mauricium generum suum nuntiauit imperatorem. itaque cum omnes imperatoris collaudassent consilium atque Mauricium imperatorem, conuersus Tiberius in lecto suo idem obiit cum regnasset annis sex et mensibus decem, diebus octo.

VII

Anno ab incarnatione domini quingentesimo septuagesimo septimo Mavricivs imperat, genere Cappadox eodemque anno legatione funguntur Auares ad imperatorem Mauricium, qui ante breue tempus Sirmium subegerant insignem ciuitatem Europae, postulantes octoginta milibus auri, quae accipiebant per annos singulos a Romanis, alia superaddi uiginti. imperator uero pacem affectans hoc admisit. petiuit autem Chaianus ad uidendum sibi et elephantem, animal Indicum, mitti. cui imperator maiorem omnibus misit. quem ille uisum remisit ad imperatorem. similiter et lectum aureum mitti sibi petiit. sed et hoc imperator misit ad eum. ipse uero et hunc contemptum remisit, postulabat autem iterum alia uiginti milia centum addi. quod imperatore non admittente Chaianus Siggidonem ciuitatem subuertit et multas alias urbes cepit Illyrico subiacentes. at uero imperator Elpidium patricium cum

2 ualıde *D* 5 eſt *om. D* 6 āmıſıt *D* 10 pthıſın *D* 12 *et* 16 tyberıuſ *D* 17 ſex *DP:* tribus *Anastasius* 22 ſyrmıū *D* 23 aurı quē *D* 24 ſıngulof *om. D* 25 āmıſit *D* chaıanuſ *om. D* 31 āmıttente · gaıanuſ *D*

Comentiolo legatos ad Chaianum transmisit. at uero barbarus in sponsionibus pactorum agere se pacem professus est. in oriente uero Iohannem Mystaconem praetorem Armeniae fecit. qui ueniens ad Nymphium amnem, ubi Tigri misceri dinoscitur, bello congreditur cum Kardariga Persarum praetore et praeualent Romani aduersus barbaros. Kardarigas uero non est proprium nomen sed dignitas maxima apud Persas.

VIII Secundo imperii sui anno consul Mauricius appellatur et multos thesauros urbi donauit. prouehit autem Phlippicum praetorem orientis, cui et Gordiam filiam suam in coniugium tradidit. at uero Philippicus Persicas arripiens partes appropinquauit Nisibin et repente in Persidem ingressus multam praedam praesumpsit quam per montes saluam ducens in Medorum regionem transtulit et multis illic uillis exterminatis ad Romana rura reuersus est. porro Chaianus Auarum pacem soluere festinabat, nam Sclauinorum gentes contra Thracem armauit, qui peruenerunt usque ad longos muros multum facientes excidium. at imperator palatii eductis militiis et plebibus e ciuitate longos muros custodiri praecepit et Comentiolum ducem ordinans et armans contra barbaros misit. qui insperate in barbaros ruens copiosas multitudines interfecit hosque repulit. cum autem peruenisset Hadrianopolim, occurrit Andragasto multitudines Sclauinorum cum praeda ducenti et in hunc irruens et captiuitatem eripuit et uictoria magna indutus est.

Tertio imperii Mauricii anno Philippicus sumptis exercitibus ad Persicam regionem profectus est et capta Arxenene magnam praedam optinuit et formidinem Persicis operatus est exercitibus. intereaque Constantinopolim languens remeat militiaeque sine laesione ad propria repedarunt.

VIIII Quarto imperii Mauricii anno Philippicus egressus a regia urbe, hostili sumpto apparatu ad ciuitatem Amidan properat et collectis armatis percunctabatur eos si in promptu haberent

---

1 comentıolū *D*   chaganum *D*   3 armęnıa *D*   5 bellum *D*   10 filiam] ſororem *P¹*   16 ſclauenorum *P¹*   18 educenſ *D*   22 pepulıt *D*   adrıanopoli *D*   23 multıtudo *DP*

properandi ad bellum. at Romanis iuramentis credulum eum reddentibus se alacriter bellaturos, uenit ad Anazarbon. at uero Kardarigas hoc comperto risui auditionem mandauit, somnium esse quod dicebatur opinans. accersitisque magis interrogabat 'quis erit uictoriae dominus?' ast daemonum placatores Persas astruebant a diis uictoriam allaturos. exultant igitur super his Persae, magorum laeti promissionibus facti et parant continuo compedes ex ligno ferroque quibus Romanos compeditos uinciant. praetor autem commonet Romanos ne agrorum labores exterminent, ne iustitia dei quae malum odit uictoriam ad barbaros transferat. postera ergo die praetor duos dirigit phylarchos Saracenorum et capiunt Persas uiuentes per quos motus aduersariorum didicerunt, qui asseruere dominico die uelle barbaros in Romanos irruere.

X

Porro Philippicus diluculo ualedicens Romanis, tribus phalangibus occurrit ad proelium ipseque assumpta dei uirili forma, quam *ἀχειροποίητον* id est non manu factam Romani praedicant, discurrens per acies armatis diuinam impertiebatur uirtutem. et stans post aciem haec retinens arma, lacrimis multis deum placabat, qui caelestium ordinum principes auxiliatores assumpsit. cum autem bellum ageretur, Vitalianus princeps aciei prae omnibus audacius motus phalangem Persarum disrupit et sarcinam tulit. Romani autem circa spolia coepere uacare. quos aspiciens Philippicus ne ad exuuias etiam reliqui reuersi proelii obliuiscerentur conuersique barbari perderent eos, Theodoro Hilibino galea sua imposita, misit gladio percutere hos qui uacabant circa exuuias. quem uidentes et aestimantes esse Philippicum dimissis spoliis properarunt ad bellum. cum autem bellum multas per horas ageretur, uox fit a praetore Persarum equos percutere lanceis. quo facto in fugam uersus est Persarum exercitus et triumpho ingenti Romani potiti sunt multos ex eis peremerunt et spolia-

4 *in* interrogabat b *in ras. in D*   11 poſtea *D*   12 philarchoſ *D*   14 dñi cotidię uelle (u *in ras.*) *D*   15 falan|gib; *D*   17 achiropyiton *D*   facta *D*   22 prae *om. D*   audatib; *D*   falangē *D*   23 dirrupit *D*   24 cepere *D*   32 ſunt *om. D*

uerunt. postera uero die sumptis uirtutibus suis Kardarigas rursus ad bellum armatur et secundo proelio gesto denuo uincunt Romani et occiduntur Persae multi. comprehenduntur etiam uiui duo milia Byzantiumque mittuntur. aufugit quoque Kardarigas quem Persae cum iniuriis respuunt.

XI Porro Philippicus Heraclium Heraclii qui post imperio praefuit patrem, subpraetorem ad explorationem barbarorum transmisit sumptisque militiis Babyloniam adiit et Clomarorum castellum obsidet. at uero Kardarigas eligit milites idiotas cum subiugalibus et turba collecta exercitum sese mouere iactabat et per munita loca obscura nocte in dorsa Romanorum efficiuntur nequaquam fidentes se manus in eos missuros. timore autem importuno cadente in Philippicum fuga irrationabili usus est. quo comperto Romani in fugam conuertebantur per loca ad meandum difficilia multa incurrentes pericula. cumque sol ortus fuisset, a calamitate liberabantur nemine persequente. et peruenientes ad praetorem hunc iniuriis pessimis blasphemabant. uerum Persae fictam existimantes fugam persequi ausi non sunt. porro Heraclius transmeans Tigrim quaecumque Medicae regionis erant insignia praesidia igni tradebat et sic ad Philippicum rediit cum spoliis multis.

XII Quinto imperii Mauricii anno Chaianus Auarum foedere dissoluto Mysiam et Scythiam atrociter expugnabat, subuertens Raziarnam et Bononiam et Aquis et Dorostolum et Zandapa et Marcianopolim. Comentiolus uero ad maritima uenit et separato exercitu improbabiles discreuit ab optimis et inutilis quidem uirtutis quadraginta milia custodire uallum iubet, electorum autem sex milia sumens duo milia ex his tradidit Casto et duo milia Martino et ipse duobus milibus sumptis contra barbaros properat. Castus autem ueniens Zardapa et Aemon repertis barbaris in desidia constitutis multos ex eis disperdidit praedamque multam optinens armigero ad saluandum tra-

4 bızantıūq. *D* 7 p̄fugıt *D* 20 tygrın *D* 25 ratıarnū *D* 26 marcıonopoli *D* commentıoluſ *D* 29 sex] ſexcenta *D* 31 emon *D* 32 dıſpdıt *D*

debat. Martinus autem circa Mean ciuitatem effectus et in Chaianum ex insperato incurrens multos uirtutis eius extinxit ita ut ille salutem suam fuga mercatus sit. Martinus uero uictoria gloriosa percepta ad praetorem reuertebatur ubi se promiserat eos expectaturum. Comentiolus autem formidine pressus Marcianopolim rediit. qui non inuenientes eum collegerunt exercitus suos et per artum locum Aemi castra mouent. at uero Martinus uidens Chaianum transeuntem fluuium ad praetorem rediit. Castus etiam transito flumine appropinquans his qui praecucurrerant Auarum optinet pugnam. porro uani cuiusdam daemonis repromissionibus deceptus non rediit ad praetorem. posteraque die tenens transitus Chaianus conclusit eum. scinditur igitur populus et unus quisque ut uires habebat per nemora fugiebat. capiuntur itaque quidam a barbaris et indicant ubi latitat Castus et hoc capto exultabant et laetabantur.

Chaianus sane per meridiem iter agens contra Thracem properat longosque muros accepit. ast Commentiolus qui in siluis Aemi latitabat cum Martino exiuit et perueniens ad Chaianum imparatum inuenit eo quod Auarum multitudo diffusa esset per Thracem et prima uigilia noctis properat aduersus illum. essetque profecto a se opus ingens patratum nisi euentus quidam falleret eius conatus. uno quippe animante onus subuertente quidam domino animantis acclamat onus erigere patria uoce dicens 'torna torna frater.' et dominus quidem mulae uoces minime sentiebat sed populi hoc audito hostes imminere existimantes in fugam conuersi sunt 'torna torna' maximis uocibus exclamantes. Chaianus autem ingentem formidinem indutus penitus fugiebat et uidebantur barbari et Romani in uicem fugere nemine persequente. praeterea Chaianus sumptis uirtutibus Apiriam ciuitatem obsedit inuentumque Busan urbis manganarium interficere nitebatur, qui pecunias rogabat ei multas praebere si sibi uitam donaret. illi XIII

7 *et* 19 emı *D* 11 uani] caſtuſ *D* 18 p**¡ perat (*uid. fuisse* pe) *D* commentıoluſ *D* 26 mulae] multe *D* 31 apırıam *P:* apırā *D* 33 praebere] preuere *D*

uero hunc ligatum urbi praesentauerunt. at ipse quaerebat habitantes urbem ut emeretur, narrans quam saepe pro ciuitate certauerit. ciuis quidam multitudinibus persuasit hoc minime faciendum. quia ergo paruipensus est Busan, repromittit Chaiano se tradere ciuitatem et exterminatorio instrumento facto quod arietem nominant, ciuitatem adeptus est. discedentesque barbari argumentoso ingenio et alias plures urbes in seruitutem redegerunt et cum multa captiuitate reuersi sunt. audientes autem Byzantii quod Castus a barbaris captiuus effectus sit magnis conuiciis contra Mauricium utebantur et hunc in manifesto blasphemiis appetebant.

XIIII Per idem quoque tempus Heraclius Heraclii pater Persicum aggressus est castrum quod et cepit. similiter et Theodorus castrum Mazarorum amboque Baiudes ueniunt. et cum castrum munitissimum esset, miles quidam Saphires nomine stimulos operatus et contra compagines lapidum hos figens per eos aditum fecit. cum autem fortis ille ascendisset muri coronam, uir Persa hunc expulit. cadit ergo Saphires deorsum et suscipiunt eum in scutis suis Romani et rursus opus audenter arripit et denuo a firmitate repellitur. iterumque Romani hunc scutis suscipiunt et tertio ad machinamentum conatus est, cumque ad muri caput peruenisset, Persam excidit. deinde caput eius Romanis praebens hos fiducia magna repleuit multisque imitantibus uirum fortem et per palos ascendentibus murum Romanis traditur castrum et alios quidem Persarum occiderunt, alios uero captiuos duxerunt una cum supellectili igni perdito castro.

XV Interea Philippicus rursus Byzantium iter egit Heraclio Romanorum duce relicto. ueniens autem Tarsum et discens quod imperator Priscum orientis praetorem creatum direxerit, scribit Heraclium exercitu misso in Armeniam uenire ad Narsem, et Prisci ei praesentiam facere manifestam. imperator

6 dıſcenteſq. *D* 8 redıgerunt *D* 9 bızan|tıı *D* 10 mauricıum | cū utebantur *D* 17 eoſ adıterū *D* 18 Aſrathato *cod. Pithoei* ınſequuntur (*D*) 23 praebens] preuenſ *D* 28 bızautıū ınter *D* 29 dıcenſ *D*

cum Philippico iusserat quarta rogae parte priuare militiam. Philippicus autem timens ne occasio tyrannidis fieret, super hoc imperatori non paruit. ideoque a praetura deponitur. Priscus autem perueniens Antiochiam praecepit milites apud Monocartum colligi. aduocat autem et Germanum cui Edessenorum principatus creditus erat una cum episcopo et una cum eis ad exercitum ibat, sollemnitatem Paschae cum illis facturus. at uero duces exercitus obuiam uenerunt ei cum bandis duobus signis procul ab exercitu. at Priscus secundum morem non descendit ab equo nec consuetis salutationibus usus est. hinc ergo odii exordium factum est, iu communibus namque iniuriis multitudines seuerius patiuntur. post festum autem diem demonstrabantur tetricae imperatoris litterae. confluunt itaque multitudines ad praetoris fixuram tabernaculi aliis quidem gladios portantibus, aliis uero lapides uel ligna iactantibus. fit igitur pauidus Priscus et ascendens equum fuga euasit periculum. illi ergo scindentes fixum huius tabernaculum omnia quae ipsius erant diripuerunt.

At ille Constantiam perueniens a medicis de percussioni- XVI
bus lapidum et uulneribus curabatur et mittit episcopum ciuitatis rationem faciens ac pollicens exercitui se persuasurum imperatori ne illos priuet aliqua conferendarum consuetudinum. at exercitus episcopum cum iniuria respuerunt et Germanum inuitum praetorem pronuntiauerunt super scutum elatum imperatoriamque statuam subuerterunt et huius imagines demoliti sunt et in tyrannidem prorumperent et urbes dispoliarent nisi Germanus id agere multa comminatione ac exhortatione uetuisset. Priscus autem haec imperatori manifesta fecit et imperator Philippicum denuo praetorem orientis constituit. Priscus uero Byzantium rediit. porro exercitus iuramentis se affirmabat a Mauricio nullatenus imperari. barbari sane Romanis calamitatibus delectabantur. uerum imperator Aristobolum curatorem imperialium domorum ad exercitum misit qua-

3 ponitur D' 5 hedefenorū D 7 follēpnitatē pasche D (h) 8 bandis] uandif D 19 de medicif a D 27 cōmotione ac exortatione D 30 bizantiū D

tenus iuramentis et donis tyrannidem solueret quod et fecit. tyrannide uero destructa fit Persarum atque Romanorum circa Martyropolim maximum bellum. Romanis uero potentia et ducum uirtute expugnantibus Persas interficitur Maruzas Persarum praetor. comprehenduntur etiam uiuentium tria milia et Persicorum principes agminum, mille tantum reuersis in Persidem. porro Romani transmittunt ad imperatorem ex Persicis exuuiis multa et captos uniuersos una cum bandis.

XVII Mense Septembrio indictione sexta Langobardi bellum aduersus Romanos intulerunt et Romanam ciuitatem grauiter depraedantes et exarchatum Rauennae depopulantes. sed et Maurusiorum gentes aduersus Africam magnas turbationes perpetrauerunt. in Perside autem carcer est qui dicitur Lethe et multos Persarum rex a diuersis gentibus in hoc inclusit una cum captiuis ciuitatis Darae. isti ergo desperati insurgunt contra eos qui custodiebant et occiso Marusa caput eius Byzantium attulere. ast imperator cum gaudio magno illos suscepit. Philippicum autem uix praetorem recepit exercitus. cum autem Persarum Romanorumque bellum Martyropolim fieret, superantur Romani. imperator autem a praetura Philippico rursus amoto Comentiolum praetorem orientis direxit. Heraclius autem prosperatus in bello peremit Persarum praetorem. Afrahato uero interempto fugiunt Persae et insecuntur Romani. cum autem multum fuisset in eis excidium factum, comprehendunt etiam custodiam et multas exuuias Byzantium mittunt. denique imperator equestribus speculationibus et commerciis urbem splendidam reddidit.

XVIII Hormisda uero Persarum rex praetorem Baram promotum una cum potentibus multis contra Suaniam mittit. ex improuiso autem huic instans ad Araxin flumen castra commouet. si quidem expugnatis Turcis a Persis adeo Hormisda creuit ut etiam tributa quadraginta milia auri a Turcis acciperet cum

---

3 potentıa | et duum uerıtate *D* 12 maurıſiorũ *D* 13 qui] quę *D* 15 unā *D'* dare *D* 17 *et* 26 bızantıū *D* 20 ſuperatur *D'* 29 poten|tatıb; *D* ex ınſpırato *D* 31 hormıſdaſ *D*

prius aequalia Turcis ipse persolueret. uerum Mauricius hoc comperto Romanum prouehit praetorem et in Suaniam cum potentatu transmittit. cumque peruenisset Romanus Laziccn et ad Phasin fluuium accessisset, in Albaniam exercitum mouit. Bara autem audiens Romanum profectum rem deridebat. cupiebat etiam Romanam aciem manu capere. non enim adhuc aduersus Romanos bellum inierat. at uero Romanus Romanam multitudinem separauit non probatis penes sarcinas derelictis, decem milia etiam secum accipiens aduersus barbaros properabat et duo milia praecedere iubet exercitum. qui uenientes obuiam his qui praecesserant, Persas hos in terga uertunt et omnes interimunt. facta quippe fuga et praecipitio sibi obstante conclusi omnes interierunt. ast Romani usque ad barbarorum uallum uenerunt ita ut Bara super hoc obstupesceret. quod audiens Romanus, animare coepit exercitum et procliaturi parantur in campo Albaniae. Bara autem nitebatur bellum furari, frustratus tamen consilio est. surrexit enim Romanus et comprimisse parabatur. cum autem in uicem conflictus agitaretur et multi barbarorum occisi fuissent, maxima fit Romanis uictoria. dispoliantur igitur barbari et sepultura carentes efficiuntur bestiis esca.

Hoc audito Hormisda Persarum rex confusionem non fe- XVIIII
rens muliebrem uestem Barae transmisit et hunc praetura priuauit. parat e contra rebellionem Bara et progreditur in tyrannidem et reciprocis iniuriis per litteras Hormisdam lacessit superscribens epistulae ita 'Hormisdae filio Chosrois Bara hoc mittit.' collectis uero militiis adserebat Hormisdam indignatum aduersum militias utpote quae a Romanis fuerint superatae. ostendebat autem et fictas litteras quasi ab Hormisda missas ad minuendas militum rogas ad memoriam eis reducens atrocitatem Hormisdae seu crudelitatem auaritiam et uiolentiam et qualiter homicidiis delectatus et a pace alienus esset qualiterque optimates uinculis dediderit, quorum alios quidem gladio reciderit, alios autem necauerit Tigride et qualiter co-

5 *et* 14 *et* 16 *et* 23 *et* 24 Barā *D* 6 caperet *D* 13 obftantef *D'* 15 anima recepit *D* 26 c[h]ofroi *D* 28 militiā *D*

gebat Persas in magnis proeliis separari quo disperderentur et non contra illum tumultuarentur. talibus ergo uerbis Bara militias affatus tyrannidem maximam aduersus Hormisdam succendit. iuramentis Baram munientes delibergmatizant pariter omnes se depondituros Hormisdam.

XX Hormisdas autem Ferochanen magistrum suum armatum cum uirtute destinat aduersus Baram. Bara uero significauit Ferochani quia non conuenit arma Persis inferre et ad memoriam eis reducebat Hormisdae asperitatem iniustitiam in sanguinibus gaudium in homicidiis amorem infidelitatem iactantiam et uiolentiam. haec sentientes ueraciter ab eo dicta fuisse populi qui circa Ferochanen erant, ad Baram sese conferunt et Ferochanen occidentes se ad Baram uniunt et contra Ctesiphontem impetu abeunt. Hormisda autem habebat Bindohen magnae dignitatis uirum in uinculis. itaque cum in magna fluctuatione negotia degerent, Bestam frater Bindohis in custodiam insiliens educit Bindohen fratrem suum et congregata multitudine rustica seu ciuili tertia hora diei regalia intrant et inuento Hormisda super solium regio more sedente multis hunc iniuriis subdunt. Bindohes autem tenens Hormisdam abstulit diadema a capite eius — et hunc in carcerem tradiderunt — rogabatque Chosroen patrio solio tribui.

XXI Praeterea Hormisda e custodia nuntium misit Persis petens loqui Persidi quae expedirent. in crastinum igitur collectus senatus Persarum in regalibus una cum multitudine uinctum Hormisdam ducunt. ast Hormisdas commonebat Persas quod non oporteat huiusce modi in reges committere et quanta ex quo regnauerat tropaea fecerit et in quibus erga Persas bona patrauerit et qualiter Turcos Persidi tributa soluere Romanosque pacem amare coegerit qualiterque Martyropolim ceperit: quin et paterna beneficia enarrauit. rogabat autem et Chosroen a regno deponi ut litis amicum et ambitio-

7 baram *D*   8 *ante* quia *add.* ſeu miliciſ *D*   pſaſ offerre *D*   13. 14 ſe barā (˜ *rursus deletum*) muni|unt · et contracte ſiphontā impetu abeunt hormiſdaſ autē *D*   15 biodohi *D*   29 trophea *D*

sum et sanguinis amatorem superbumque ac iniuriosum et proeliis inhiantem. esse autem sibi alterum filium perhibebat quem in regem prouehi flagitabat. Bindohes uero ad Hormisdam respondebat et huius excessus in medium proponens omnes erexit contra Hormisdam et ducunt in medium uxorem eius et filium et serrae hos partiti sunt coram Hormisdae uisibus sectione. Hormisdamque oculis priuantes in carcere posuerunt. et Chosroes quidem aliquamdiu patrem benigne tractabat in custodia, illi omnem tribuens escam. ast Hormisdas iniuriis hunc e diuerso lacerabat conculcans ea quae mittebantur a rege. unde Chosroes iratus fustibus hunc siluestribus iussit per ilia caesum obire. quod factum et Persas tristes reddidit et contra Chosroen odium auxit.

Chosroes uero congregatis uirtutibus regnorum suorum XXII
egressus contra Baram uenit in campum Zaba fluminis, ubi Bara uallum habebat. suspicatus autem Chosroes quod aliqui principum adiacerent Barae, hos occidit. cum autem populus turbaretur, fugam iniit Chosroes cum paucis quibusdam et omnes qui erant cum Chosroe ad Baram accesserunt. at uero Chosroes haesitabat quidnam agere debuisset, non nullis sane consilium dantibus sibi ad Turcos secedere, non nullis autem ad Romanos. Chosroes equum ascendens freno laxato equi motus sequi omnibus iubet. at uero equus ad Romaicas partes motus suos direxit et apud Cercesium inuenitur. et legatos mittit aduentum suum Romanis faciens manifestum. contigit autem ut Probus patricius qui illic erat, hunc susciperet et de eo imperatori per litteras indicaret. Bara autem misit legatos ad Mauricium petens ne auxiliaretur Chosroi. porro iubet imperator Mauricius Comentiolo praetori apud Hierapolim Chosroen suscipere et imperialibus obsequiis honorare.

Eodem uero anno demonstrauit imperator Mauricius in

---

2 ınıan|tē *D* 6 & ſerre hoſ | paratı ſunt *D* 8 alıquandıu *D* 14 ſuorum *om.* *D* 15 bara *D* 16 baram ballum *D* 17 baram *D* 18 ınhıit | choſroheſ *D* 19 choſrohę *D* 20 *et* 22 choſroheſ *D* 24 aput *D* 27 baram *D* 28 choſrohı *D* 29 commentiolo *D* 30 choſrohen *D*, *quod amplius non notabo*

memoriam dei genetricis litaniam in Blachernis fieri et laudes dicere dominae nostrae nominans eam Panegyrin.

Mauricius itaque filium sibi Chosroen regem Persarum faciens Domitianum episcopum Melitenensem ad eum direxit cognatum suum una cum Narsi, cui ducatum belli commisit. qui peruenientes ad Chosroen, omnes Romaicos potentatus in
XXIII Persidem introducunt. Bara autem hoc agnito sumptis uirtutibus suis in loco qui Alexandrines nominabatur castra metatus est, prohibere ratus militias ab Armenia uenientes ne Narsi unirentur. iusserat enim Mauricius Iohanni Mustaconi magistro militum Armeniae accipere militias et se Narsi unire pariter contra Baram bellum constituendi. per noctem autem unitae sunt Romaicae uirtutes et contra Baram aciem direxerunt. porro Bara in monte castra metatus est pauore detentus. cumque bellum gereretur horribile, Narses Indicis bestiis paruipensis mediam barbarorum dissoluit phalangem et hoc facto ceterae quoque Barae infirmatae sunt phalanges et fit magna fuga tyranni. Narses uero sine ulla retentione persequens Persas caede sternebat et sex milia capta uincta ad Chosroen adduxit, ast Chosroes omnes mucrone peremit. quotquot autem Turci erant hos ad imperatorem Byzantium misit. sane cum Turci signum haberent in frontibus exaratum interrogabantur ab imperatore, quonam modo signum hoc in fronte portarent? at uero Turci asserebant ante multos annos pestilentiam in Turcia factam et quosdam Christianorum hoc adinuenisse et hinc salus in patria facta sit. porro exercitus Romanorum tabernaculum Barae et supellectilem accipientes cum elephantibus, adtulere Chosroi. Bara autem ad interiores partes Persidis fugam fecit et sic eorum dissoluitur bellum. itaque Chosroes magna uictoria circumdatus solium

---

1 letaniam *D* 2 panegyrin id ſollempnitatem | mauriciuſ *D* 3 choſrohen* (*fuit* ſ) *D* 4 dometianum *D* 7 Baram *D* 11 ſe *om. D* 13 et *om. D* 14 barā | in *D* 15 narſiſ *D* 17 ſunt baram in firmitate *D* 19 cedeſ *D* uincti *D* 20 mucro *D* 21 bizantium *D* 22 ſignum *om. D* exaratum *scripsi:* exarate *DP*, frontes axarchatas *coni. Gruterus,* ex crate *cod. Pithoei* 23 b *in* interrogabantur *in ras. D* 25 facta eſt *D* 27 baram *D* ſuppelectilem *D* 28 choſrohen* (*fuit* ſ); Baram *D*

suum recepit. uerum Narses rediturus ad propria Chosroi dicebat 'memor sis Chosroes praesentis diei, Romani tibi regnum donant.' at ille fraudulentam occisionem metuens petiit a Mauricio mille Romanos in custodiam sui habendos. porro Mauricius cum dilectionem haberet erga barbarum multam postulationem eius compleuit, sicque Persicum et Romanorum bellum cessauit.

XXIIII Interea sollemnitate Paschali ueniente coronatus est Theodosius filius Mauricii a Iohanne patriarcha Constantinopolitano. eodemque anno imperator Mauricius ecclesiam sanctorum quadraginta martyrum, quam coepit aedificare Tiberius, consummauit.

Interea cum profunda orientem pax occupasset, bellum circa Europam Auaricum incumbebat. ideoque imperator potentatus ab oriente in Thracem transduxit. anno imperii sui nono cum uer inciperet et agmina peruenissent ad Thracem, exiuit cum eis Mauricius uidere quae a barbaris essent euersa. Augusta uero et patriarcha et senatus rogabant imperatorem ne per semet ipsum bellum iniret sed potius id praetori committeret. ast imperator non adquieuit. exeunte autem eo ad Septimium, solis eclipsis facta est. cumque apud Regium esset, pauperum multitudines pecuniis animauit. cum autem uenatum pergeret, sus siluestris ualde grandis impetum contra Caesarem fecit. equus uero ob terrorem miraculi eicere Caesarem nitebatur. diutius ergo tumultuatus Caesarem iactare nequiuit. itaque sus a nemine accipiens ictum abscessit. in Perinthum praeterea nauigio iter faciens uentis uehementibus et pluuia facta nautisque desperantibus scapha imperatoris asportabatur ita ut inopinate saluus ad locum qui dicitur Daonium uix ueniret. nocte uero illa muliercula pariebat et uoces miserabiles emittebat. cumque mane factum fuisset, misit imperator uidere quid esset quod acciderat. et inuenerunt puerum natum oculorum et palpebrarum exortem manus-

1 chofrohı (froh *in ras.*) *D* 4 abendof *D* 8 follemp|nıtate *D* 11 cępıt *D* tyberıuf *D* 21 apud regnum *D* 24 ob *in ras.* *D* 26 in] ım *D* 29 opınate *D* 33 pal|pebrorum *D*

que ac brachia non habentem, a lumbo autem erat ei ut cauda piscis naturaliter haerens. quo uiso imperator praecepit ut occideretur. hac denique die imperatoris equus, qui aureo circumdatus erat ornatu, repente scissus est cadens. at uero imperator his omnibus auguriatus tristis erat.

XXV Postera quoque die uiri tres Sclauini genere nil aliquid ferreum baiulantes a Romanis detenti sunt citharas tantum ferentes. imperator autem interrogabat tam unde essent quam ubinam habitatio eorum existeret. qui genere quidem se aiunt esse Sclauinos, circa finem uero occidentalis habitare Oceani. Chaianum autem ad se legationem misisse et munera principibus gentis suae auxiliandi sibi contra Romanos gratia. taxiarchas autem suos se direxisse rationem reddituros Chaiano quia non possunt propter itineris longitudinem mittere illi auxilium. decem enim et octo menses asseuerabant itiner fecisse, et ita Romanos adisse. porro citharas ferre tamquam non uidentes quemquam suorum armis indutum regione sua quid ferrum sit ignorante. imperator autem tam aetatem admirans quam moles corporis eorum collaudans, hos Heracliam misit. cum autem uenisset ad maritimam et didicisset quod legati Byzantium Persarum atque Francorum uenissent, ad regalia remeauit.

XXVI Decimo imperii Mauricii anno Chaianus quaerebat augmenta pactorum accipere. imperator uero sermones barbari non recepit et idcirco Chaianus iterum bellum agit et deuastat Siggedonem et castra contra Sirmium mouet. imperator autem praetorem Europae Priscum creat. at uero Priscus Saluianum subpraetorem factum praecurrere iussit et contra barbaros procedentes bellum ineunt et uincunt Romani. quo audito Chaianus potentatibus sumptis properabat ad bellum. at uero Saluianus uisis multitudinibus stupefactus ad Priscum se contulit. comperiens autem Chaianus Romanorum recessum ad

1 caude *D*   3 Ac deniq. *D*   7 ferrum *D'*   cytharaſ *D*   12 gratia *om. D*   13 ſe *om. D*   15 enim *om. D*   itiner *scripsi:* itinere *DP*   16 cytharaſ fere *D*   19 ammiranſ quamque *D*   21 bizan|tium *D*   26 ſẙrmiū *D*   28 ſuppֿtorē *D*

maritima egreditur, deinceps ad sanctum Alexandrum et hunc omnia deuoranti tradidit igni. transiens autem in Drizipera conatur exterminare rem publicam deuastatoria operatus instrumenta. hi uero qui Drizipera habitant diutius et diuerso aciem direxerunt. nam et portas ambientes minabantur barbaros se debellare cum essent in formidine ingenti. tunc ergo diuina quaedam eis consuluit uirtus. media namque die uidere putauerunt barbari Romanorum uirtutibus egredientibus ab urbe futurum sibi fore ut cum eis conflictum consererent et consternati fuga infatigabili fugiunt et apud Perinthum efficiuntur.

Priscus autem nec uisu quidem ferre multitudines barba- XXVII
rorum ualens Tzurulum ingressus castrum muniebat. ast barbarus Priscum obsidere conabatur. his auditis Mauricius haesitabat quid foret agendum. tum optimo inito consilio armatur contra infinitam barbarorum uirtutem et uni excubitorum magnis donis atque promissionibus suadet ut sponte in barbaros irruat eique dat ad Priscum litteras continentes haec 'gloriosissimo praetori Prisco. noxium barbarorum conatum ne formides. ad perditionem enim eorum factum est hoc. scito enim quia cum multa confusione reuertetur Chaianus in regionem quae sibi a Romanis est deputata. propterea perseueret gloria tua penes Tzurulum circumuagare faciens illos. mittemus enim per mare naues et captiuabimus familias eorum et cogetur ad propria confusione refertus atque iactura reuerti.' at uero Chaianus litteris comprehensis ac lectis pauens efficitur et sponsionibus pacificis ad Priscum dispositis in muneribus paucis atque indignis in suam est terram cum fuga potenti regressus.

Vndecimo imperii Mauricii anno idem imperator Priscum XXVIII
cum omnibus Romaicis potentatibus ad Histrum fluuium misit, ut Sclauinorum nationes transire prohiberet. quo apud Dorostolon habito Chaianus hoc comperit, qui legatis ad eum directis calumniam inferebat Romanis exordium dantibus belli.

---

3 deuaſtatoriam *D* 5 abigenteſ minabantur *D* 8 romanoſ *D* 12 muniebat̃ | *D* 14 heſitabat | quod *D* 22 circumuagare *sic D* mittimuſ *D* 24 refectuſ *D* 30 iſtrum *D* 31 aput *D*

Priscus autem excusabatur, quod non uenerit aduersus barbaros belligeratum sed quod ad Sclauinorum nationes a principe fuerit destinatus. audiens autem Priscus quod Ardagastus multitudines Sclauinorum ad praedandum disperserit, transiens Histrum media nocte inopinate Ardagasto coniunctus est. at uero Ardagastus discrimine senso nudum ascendens equum uix saluus euasit. Romanique multitudinibus Sclauinorum occisis et Ardagasti regione euersa praedam copiosam captam Byzantium per Tatemerem direxerunt. porro cum Tatemer expeditus iter faciens ebrietati atque deliciis sese traderet, Sclauinorum in eum multitudines irruunt. qui formidine pressus fugiendo Byzantium uenit. ast Romani qui cum ipso fuerant, ualide Sclauinis infensi optinent gloriosissime barbaros et captiuitatem saluam imperatori praesentant. qui laetatus gratificos deo hymnos una cum tota optulit urbe.

XXVIIII Priscus uero fiducia fretus ad interiores Sclauinorum partes accessit. Gipes autem uir Christianae religionis transfugiens ad Romanos et ingressum Romanis ostendit et barbaros tenuit. itaque Gipedis proditione transfretato flumine Priscus media nocte repperit Musatium barbarorum regem ebrietate corruptum; funebrem quippe proprii fratris celebrabat festiuitatem. quo comprehenso uiuo caedem in barbaris operatus est multaque praeda et copiosa capta ebrietati sese produnt et crapulae. tum barbari coaccruati uictoribus imminent foretque uicissitudo reciproca praecedenti uirilitate saeuior nisi Genzo cum pedestri uirtute Romanorum insistens pugna forti prohibuisset impetus barbarorum.

XXX Duodecimo imperii Mauricii anno cum Priscus iterum ad Histrum peruenisset gentesque Sclauinorum depraedatus fuisset, haud modicam imperatori deduxit praedam. imperator autem misso ad Priscum Tatemere iubet toto illic hiemali tempore commorari Romanos. quo comperto Romani contradicebant

1 Prıcuſ *D* 8 peruersa *D* 9 bızantıū *D* 10 ſeſe delıcıſ *D* 12 bızan|tıum *D* 15 ymnoſ *D* 21 celebrat *D* 23 multamq. copıoſa preda capta *D* produnt crapulę *D* 24 aceruatı *D* 30 ımperatorı dırexıt ımperator *D* 31 tota *D*

asseuerantes id non posse fieri propter copias barbarorum et pro eo quod regio esset sibi satis aduersa. Priscus uero uerbis persuasoriis flexit eos ibidem hiemare iussionemque principis consummare.

Tertio decimo imperii Mauricii anno nascuntur prodigia in suburbanis Byzantii puer uidelicet quadrupes et alter duos uertices habens. aiunt autem hi qui historias diligenti studio scribunt non significari bona ciuitatibus in quibus nascuntur huius modi.

At uero imperator Priscum praetura priuat et Petrum fratrem suum praetorem Romanae facit uirtutis. itaque Priscus quidem uirtutibus sumptis priusquam Petrus peruenisset, transmeat amnem.

Chaianus autem transitu Romani audito exercitus ualde XXXI
miratus est et ad Priscum misit, discere causam quaerens et praedae sumere partem sicque amnem transire. nimis enim saeuiebat super felicitatibus Romanorum. mittit ergo Priscus super hoc ad Chaianum legatum, Theodorum uidelicet medicum, sagacitate atque intellegentia perornatum. iste uidens Chaianum magna sapientem responsionesque iactantius facientem, minas etiam protendentem, se cunctarum esse gentium dominum iactantem, narratione ueteri mitigauit barbaricum typhum. ait enim 'audi Chaiane proficuam narrationem. Sesostris Aegyptiorum rex, illustris et oppido felix, opibus clarus et inexpugnabili potentatu plurimas et ingentes seruituti nationes redegit. unde et in arrogantiam ruens curru ex adhaerenti sibi auro et lapidibus pretiosis constructo sedet super eum et subiecit iugo de exuperatis regibus quattuor trahere currum. cumque hoc fieret in insigni festiuitate, unus ex quattuor regibus frequenter oculum uertebat retrorsum et contemplabatur rotam cum uolueretur. quem Sesostris percontatus ait "cur post tergum offirmas oculos?" at ille "hanc" inquit "rotam

3 peſſuaſorıſ *D'* flıxıt *D* 6 bızantıı *D* quadrıpedeſ *D* 15 et preſumere partem *D* 19 atque] ac *D* 21 mınaſ eni p̄tendebat ſe *D* 22 ıactanſ *D* 26 et ınterrogantıā *D* curro *D* aderentı *D* 28 de *om.* *D*

miror instabilem et alias atque aliter se mouentem et modo excelsa humiliantem rursusque humiliata exaltantem.'' at uero Sesostris parabolam intellegenter animaduertens legem posuit ne currum reges ulterius traherent.' his Chaianus auditis subrisit et ait se pacem sectari. Priscus autem Chaiano reddidit pro transitu praedam et exuuiis omnibus sumptis sine dispendio amnem transiuit. porro Chaianus his susceptis magnifice laetabatur. Priscusque Byzantium uenit et Petrus praeturam suscepit.

XXXII Quarto decimo imperii sui anno iussit Mauricius Petro praetori ut tertiam portionem rogae in auro Romanis acciperet et tertiam in armis et aliam tertiam in uestimentis diuersis. itaque Romani hoc audito ad tyrannidem uertebantur. praetor uero timens satisfaciebat militibus hoc uerum non esse et exhibebat exercitibus alias litteras iubentes sibi quatenus hi qui fortia gesserant et de periculis triumphauerant in urbibus summa requie potirentur, de publicis sumptibus inter senes alendi, pueri uero militum in locis propriorum parentum inscriberentur. talique suadela populum mitigauit et Caesarem bonae famae praeconio laudauere. haec autem Petrus imperatori denuntiauit. cumque uenisset Marcianopolim, dirigit mille praecessuros. qui repertis Sclauiuis multam ducentibus Romanam praedam, hos insequentes occiderunt multaque praeda recepta Romaica redierunt ad rura.

Eodem uero anno construxit imperator solarium Magnaurae rotundum et in medio atrio eius statuit statuam suam, et illic posuit armamentum.

XXXIII Quinto decimo imperii Mauricii anno Petro uenationem exercenti sus agrestis obuiam occurrit pedemque illius ad arborem conquassauit et importabilibus doloribus multo tempore languit. ast imperator litteris pessimis et improperiis grauibus ei detraxit audito quod multae Sclauinorum gentes fuerint contra Byzantinm motae. Petrus autem coactus Nouas peruc-

2 hu¦miliat et exaltantem *D* 4 regis *D* 7 omnem *D* 8 bizantium *D* 13 romam *D'* 14 esse exibebat *D* 16 iesserant *D*, *deinde* et *om.* *D* 22 pretessuros *ut uid.* *D'* qui] in *D* 25 magnaure *D* 33 bizantiū *D* puen∗it *D*

nit. hi uero qui erant de ciuitate, una cum ignobilibus militibus et episcopo praetori obuiam ueniunt, quos praetor intuitus et arma eorum ac fortitudinem admiratus iubet urbe dimissa Romaicae misceri cateruae. milites autem ad ciuitatis custodiam ordinati hoc agere renuerunt. tum praetor in furorem uersus destinauit Genzonem una cum multitudine militum. qui hoc agnoscentes confugerunt in ecclesiam et clauso ostio templi perseuerabant. Genzo uero pro reuerentia templi inefficax rediit. Petrus autem iratus Genzonem a praetura deponit et misso Scribone ignominiose ad se episcopum iubet adduci. porro ciues collecti Scribonem cum dedecore urbe depellunt. cuius obseratis portis Mauricium quidem imperatorem laudibus efferunt, praetorem autem conuiciis cumulant. sicque cum opprobrio Petrus inde recessit.

Praemittit praeterea mille ad explorandum, qui Bulgares XXXIIII
consecuntur numero mille. uerum Bulgares fisi super pace Chaiani securi pergebant. Romani autem in Bulgares impetum faciebant. qui mittunt uiros septem commonentes pacem minime dissoluendam. hos audientes hi qui praecurrerunt, significant haec praetori qui dixit 'nec si imperator uenerit his parcam.' congressione uero belli effecta Romani uertuntur sed barbari non persecuti sunt eos ne uincentes discrimen incurrerent. porro praetor taxiarchum praecurrentium flagellauit. et hoc comperto Chaianus legatos ad Petrum destinauit inceptionem accusans et quod Romani iusta sine causa pacem dissoluerent. at uero Petrus uerbis seductoriis usus non se scisse motionem affirmat, duplicia tamen dare spolia uniuersa procurat. sicque barbari amissis spoliis dupla sorte receptis paci consulunt. Petrusque contra Perigastum Sclauinorum exarchum properat et barbari circa ripam fluminis huic obuii facti prohibebant transire. Romani uero a fretis sagittantes hos auerterunt. quibus in fugam uersis percutitur ilico Peri-

3 formidinē āmiratuſ *D* 5 rennuerunt *D* 7 hoſtio *D* 15 *et* 16 *et* 17 uulgareſ *D* 16 conſequuntur *D* 20 his] huic *D* 24 gaianuſ *D* 27 dupplici *D* 29 peragaſtū *D* 30 obui *D* 31 a fretis] affectiſ *D* 32 illco pagaſtuſ *D*

gastus et moritur. transeuntes autem Romani praedam multam ceperunt et ad propria remearunt errantibusque ductoribus et in inaquosa incidentibus loca periclitabatur exercitus. porro cum iter agerent, noctu ueniunt ad amnem Heliciam dictum. cum uero dumi trans fretum fluminis essent, barbari in his absconditi eos qui hauriebant aquam iaculabantur. magna igitur molestia Romaicis effecta militiis in fugam uertuntur a barbaris debellati. uerum Mauricius his auditis Petrum praetura priuauit et Priscum praetorem Thrace denuo misit.

XXXV Anno imperii Mauricii sexto decimo Priscus praetor egressus in Thraceam uirtutes enumerauit exercitus et inuenit quod ex eis fuerit multitudo consumpta. his autem sumptis uenit ad flumen Histrum et Nouas. quo cognito Chaianus legatos misit, causam ipsius sciscitatus adueutus. Priscus autem uenationis se uenisse causa fatebatur. ast Chaianus 'non iustum est' inquit 'in alieno loco uenari.' econtra Priscus suum esse dicebat locum et ei fugam ex oriente improperabat egisse. barbarus autem Siggidonis muro destructo ad Romanorum terram profectus est. quo cognito Priscus uenit ad insulam Histri et dromonibus sumptis ad Chaianum apud Constantiolam uenit uolens cum eo loqui. cumque Chaianus ad oram fluminis uenisset, Priscus tristis alloquitur. Chaianus autem dixit ad eum 'quid tibi Prisce ac terrae meae? hanc et hanc uis accipere per mendacium ex manibus meis. iudicet deus inter me et Mauricium imperatorem et requirat sanguinem exercitus Romanorum et exercitus mei de manibus eius.' econtra Priscus 'Siggidonem' inquit 'ciuitatem redde Romanis.' qui ait 'uuam ciuitatem a nobis conaris accipere? uidebis post paullulum quinquaginta ciuitates Romanas Auaribus seruitute

5 dumi (*D*): dum *P* 6 iugulabantur *D* 7 romaniciſ *D* 8 mauriciuſ *D* 9 trace *D* 10 egreſſuſ prętor in traceſ *D* 11 numerauit *D* 17 inproperabat *D* 18 deſtructu *ut uid.* *D'* 22 fluminiſ** (*uid. fuisse* ſet) *D* tristis] e transtris (ἀπὸ τῆς νηός) *ex Theophane Gruterus* 23 priſce priſcę *D* 24 mendatium *D* 25 et *ante* requirat *om.* *D* 26 manu *D* 27 ſiggidononē *D* 28 unam] tuā *D* poſt *om.* *D* 29 paulůlū (paullulū *scripturus fuit librarius*) *D*

redactas.' Priscus autem nauibus per amnem Siggidoni exhibitis hanc depopulatus est et ex ea Bulgares pepulit.

Septimo decimo imperii Mauricii anno coaceruatis Chaia- XXXVI
nus potentatibus suis in Dalmatiam properat et cum uenisset Balcam quadraginta quoque ciuitates, quae circa eam sunt, omnes depopulatus est. quibus Priscus agnitis Gudoin ad explorationem rerum direxit, qui in ualle occultabatur pusilla et diluculo in dorsa horum effectus ilico cunctos peremit et acceptam praedam duxit ad Priscum. porro Chaianus infortunio comperto in regionem suam reuersus est et Priscus ad propria.

Imperii Mauricii anno octauo decimo sumptis uirtutibus XXXVII
Priscus Siggidonem uenit. Chaianus uero congregato proprio potentatu subito Mysiae adest et Comeam urbem capere nititur. propterea Priscus Siggidone relicta huic efficitur proximus. cum autem Paschalis festiuitas haberetur et Romani fame tabescerent, audiens Chaianus Prisco significabat ut sibi plaustra mitteret ad deportanda illis alimenta quatenus cum hilaritate festiuitatem propriam celebrarent. quadraginta itaque plaustra plena his mittit. pari modo et Priscus species Indicas barbaro quasdam remisit, piper uidelicet et folium Indicum et costum et casiam atque alia ex his quae quaeruntur, cum Chaianus apud Sirmium resideret, qui receptis his gauisus est super eis et donec completur dies festus, Romani ac barbari pariter habitabant et non erat in utrisque uirtutibus timor. cumque fuisset dies festus completus, barbari separati sunt a Romanis et Diriziperam uenientes ciuitatem depopulati sunt et sancti Alexandri ecclesiam incenderunt sepulcrumque ipsius [tectum] argento coopertum spoliant. sed et iniuriis quoque martyris corpus afficiunt multamque in Thrace praedam captantes epulabantur splendide contra Romanos elati.

---

1 ſigigidoni *D* 2 uulgareſ *D* 7 occultatur *D* 8 dilucula *D* 9 inportunio *D* 12 mauritii *D* 13 ſigigidonem *D* 14 myſie *D* 18 quatinuſ *D* 23 ſyrmi' *D* 27 drizipera *D* 28 ſepulchrũq tecũ argen|to cohopertũ diſpoliant *D*, ſepulcrumque ipſiuſ tectum argento coopertum diſpoliant *P* 30 afficienteſ *D* trachę *D* 31 elati] electi *D*

XXXVIII Cumque Comentiolus uenisset Byzantium, maxima urbi turbatio et aestus incubuit ita ut timore detenti consilium caperent Europam deserendi et in Asiam et Chalcedonem migrandi. quin et imperator excubitoribus armatoque ac electo cuneo sumpto muros muniuit. uulgus autem urbem custodiebat et senatus commonebat imperatorem legationem ad Chaianum mittendi. deus autem uindictam martyris Alexandri faciens pestilentem languorem barbaris intulit et in una die septem filios Chaiani per febrem et inguinariam passionem occidit una cum aliis turbis multis ita ut pro triumphali gaudio carminibusque ac canticis lamentationes et lacrimae et luctus sine

XXXVIIII consolatione barbaros possideret. at uero senatus rogabat Caesarem legationem ad Chaianum mittendi. imperator autem Armazonem misit ad Chaianum cum muneribus multis Dirizipera. qui uerbis mitibus blanditur barbarum, at ille nolebat dona suscipere lamento intolerabili filiorum morte detentus. dicebat autem ad legatum 'iudicet deus inter me et imperatorem Mauricium. ipse quidem pacem dissoluit, ego uero captiuos ei reddo, per unam animam unum numisma percepturus ab eo.' Mauricius autem id dare minime passus est. iterum Chaianus petiit per singulas animas dimidium accipere nummum. at imperator nec sic dare consensit sed nec in quattuor accipere siliquis. tunc Chaianus commotus furore omnes occidit et ad propria rediit cum quinquaginta milia aureorum pactis Romanis imposuisset. quin et Histrum flumen non se transiturum professus est. ex hoc itaque contra Mauricium imperatorem multum commotum est odium et coeperunt hunc subicere maledictis. similiter et populus apud Thracem ad conuicia imperatoris commotus est.

XXXX Exercitus autem procuratores ad imperatorem contra Co-

---

1 bizantiū *D* 3 calcedonē *D* 4 et] nec *D* accubitub. *D* 5 longoſ *post* muroſ *om. DP, add. ex Anastasio et 'Bongarsiano' uulgo* 6 ſenectuſ *D'* 10 turbiſ *om. D* triuphali *D* 11 lacrimaſ *D* 12 barbaruſ *D* 14 zidripera *D* 15 ille* (*uid. fuisse* l) *D* 16 intorabili *D'* filiorū *ut uid. erasum ante* filiorū *in D* detenteſ *D'* 17 autem] enim *D* 18 maurítiuſ *D* 20 minime paſſuſ eſt — 415, 16 mauriciuſ ſupplicaret *folio reciso hodie non leguntur in D*

mentiolum direxit quod proditionem in proelio fecerit. inter quos etiam erat Phocas qui imperatorem allocutus seuerius huic in concilio contradicebat ita ut quidam ex patriciis hunc alapa percuteret et barbam eius euelleret. uerum imperator non suscepit aduersum Comentiolum populi querimoniam sed hos inefficaces deseruit, propter quod insidiarum in principem exordium sumitur.

Praeterea per idem tempus apud Aegyptum in Nilo flumine Mena praefecto una cum populo deambulante in loco qui *Δέλτα* nominatur, sole orto animalia humanae formae apparuerunt in flumine, uir scilicet et mulier. et uir quidem erat pectorosus uultuque terribilis, rufa coma, canisque permixtis et usque ad lumbos denudabat naturam et cunctis demonstrabatur nudus, reliqua autem corporis membra cooperiebat aqua. hunc praefectus adiuramentis constrinxit ne destrueret adspectum priusquam omnes saturati fierent hoc inopinato spectaculo. porro mulier et mamillas habebat et femineum uultum caesariesque prolixas et usque ad horam nonam omnis populus mirabatur uidentes haec animantia quae hora nona in flumen demersa sunt. sane Menas imperatori Mauricio haec scripsit.

Anno imperii Mauricii decimo nono, die autem Paschae XXXXI
Sophia Augusta uxor Iustini una cum Constantina Mauricii coniuge stemma constructum attulerunt imperatori. qui hoc contemplato pergens in ecclesiam id obtulit deo supra sancta mensa suspendens in triplicibus catenulis ˈlapidibus et auro contextis. at uero Augustae hoc comperto tristatae sunt ualde et in iurgio aduersus imperatorem Constantina festum diem fecit Augusta. cum autem attenderet imperator non querelas militiarum in Thrace positarum iterum Comentiolus adsumptis armatis uenit ad Histrum et unitur Prisco ad Siggidonem et soluitur pax quae ad Auares erat. qua dissoluta ueniunt in Viminacium quod est insula magna Histri.

Quibus auditis Chaianus collectis potentatibus ad Romaica XXXXII
procedit rura. quattuor autem filios suos traditis aliis uirtutibus ad custodienda uada Histri constituit. at uero Romani ratibus factis fluuium transmearunt et praetore Prisco bellum cum filiis Chaiani inierunt. Comentiolus enim infirmatus in

Viminacio sedebat insula. cumque multas bellum tenuisset horas et trecentis iam Romanorum interemptis sol occubuisset, quattuor barbarorum milia perierunt. intrinsecus uero militiae ordinatae iterum bellum incipiunt et iterum octo milia barbarorum interimunt. similiter et tertia die proeliantes ab excelsioribus Romani ad barbaros accesserunt hosque uertentes ad stagnum atque pellentes Auares multos necauerunt ex illis, inter quos et filii Chaiani necati sunt illustremque uictoriam Romani induerunt. Chaianus uero coaceruatis uiribus copiosis contra Romanos progreditur. bello autem manente uertunt Romani barbaros et hanc omnibus insigniorem retulere uictoriam. interea Priscus quattuor milibus praemissis Tisso amnem transmeare et explorare barbarorum praecepit motus. at uero nil eorum quae facta fuerant barbari cognoscentes festum diem concelebrant et pariter conuiuantur. in hos clanculo Romani incidentes maximum operati sunt metum. triginta quippe milia Ginedorum barbarorumque aliorum occiderunt et copiosa praeda comprehensa reuertuntur ad Priscum.

XXXXIII Chaianus autem rursus potentatibus cumulatis uenit ad Histrum et inito bello barbari superantur et in amnis fluento necantur pereuntque cum his plurimi quoque Sclauini. uiuos autem obtinuerunt Auarum quidem tria millia, Sclauinorum uero octingentos et Gepidum tria milia ducentos nec non et duo milia barbarorum. porro Chaianus ad imperatorem Mauricium legatos misit captos recipere nisus. at ille nondum comperta inclita Romanorum uictoria scribit Prisco quo Auares Chaiano redderet tantum.

Eodem quoque anno quidam uir monachico circumamictus habitu et in religione clarus spatha denudata a foro usque ad aeneam gladiatoris statuam discurrens imperatorem omnibus in occisione gladii moriturum praenuntiauit. similiter et Herodianus Mauricio manifeste quae sibi fuerant uentura praedixit. imperatore uero noctu discalciato litaniam cum tota urbe agente et transeunte ad Carpiana loca tumultuantur ex multitudine quidam et contra imperatorem lapides iaciunt ita ut uix imperator

34 carpiano *P et Anastasius*

cum Theodosio suo saluaretur et orationes compleret apud Blachernas.

Anno uero imperii sui uicesimo Mauricius in se reuersus et sciens quod nihil deum lateat sed omnibus reddat secundum opera ipsorum et recogitans excessum quem in captiuationem perpetrauerat, non redimens eam, expedire iudicauit in hac uita se recipere pro peccato et non in futura et factas preces in scriptis transmisit ad omnes patriarchales sedes et ad omnes ciuitates sibi subiectas et ad monasteria, quae sunt in eremo et in Hierosolymis et ad lauras pecunias et cereos et incensa ut orarent pro se quod hic reciperet et non in futuro saeculo. scandalizabatur autem et in Philippicum generum suum quod in Φ littera nominaretur. porro Philippicus diuerse iurabat imperatori quod purus esset in seruitio eius et apud se nullum dolum haberet. XXXXIIII

Cumque Mauricius supplicaret deo misericordiam praestandi animae suae, quadam nocte dormiens uidit in uisu ante aeneam palatii portam imagini saluatoris se adstantem et copiosum populum pariter adsistentem. tunc facta est uox ex charactere magni dei et saluatoris nostri Iesu Christi dicens 'date Mauricium.' et tenentes eum iudiciorum ministri exhibuerunt apud purpureum umbilicum qui illic erat et ait ad eum propria uoce 'ubi uis reddam tibi: hic an in futuro saeculo?' quo ille audito respondit 'amator hominum domine et iudex iuste hic potius et non in saeculo illo.' et iussit diuina uox tradi Mauricium et Constantinam uxorem eius et filios et omnem cognationem eius Phocae militi.' expergefactus ergo Mauricius uocatum eam qui coram se dormiebat misit ad Philippicum generum suum ut celeriter eum adduceret ad se. cumque ille abisset, uocauit eum. qui consurgens aduocata uxore sua Gordia osculatus est eam dicens 'salue, iam non me XXXXV

10 lauras] laurae Graecis usitato sermone dicuntur cellae religiosorum *adscriptum orae codicis P* 17 ante] apud *D* 19 pariter *om. D*¹, *deinde* consistentè *D* astautē *D* 20 caractere *D* Iesu] ihǹ *D* 21 magistri *D*¹ 22 apud | apnd *D* 27 phoce *D* 28 et uocatū *D* 29 celereter *D*¹ 30 surgens *D* 31 Gordia *om. D* salue — 416, 2 diceus *add. D*ᵐ

uidebis.' quae exclamauit cum fletu uoce magna ad paracoemumenum dicens 'adiuro te per deum quae est haec causa ob quam quaerit eum hac hora?' at ille iurauit se ignorare quia repente imperator de somno exurgens misit me. Philippicus ergo quaesiuit corpus Christi percipere et sic ad imperatorem pergere. uxor eius autem Gordia iacebat in terra se uolutans et plo-

XXXXVI rans et deum exorans. ingressus uero Philippicus cubiculum regium proiecit se ad pedes imperatoris. imperator autem dixit ei 'ignosce mihi propter dominum quia peccaui tibi. nam usque nunc scandalizabar in te' et iubens exire paracoemumenum surrexit et cecidit ad pedes Philippici dicens 'ignosce mihi quia modo certissime noui quod nihil peccaueris in me. sed dic mihi quem scis inter agmina nostra Phocam militem?' at uero Philippicus recogitans dicit ei 'unum cognosco qui ante modicum tempus procurator ab exercitu destinatus contradicebat imperio tuo.' ast imperator ait 'cuius est qualitatis?' qui ait 'iuuenis temerarius sed tamen timidus.' tunc Mauricius 'si timidus' inquit 'profecto et homicida.' et referebat Philippico somnii reuelationem. porro nocte illa uisa est stella in caelo quae dicitur cometa. in crastinum autem peruenit Magistrianus qui missus fuerat ad sanctos eremi patres ferens ab eis responsum huius modi 'deus recepta paenitentia tua saluauit animam tuam et cum sanctis cum tota domo tua te constituet, ab imperio uero cum ignominia et discrimine decides.' his auditis Mauricius glorificauit magnifice deum.

XXXXVII Igitur auctumni tempore accedente cum Mauricius imperator iussisset Petro ut Sclauinorum regione populus hiemaret, restiterunt Romani hoc facere non consentientes tam propter equorum humiliationem quam propter quod copiosam circumducerent praedam nec non et ob multitudines barbarorum, quae per regionem diffusae noscebantur et seditionem meditati sunt. praetor autem indignatus contra populum in dementationem

2 haec *om.* *D* 3 ait illę *D* et quia *D* 7 dm̄ (*h. e.* deum) *D* 10 ſcandalizabor *D* 13 phocan *D* 17 tamen] et *D* 18 ſerebat *D* 20 cometaſ *D* 21 heremi *D* 23 cum *ante* tota *om.* *D* 24 ab *om.* *D* 25 dnm (*h. e.* dominum) *D* 26 autumno *D* 32 in dementationem coſ

eos inmisit. incidunt itaque pluuiae creberrimae super populum et frigus multum. Petrus autem uiginti milibus procul ab exercitu morabatur. Mauricius autem Petro molestus erat ut Histrum transiret et hiemales escas populi de Sclauinorum sumeret regione ne alimenta publica cogeretur Romanis praebere. praetor uero accersito Gudoin ait 'nimis mihi grauia imperatoris praecepta in aliena terra hiemare Romanos iubentia. nam illum non obaudire saeuum est et rursus obaudire saeuissimum. nullum bonum parit auaritia, mater autem omnium malorum consistit, qua imperator languens horum maximorum causa malorum Romanis efficitur.' accersitis quoque populi taxiarchis imperatoris eis intentionem aperuit. populus autem hoc audito seditiones concitauerunt et insignes quidem principes ex eis fugientes ad praetorem uenerunt.

Porro multitudines in unum congregatae prouehunt exar- XXXXVIII
chum Phocam centurionem et super clypeum hunc exaltatum laudibus exarchum acclamarunt. his Petrus auditis in fugam uersus est et omnia imperatori manifesta fecit. ast imperator his difficilibus auditis celare multitudines ea temptabat. secunda uero dies et ludum celebrauit equestrem incommoda infelicitatis occultans. uulgus autem Prasinorum clamabat 'Constantinus' inquiens 'et Comentiolus domine Romanorum ter Auguste plebi tuae molestias ingerunt ut cruces disponant in ea quae habemus peccata. deus qui omnia condidit subiciat tibi omnem inimicum et hostem tam intestinum quam externum sine sanguine.' at uero imperator plebibus intimabat 'nil nos' inquiens 'turbet irrationabilium militum immoderatio et inquietudo.' Veneti autem dixerunt 'deus qui iussit te imperare, subdat tibi omnem qui imperium tuum inpugnat. et si Romanus est qui fide rupta terga uertit a te hunc tibi in seruitutem redigat absque sanguine.' hos imperator armans et sermonibus

---

ınmıſıt *DP:* in dementationem eos dimisit *cod. Franc. Pithoei*, in dementatione eos immisit *cod. Petri Pithoei* 3 maurıtıuſ *D* 5 puplıca *D* 6 gudum *D* 16 phocan *D* 22 domentıoluſ *D* 23 disponant *Bongarsianus:* hıſ ponant *D*, ıſ ponat *corr. in* hıſ ponant *P*, disponat *Anastasius* 28 Benetı *D*

blandis compescens una cum demarchis muros urbis custodire praecepit.

XXXXVIIII Praeterea filio imperatoris Theodosio una cum Germano socero suo apud Callicratiam uenationes exercente mittunt Romani litteras ad Theodosium ab eo imperari poscentes, sin autem, saltem Germanum imperatorem pronuntiandum. 'neque enim nos' aiunt 'imperari a Mauricio de cetero patiemur.' his autem Mauricius compertis accersit ad se filium. Comentiolum uero muros obseruare praecepit. Germanum autem una cum filio suo accusabat harum fuisse calamitatum auctores. cumque se Germanus excusare niteretur, Mauricius ait 'o Germane duo sunt argumenta suspicionis meae populi scilicet ad te litterae et quod cuncta depasti sunt et nullis exceptis tuis pepercerint. parce Germane prolixum faciendi sermonem. nihil suauius quam per gladium mori.' sane Germanus in templum dei matris quod appellatur Cyri fugit. quae cum imperator didicisset, Stephanum eunuchum direxit Germanum ab ecclesia educendi cumque Stephanus uiolenter hunc educere uoluisset fautores Germani resistentes expellunt Stephanum et accipientes Germanum in ecclesia magna effugiunt.

L At uero imperator uirgis caedebat filium suum Theodosium, asserebat enim Germanum per eum fuisse fugatum et mittit excubitores a magna ecclesia educendi Germanum. hinc magnus urbi rumor incubuit. Germanus autem egredi et dare se uoluit. uerum multitudines hunc exire minime permiserunt sed magnis imperatori conuiciis derogauerunt dicentes 'non habeat pellem qui te amat Maurici Marcionista.' igitur qui muros custodiebant his compertis custodiam neglegentia prodiderunt. Mauricius autem media nocte exutus imperatoria stola et priuata circumamictus dromonem ingressus cum uxore filiisque suis et Constantino fugam arripuit. copiae uero per totam noctem pessimis imperatorem iniuriis appetebant sed et Cyriacum patriarcham reprehendebant. turbine itaque ingenti

1 dımarchıſ *D* 7 noſ *om. D* maurıtıo *D* de cero pa|cıemur *D* 8 commentıolum *D* 13 litterae] lıtte *D* 14 facere *Bongarsianus* 19 fautoreſ | romanı exıſtenteſ *D* 28 neglıgentıae *P et Anastasius*

saeuiente cum maximis periculis apud sanctum Autonomon saluatur Mauricius. nocte uero superueniunt ei etiam languores arthritici quos manuum dolores uocant et pedum. porro mittit Theodosium filium suum cum Constantino ad Chosroen regem Persarum ut recordaretur eorum quae sibi facta fuerant a se et uicissitudinem beneficii sui rependeret filio.

Germanus autem mittit ad Sergium demarchum Prasinae LI
partis ut auxiliaretur sibi gratia imperandi repromittens se partem Prasini honoraturum ipsumque magnis dignitatibus elaturum. at uero Sergius hoc insignibus uulgi confessus est. qui minime id admiserunt fatentes numquam Germanum ab amore Venetorum recedere. Prasini uero exeuntes in regiam magnis laudibus tyrannum Phocan efferebant et suadent ei uenire in Septimum. dirigit igitur Phocas Theodorum a secretis, qui ingressus magnam ecclesiam coram populo legit quatinus tam patriarcha quam senatus et uulgus uenirent in Septimum hoc itaque facto et cunctis conuenientibus apud Septimum, patriarcha Cyriacus a tyranno de orthodoxa fide et ut sine perturbatione conseruaret ecclesiam, extorsit professionem. uisus uero est tyrannus Germanum adhortari. cumque Germanus nolle se simularet et uulgus tyrannum laudaret, pronuntiatur malus et dominus sceptrorum tyrannus prouehitur et praeualet aduersus felicitatem calamitas et sumunt principatum magna infortunia Romanorum. denuntiatio uero tyranni in templo Iohannis baptistae effecta est, ubi duobus moratus diebus tertia die introiuit regalia, super imperialem sedens carrucam.

Porro quinta die Leontiam uxorem suam coronauit Augu- LII
stam. hac igitur die tumultuantur partes ad in uicem propter stationes locorum. tyrannus uero Alexandrum conrebellem suum misit partes compescere. Alexander uero in Cosman

---

3 artrıtıcı *D* 4 choſroben *D* 7 dımarchu *D* 9 dıtatıb· *D* 11 amıſerunt *D* germanuſ *D* 12 recederet *D* regıù *D* 14 dırı̀t *D* 17 apud ſemet ıpſù *D* 18 tıranno *D* orthoxa *D* 20 tyrannoſ *D* 25 duobuſ *om. D* 26 ıntrouıt *D* 28 quınto *D* 30 correbelle *D*

Venetorum demarchum manus inmittens pepulit eum et contumeliis lacerauit. porro Veneti indignati clamabant 'uade disce ordinem: Mauricius non est mortuus.' at uero tyrannus his auditis in Mauricii necem mouetur et missis militibus duxit eum Chalcedonem ad Eutropii portum et primo quidem in caede uidelicet filiorum, post imperatorem punit. nam quinque filii eius mares coram uisibus illius praeocciduntur. uerum Mauricius patienter infelicitatem sustinens deum in omnibus inuocabat et crebro pronuntiabat dicens 'iustus es domine et rectum iudicium tuum.' fit itaque filiorum mors patris epitaphium praeostendens uirtutem in mole calamitatis. cumque nutrix unum ex imperatoris pueris furata fuisset suumque pro eo interemptioni obtulisset, Mauricius non annuit sed proprium requisiuit. aiunt autem quidam quod eo occiso lac cum sanguine fluxerit ita ut omnes inspicientes dire lamentarentur. sic ergo imperator etiam naturae legibus excelsior factus uitam commutat. porro ex illo tempore Romanorum non defuerunt imperio uariae ac ingentes aerumnae. denique et Chosroes Persarum rex pacem dissoluit et Auares Thracem deuastarunt atque Romanorum exercitus uterque depopulatus est ita ut cum Heraclius regnaret et inquisitionem armatorum cum summa diligentia faceret, ex omni multitudine illa, quae inuenta fuerant in tyrannide Mauricii cum Phoca nemiuem duobus exceptis ullatenus inueniret.

LIII Anno ab incarnatione domini quingentesimo nonagesimo quinto Phocas tyrannus peremit ut praedicatum est Mauricium una cum masculis quinque pueris eius et horum capita iussit poni in campo tribunalis diebus multis et exiebat ab urbe et contemplabatur ea usque quo foetorem dederunt. interficitur autem et Petrus frater eius et alii proceres multi. Theodosium uero filium eius sermo tenet fuga lapsum et ita saluum repertum. praeterea famam hanc Chosroes Persarum rex aug-

1 dimarchù *D* 2 uenati *D* 5 calcedonè *D* porta *D* 6 in *D*, hinc *uulgo* 18 *et* 32 chofrohef *D* 21 *heracluf (*fuit* h) *D* 22 latitudine *D* 28 tribunalis *Bongarsianus et Anastasius:* tribunali *DP* 29 fętore *D*

mentauit aliud aliterque mentitus et hunc apud se habere dicens quasi prouidere se ut Romanorum obtinere sperans imperium et conuictus est multis modis, maxime ex eo quod bella repentina moueret et Romanas res magnopere deuastaret.

Interea Calligraphus quidam Alexandriae, uenerabilis uir, ex matutina uigilia domum uadens media nocte uidet statuas ex aris abstractas et uoce grandi dicentes interemptum Mauricium et filios ipsius atque omnes casus qui apud Byzantium fuerant gesti. mane uero facto pergens haec Augustalio retulit. qui praecepit ei nulli haec facere manifesta scribensque diem praestolabatur exitum. die uero nona praetereunte et ecce nuntius uenit indicans Mauricii peremptionem. tunc Augustalius daemonum uaticinium coram populo publicauit. Narses autem praetor quondam Romanus contra tyrannum rebellionem parauit Edessamque obtinuit. scribit itaque Phocas Germano praetori Edessam obsidendi. Narses uero scribit Chosroi regi Persarum congregandi uirtutes et bellum constituendi contra Romanos. porro Phocas fratrem suum Domentiolum fecit magistrum et Priscum comitem excubitorum.

Anno imperii Phocae secundo Chosroes rex Persarum LIIII
collectum copiosum potentatum aduersus Romanos direxit. Germanus autem audiens timuit, uerum coactus proelium iniit, qui cum in eo uulneratus fuisset, hunc ministri usque ad ciuitatem Constantinae duxerunt superanturque Romani. sed et Germanus undecima die spiritum exhalauit. Phocas autem potentatus ab Europa in Asiam transtulit Chaiano pactis additis, arbitratus quiescere Auarum nationem. his ergo diuisis quosdam contra Persas misit, quosdam uero ad obsidionem Edessae contra Narsim cum Leontio spadone et magnate suo direxit. Chosroes autem collectis potentatibus apud Daras efficitur. porro Narses egressus Edessam Hierapolim fugit.

---

7 ex arıſ *corr. in* ex aerıſ *P*, ex erıſ *D* 8 bızantıū *D*, *quod notare desinam* 9 auguſtulıa *ut uid.* *D'* 12 nuncıuſ *D* 13 puplıcauıt narſıſ *D* 15 hedeſſemq. *D* 16 narſıſ *D* 17 choſrohı *D* 20 choſrohe *D* 29 hedeſſe *D* 30 choſroheſ *D* efficıatur *D* 31 egreſuſ hedeſſam *D*

interea Chosroes cum Romanis fit penes Ardumum et munitione de elephantibus constructa bellum iniit et uictoria magna potitus est captis Romanis non paucis quos et capitis recisione puniuit. his ita gestis Chosroes ad terram suam regressus est, Zongoi potentatibus derelictis. hoc comperto Phocas contra Leontium furit et manicis ferreis cum ignominia Byzantium ducit et creat praetorem Domentiolum nepotem suum et curatorem Palatii facit.

LV Anno imperii Phocae tertio misit Chosroes Kardarigan et Rusmiazan qui depopulati sunt non nullas ciuitates Romanorum. Domentiolus uero uerbo dato Narsi iuramentisque non paucis credere persuasit quod nullam iniuriam apud Phocan esset passurus et direxit eum ad Phocan. at uero Phocas uerbum hoc minime seruans igne cremauit eum. Romani ergo plurimum hinc tristes effecti sunt eo quod timorem magnum in Persas idem Narses haberet adeo ut filii Persarum audito ipsius nomine tremerent. porro Persae gauisi sunt gaudio magno.

Anno imperii Phocae quarto Scholasticus eunuchus, uir gloriosus palatii, media nocte Constantinam dominam cum tribus filiabus eius accipiens ad magnam confugit ecclesiam consilio Germani patricii desiderantis imperium. fit igitur in urbe seditio magna. Germanus autem demarcho Prasinorum talentum auri misit ut cooperaretur ei. primores autem uulgi id admittere noluerunt. at uero tyrannus in ecclesiam ad abstrahendum mulieres destinauit. sane patriarcha tunc Cyriacus tyranno restitit minime passus e templo tyrannice abduci mulieres. uerum iuramentis certo eo reddito a Phoca quod non laederet eas educuntur a templo sancto et clauduntur in monasterio. praeterea Persae eodem anno ceperunt Daras cum tota Mesopotamia et Syria captiuitate multa cuius non est numerus facta.

1 *et* 4 *et* 9 chofrohef *D quod amplius non notabo* ardamun *D* munıtıonef 4 regrefuf *D* 9 cardarıgan *D* 19 fcolafticuf *D* 21 filıf *D* 23 dımarcho *D* 24 prı|mıoref *D* 25 amıttere *D* 26 deftıuıt *D* 27 tyrannof *D* 28 ıumentıf *D* 30 claraf ın tota mefopotam et *D* 31 captıuatıone *D*

Anno imperii sui quinto Phocas tyrannus filiam suam Domnentiam Prisco patricio et comiti excubitorum iunxit et factis in palatio Marin nuptiis iussit fieri ludum equestrem. demarchi autem utriusque partis apud quattuor columnas cum imperialibus signis statuerunt Prisci ac Domnentiae signa; quibus auditis imperator iratus est et mittens adduxit demarchos Theophanem scilicet ac Pamphilum et statuens nudos iussit eos decollari. cum enim misisset protocursorem ut interrogaret eos quo praecipiente fecerint hoc, dixerunt quia secundum consuetudinem lineatores hoc fecerunt. porro lineatores siue mensores interrogati quam ob rem id fecerint, responderunt quia cum imperatores filii ab omnibus nominati sunt, a nobis ipsis hoc fecimus. sane Priscus timore tenebatur ne forte imperatoris iram incideret. turbis autem clamantibus misericordiam concedi sibi, ueniam dedit Phocas. ex tunc ergo Priscus indignationem passus non erat recte cum Phoca. LVI

Interea quaedam mulier Petronia nomine, fit imperatrici Constantinae ministra quae ad Germanum ab ea responsa ferebat. porro cum fama dilataretur quod Theodosius Mauricii filius uiueret, spem bonam super hoc tam Constantina quam Germanus habebat. at uero scelesta Petronia haec tyranno manifesta fecit. ast tyrannus Constantinam Theopempto exarcho ad torquendum tradidit. quae dum torqueretur, Romanum patricium nosse interlocutiones suas confessa est. qui comprehensus atque discussus etiam alios fore in insidias tyrannidis sibi cooperatores perhibuit. comprehensus est autem et Theodorus orientis praefectus, quem tyrannus uerberans interemit. Helpidiique manus ac pedes recidens hunc tradidit igni Romanumque decollauit. porro Constantinam cum tribus filiabus in loco ubi et Mauricius interemptus est, gladio trucidauit. Germanum autem et huius filiam ore machaerae occidit. similiter et Iohannem Gizan patricium et Theodosium LVII

---

3 marinę nuptıſ *D* 4 dımarchı *D* 6 dımarchoſ *D* 7 ſılıcet *D* 8 mıſıſſe *D* 17 *et* 21 patronıa *D* 25 tyrannı *D* 27 theodoroſ *D* 32 et gızan & paltrıcıu *D*

qui subadiuuae dignitate habebatur insignis et Andream Scombron et Dauid chartophylacem Hormisdae.

Eodem anno Persae transmeantes Euphraten, totam Syriam et Palaestinam et Phoenicen depraedati sunt multo in Romanis excidio perpetrato.

LVIII Anno uero imperii Phocae sexto Priscus intueri non sustinens tam iniusta homicidia quam cetera mala quae a Phoca patrabantur, scripsit ad Heraclium patricium et praetorem Africae quo Heraclium filium suum et Nicetam filium Gregorae patricii subpraetorem suum mitteret quatiuus contra Phocan uenireut tyrannum, audiebat enim in Africa in eum meditari rebellionem unde nec nauigia hoc anno Constantinopolim conscenderunt. occidit autem Phocas omnem cognationem Mauricii et Comentiolum praetorem Thracae et alios multos.

Facta est autem in anno isto etiam mortalitas et inopia omnis speciei. praeterea Persae una cum Kardariga egressi ceperunt Armeniam et Cappadociam pugnantesque Romanorum uerterunt militias. ceperuntque Galatiam et Paphlagoniam et uenerunt usque ad Chalcedonem sine parcitate depopulantes omnem aetatem. et quidem Persae foris portam Romanis tyrannidem inferebant. Phocas uero intrinsecus his peiora patrabat occidens atque captiuans.

LVIIII Anno imperii Phocae septimo Antiocheni Hebraei simultate inquieta commissa contra Christianos occidunt Anastasium magnum patriarcham Antiochiae mittentes naturam eius in os eius et post hoc trahentes eum in plateam urbis. interfecerunt autem multos ciuium et incenderunt eos. Phocas uero fecit comitem orientis Bonosum et Cotin magistrum militum et transmisit eos aduersus illos et non ualuere sedare inquietudinem eorum. coaceruantes uero exercitus irruerunt in illos et plurimos occiderunt et quosdam eorum detruncatis artubus ab urbe reddiderunt extorres. Phocas autem fecit Circensem lu-

---

1 ſcóbron (m *ita alibi non significatur*) *D* 2 chartophlacè *D* 3 enfraten *D* 4 phaleſtina et phemcen *D* 7 mala ceteraq· *D* 14 commentiolum *D* trace *D* 16 cardariga *D* 18 pephla|goma *D* 19 calcedone *D* 20 omnem *om. D* 25 patriarchum *D'* 27 Ppocaſ *D*

dum et Prasini conuiciis eum lacessere praesumpsere clamantes 'iterum in gabatha bibisti? iterum sensum perdidisti?' et iussu Phocae Cosmas praefectus urbis multos ex eis detruncauit, quosdam uero decollauit, non nullos autem in saccos missos mari necauit. porro Prasini coaceruati miserunt ignem in praetorium et incenderunt curiam et scrinia et carceres, ex quibus egressi uincti fugerunt. hinc iratus Phocas non militari Prasinos iubet.

LX

Porro Heraclius praetor Africae molestiam perpetiens a senatu uocauit filium suum Heraclium contra Phocam tyrannum mittendi. uerum et subpraetor eius Gregoras misit per aridam Nicetam filium suum statuentes ut quicumque ex his praeueniret superaretque tyrannum, imperium sumeret.

Hoc uero anno hiems enormis efficitur ita ut maris mollicies in glaciei duritiam uerteretur.

Tum Phocas Macrobium Scribonem iussit sagittari apud Septimum pendentem in lancea in qua tirones exercebantur quasi conscium insidiarum suarum. Theodorus enim praefectus Cappadox et Helpidius praepositus armamenti et alii diuersi consilium fecerunt in hippodromo Phocan occidendi. et facto prandio Theodorus praefectus praetorio coepit eis texere intentionem suam. contigit autem illic inueniri Anastasium comitem largitionum. prandio ergo facto et enarratis his quae insidiarum erant, paenituit Anastasium illic se repertum et non dixit quae cordi suo inerant sed siluit. at uero Helpidius perdurabat dicens 'non uultis ut cum sederit in solio super hippodromum, hunc comprehendam et euellam oculos eius et sic eum interficiam?' et pollicebatur eis dare currus. re praeterea Phocae nota ex proditione Anastasii facta iussit praefectum Helpidium et primores qui sciuerant rem cum omni diligentia discuti. cumque discuterentur, quae insidiarum fuerant, fassi

---

3 urbiſ *add. Bongarsianus, om. DP* detruncabit D 9 eracliuſ D 10 iheracliu D phocam *sic* D 14 innormiſ D mollitieſ D 17 qua D: quo *P et Anastasius* tyroneſ (D) 19 cappadux D' cormamenti D 20 ippodromio D 21 pretorioru cepit D 26 yppodromu D 27 euellem D 28 curſuſ D 29 nota expeditione D 30 diligentia diligen|tia D

sunt et quod Theodorum uoluerint facere principem. porro Phocas iussit decollari Theodorum Helpidium Anastasium et omnes qui insidias suas cognouerant.

LIBER VICESIMVS

I Anno ab incarnatione domini sexcentesimo secundo HERACLIVS in Africa imperator appellatus uenit cum nauibus castellatis habentibus intra se arculas et imagines dei matris — quem ad modum Pisides Georgius quoque perhibet ducens — et exercitum copiosum ab Africa et Mauritania. similiter et Niceta filius Gregorae patricii per Alexandriam et Pentapolim habens secum populum multum pedestrem. desponsauerat autem Heraclius Eudociam filiam Rogati Afri, quae illo tempore Constantinopoli erat una cum Epiphania Heraclii matre. audiens autem Phocas quod mater Heraclii esset in ciuitate nec non et Eudocia, quae sibi fuerat desponsata, tenuit eas et obserauit in dominico monasterio quod cognominatur Nouae paenitentiae. cum autem adisset Heraclius Abẏdum, inuenit Theodorum comitem Abydi et sciscitatus didicit ab eo quae Constantinopoli mouebantur. at uero Phocas misit fratrem suum Domentiolum magistrum ad custodiendos muros longos. cumque comperisset Heraclium Abydum adisse, muris dimissis fugit et introiuit Constantinopolim.

II Porro Heraclius apud Abẏdum recepit omnes exules principes, quos ibidem Phocas exilio relegauerat et adscendit cum eis Heracliam. Stephanus autem Cizyci metropolites acceptum stemma de ecclesia sanctae dei genetricis Heraclio detulit. praeterea cum Constantinopolim peruenisset, diuertit ad

3 *subscriptum* EXPLIC' · XVIIII · *in D* 5 *inscriptum* Incp̄ lb xx · *in D* (*similia in P*) 6 affrica *D* 8 pſıdeſ *D* dıcenſ *D'* 11 dıſponſauerat *D* 12 eudo|tıam *D* 13 *et* 19 conſtantınopolım *D* epyphanıa *D* 15 eudotıa *D* 16 obſeraınt *scripsi:* obſeruaınt *D* 17 habydù *D* 18 habıdı et ſcıſſcıtatuſ *D* 21 *et* 23 habıdù *D* 24 relıgauerat et aſcendıt *D* 25 cızıcı *D* 27 deuertıt *D*

portum Sophiae initoque bello uicit gratia Christi tyrannum. uulgus autem hunc comprehensum interfecerunt et igne apud Taurum cremauerunt. ingressus ergo Heraclius regalia coronatus est a Sergio patriarcha in oratorio sancti Stephani in palatio sito. coronata est uero eadem die sponsa quoque ipsius Eudocia in Augustam et accepit uterque a Sergio patriarcha nuptiarum coronas et uno eodemque die simul imperator et sponsus ostenditur.

Mense uero Maio castra mouerunt Persae contra Syriam III et ceperunt Apamiam et Edessam et uenerunt Antiochiam. porro Romani occurrentes eis superati sunt et periit omnis populus Romanorum adeo ut ualde pauci ex his euaderent.

Anno uero imperii Heraclii secundo ceperunt Persae Caesariam Cappadociae et plurima ex ea captiua duxerunt milia. Heraclius autem imperator inuenit dissoluta publicae rei negotia si quidem Europam Auares reddidere desertam, Asiam uero Persae totam exterminauerunt et ciuitates desolauerunt et Romanum in bellis exercitum interemerunt. quibus uisis haesitare coepit quid ageret, scrutans enim exercitus si forte salui existerent duos tantum inuenit ex omnibus his qui cum Phoca contra Mauricium in tyrannide militarunt. eodem anno natus est imperatori filius de Eudocia Heraclius minor qui et Nouus Constantinus appellatus est et mortua est Augusta eadem quinta decima indictione.

Tertio imperii Heraclii anno coronata est Epiphania filia IIII Heraclii a Sergio patriarcha in Augustam in oratorio palatii, eadem uero prima indictione coronatus est Heraclius iunior filius Heraclii qui et Constantinus a praedicto patriarcha. eodem anno Saraceni aciem contra Syriam direxerunt et exterminatis non nullis uicis reuersi sunt.

Anno imperii Heraclii quarto ceperunt Persae Damascum et captiuum duxerunt populum multum. Heraclius autem im-

6 eudotia *D* 7 una eodemq. *D* 10 hedeſſam *D* 15 pubblicę *D* 19 cepit *D* 20 exi∗ſterent *D* 22 imprſ *D* eudotia *D* 23 eode *D* 25 cororonata *D* 26 herachlu *D* 27 eode *D* 28 prę|dicta *D*

perator legatis ad Chosroen missis rogauit eum ut parceret hominum sanguinem inmisericorditer effundendi et definiret tributa et acciperet pacta. qui legatos inefficaces dimisit. nulla eis reddita ratione sperans comprehendere Romanorum modis omnibus principatum. porro Heraclius eodem anno duxit inceste Martinam neptem suam uxorem et pronuntiauit eam Augustam coronatam a Sergio patriarcha.

V Anno imperii Heraclii quinto ceperunt Persae Iordanem bello et Palaestinam et sanctam ciuitatem et multos in ea per Iudaeorum manus interfecerunt id est ut quidam aiunt milia nonaginta. isti enim ementes Christianos pro ut unus quisque habere poterat occidebant eos. Zachariam uero Hierosolymitanum praesulem conprehensum et pretiosa ac uiuifica ligna cum multa praeda in Persidem abduxerunt. eodem anno natus est imperatori Constantinus alius et baptizatus est in Blachernis a Sergio patriarcha.

Anno imperii Heraclii sexto ceperunt Persae totam Aegyptum et Alexandriam et Libyam et usque ad Aethiopiam multaque praeda sumpta et exuuiis quam plurimis et pecuniis ad propria remearunt. Carthaginem autem minime ualuerunt capere sed custodia dimissa obsidendi eam recesserunt.

Anno imperii Heraclii septimo castra metati sunt Persae contra Carthaginem quam et bello ceperunt. eodem anno consul factus est Constantinus iunior qui et Heraclius Heraclii filius et prouexit in Caesarem Constantinum minorem fratrem suum ex Heraclio genitum et Martina.

VI Anno imperii sui octauo rursus Heraclius misit in Persidem legatos ad Chosroen postulans pacem. at Chosroes iterum eos spreuit asseuerans 'non parcam uobis donec crucifixum abnegetis quem deum esse fatemini et adoretis Solem.'

Anno imperii Heraclii nono aciem direxerunt Auares contra Thracem et missis Heraclius legatis ad eos poscebat pacem. cumque Chaianus hanc facere spopondisset, exiit impera-

---

2 diffinire *D* 12 hierosolimitanu *D* 14 aduxerunt *D* 15 imperatoris *D* 18 libiam *D* 20 *et* 23 kartagine *D* 31 heraclii (*in fine uersiculi*) *om. D*

tor foras murum longum cum omni obsequio regio ac muneribus multis et magnis ad suscipiendum Chaianum recepturus ab eo iuramenta faciendi in uicem sponsiones pacificas. at uero barbarus ille tam sponsionibus quam quae iurata fuerant spretis subito tyrannice contra imperatorem profectus est. stupefactus ergo imperator super insperatae rei molimine fuga lapsus in ciuitatem reuersus est. barbarus autem omni regio apparatu adepto et supellectili et quotquot ex hominibus capere potuit subuertit uillas multas depopulans ex improuiso spe pacis deceptos.

Anno uero imperii sui decimo Heraclius ad Chaianum VII
Auarum legatis missis queritur super his quae nequiter acta fuerant ab eo et ad pacem hortatur. acies quippe disponens contra Persidem dirigendas pacisci cum Chaiano uolebat. qui reueritus dilectionem imperatoris se paenituisse pollicebatur et pacem facere repromisit. pangentesque foedera legati in pace reuersi sunt. eodem anno ceperunt Persae Ancyram Galatiae bello.

Anno imperii Heraclii undecimo durum Chosroes iugum suum super omnes homines fecit in effusione sanguinis et ratione tributorum. elatus enim triumpho nullatenus ultra in constantia esse poterat. tunc Heraclius zelo dei suscepto et cum Auaribus pace ut putabat contracta transtulit militias Europae in Asiam et cogitabat dei cooperatione contra Persidem properare.

Anno imperii sui duodecimo mense Aprili die quarta in- VIII
dictione decima imperator Heraclius celebrata sollemnitate Paschali mox secunda feria uesperi motus est contra Persidem. sumptis autem mutuo uenerabilium domorum pecuniis aporia coartatus accepit etiam ecclesiae magnae multa candelas ferentia, simul et alia uasa ministratoria. quibus conflatis exarari fecit ex his numos aureos et argenteos plurimos dimisitque filium suum cum Sergio patriarcha in urbe disponendi

3 ın ınuıcem *D*   6 molıne *D'*   11 *ante* heraclıuſ *add.* mıſıt *D*   16 federa *D'*   21 trıbuta & latuſ *D*   27 ſollepnıtate *D*   29 apoarıa *ni fallor D'*   30 multaſ *DP et Anastasius*   32 plurimaſ *D'*

negotia una cum Bonoso patricio uiro sagaci et per cuncta prudenti atque perito. scripsit autem et ad Chaianum Auarum preces curam agendi super Romanorum negotiis tamquam qui secum amicitiam fuerit pactus, tutorem filii sui hunc appellans. motus autem a regia urbe exiuit per locum qui dicitur Portae nauigio iter agens, illinc uero per ceteras regiones sibi subiectas profectus elegit exercitus et addidit illis nouam militiam. hos autem exercere orsus in hostilibus operibus erudiuit. diuiso enim dupliciter exercitu acies et congressiones in in uicem sine sanguine fieri iussit, clamoremque bellicum et carmina et iubilum et impetum in alterutrum insurgendi habere hos docebat ut in bello reperti nil mirarentur sed fidenter tamquam ad iocum proficiscerentur in hostem.

VIIII Accipiens uero imperator in manibus dei uirilem figuram quam manus non depinxerunt sed in icona uerbum quod omnia format atque componit sine pictura formam uelut sine semine partum eduxit et in hac fisus a deo depicta figura coepit agones, iuramenta dans populo quod cum ipsis usque ad mortem foret certaturus et eis tamquam filiis propriis adhaesurus. uolebat enim potestatem non tantum timore quantum amore possidere. cumque inuenit exercitum in desidia multa et formidine inquietudine ac dedecore constitutum et per multas terrae partes disseminatum, actutum in unum collegit. et omnes quasi ex una consonantia laudauere imperium et fortitudinem principis. ipse autem uerbis hos corroborans perhibebat 'uidete fratres et filii, quot inimici dei conculcauerint regionem nostram et urbes exterminauerint et altaria concremauerint et mensas incruentorum sacrificiorum sanguinibus homicidiorum repleuerint et ecclesias quae flagitia non admittunt flagitiosissimis repleuerint uoluptatibus.

X Itaque cuneos rursus ad bellicum exercitium armat, agmina duo armata ordinans, tubas quoque ac clypeorum phalanges

---

5 regia ** (*etiam* ıa *in ras.*) *D* 6 per *om.* *D* 9 dupplıcıt *D* 13 p|fıcıſcebantur *D* 15 uerbu *praeter* u *in ras. in* *D* 17 cepıt *D* 20 tantum *om.* *D* 27 concremaucrı* nt et menſanſaſ *D* 32 clıpeorù falaggeſ *D*

efficiens. et populus thorace indutus adstabat. nam cum acies cautius statuissent, congressionem in uicem agere iussit. impulsiones autem uehementer ac percussiones in alterutrum efficiebantur et habitus belli ostendebantur. eratque horribile uisu spectaculum sine timore periculum et ad strages impetus sine sanguine, sed ante necessitatem necessitatis modi quatinus unus quisque percepta occasione caedis innocuae tutior permaneret. taliter autem armatis omnibus praecepit ab iniustitia penitus abstinendum et pietatem sectandum.

Porro cum peruenisset ad partes Armeniae praecurrere XI
iussit electos. Saracenorum uero tunc sub pactis Persarum constitutorum multitudo equitum clam in imperatorem irruere meditabantur. uiri autem imperatoris qui praecurrerant his occurrentes praetorem ipsorum uinctum Heraclio adduxerunt illisque in fugam uersis multos interemerunt. quia uero hieme incedente imperator ad Ponticum clima diuertit uisum est barbaris obsidere illum in hoc hiemantem. at ille Persas latens atque diuertens Persidem properat. hoc barbari cognito in rancorem causa insperati aditus deueneruut.

Sarbarus uero Persarum praetor accepto potentatu suo XII
uenit in Ciliciam quatinus in Romaniam ingressus hunc dare dorsum compelleret. timens autem ne per Armeniam in Persidem imperator ingressus hanc turbaret, coactus est sequi post Romanum exercitum, furari curans bellum et per obscuram aggredi noctem. sed e contra plenae lunae tota nocte luce fulgente cauillatione frustratus est et lunam quae sibi prius in cultu fuerat infamabat, quae uidelicet eclipsin ex accidente tulisset. ex hoc ergo formidabat Sarbarus cum imperatore conflictum aggredi et montem conscendit quasi dorcades intuitus ab excelso bona et sapienti compositam arte militiam Romanorum. comperta uero imperator horum formidine in locis morabatur requietione refertis hunc ad bellum instigans.

---

1 aſtabat *D* 4 et habituſ belli oſtendebantur *om.* *D* 5 uiſuſ *D* 11 pactiſ *** (*uid. fuisse* con) *D* 14 ipſorè *D* heracha *D* 17 hiemanem *D* 19 aditus] auditiſ *D* 22 cõpellerent *D* 25 toto *D'* 27 culta *D* accedente *D* 28 imprem *D*

descendentes autem clam de monte saepe conflictus concitabant. sed in cunctis Romani primatum tenebant et fiduciam peramplius exercitus obtinebat uidentes imperatorem prosilientem in omnibus et audaciter belligerantem. Persa uero quidam ante breue tempus profugus inter imperatoris exercitus annumerabatur. hic fugiens ad Persas abiit existimans eos Romanorum exterminaturos exercitum. cum autem formidinem eorum uidisset post decimum diem iterum ad imperatorem uenit et omnem liquido pauorem barbarorum edixit.

XIII At uero Sarbarus ultra commorationem non ferens in monte coactus est ad proelium proficisci. in tres autem partes diuisis exercitibus descendit repente illucescente die ante solis ascensum praeparatus ad bellum. at imperator praesciens hoc ordinat exercitus in tres aeque phalanges ad pugnam. orto autem sole et imperatore ad orientem reperto Persas obtenebrauit radius quem adorabant ut deum. imperator autem finxit populum suum quasi in fugam uersum. at illi soluentes phalanges hos sine retentione persequi existimabant. conuersi ergo Romani hos aequo animo uerterunt ex his multis peremptis. insequentes autem eos in montem in praecipitia et loca deuia immiserunt cunctis illic contritis. inter ea praecipitia uero instar caprarum siluestrium morabantur. multos autem etiam uiuentes comprehenderunt. ceperunt quoque et horum exercitum et omnem supellectilem ipsorum. porro Romani extensis in caelum manibus deo gratias referebant et pro imperatore qui se bene probauerat indeficienter orabant. qui enim antea nec Persicum audebant puluerem uidere nunc immota eorum inuenta tabernacula spoliant. quis enim sperauit Persarum inexpugnabile genus dorsa daturum umquam Romanis? itaque imperator exercitu cum praetore ad hiemandum in Armenia derelicto ipse Byzantium rediit.

XIIII Anno uero imperii sui tertio decimo Heraclius profectus

1 defcendenf *D* 3 optinebat *D* filentè *D* 9 barbaroru (o *corr. ex* u) *in ras. in D* eduxit *D* 10 comemoratione *D* 14 *et* 18 falangef *D* 20 pręcipitio *D* 21 deuia deuia *D* 25 in excelfù *corr. in* in excęlu *in D* 27 puluerem *om. D*

a regia urbe celeriter in Armeniam properauit. Chosroes autem Persarum rex misit Sarbanazan eum exercitu suo in Romanorum terram intrandi. Heraclius autem scribebat ad Chosroen ut aut pacem amplecteretur aut se sciret eum exercitu suo Persidem ingressurum. Chosroes autem nec pacem amplectebatur nec uerum Heraclii sermonem arbitrabatur. non enim audere illum Persidi appropinquare putabat. sane imperator duodecima kalendarum Maiarum ingressus est Persidem. quo Chosroes comperto Sarbanazan reuerti iussit et collectis ex tota Perside militiis suis et traditis eis Sain uelociter adunari eas Sarbanazae iussit et ita contra imperatorem procedere.

Heraclius autem aduocato exercitu suo uerbis exhortatoriis XV
incitabat eos dicens 'uiri fratres dei amorem in mentem sumamus, iniuriam huius requirere satagamus. stemus fortiter aduersus inimicos quia multa dira in Christianos operati sunt. reuereamur Romanorum imperium quod sui ipsius et non alterius est dominii et stemus aduersus hostes impiis telis armatos. induamus fidem. interemptionem interemptricem recogitemus, quia intra Persarum terram consistimus et ingens fuga periculum fert. uindicemus corruptiones uirginum, recisa commilitonum membra nostrorum uidentes cordibus doleamus. non sunt haec nullam mercedem habentia sed uitae perennis praemia. stemus uiriliter et dominus deus nobis cooperabitur et perdet inimicos nostros.' cumque imperator his et aliis quam plurimis commonitionibus populum exhortatus esset, respondit ei unus pro omnibus 'expandisti angustiam cordis nostri domine os tuum in admonitione dilatans. acuerunt sermones tui gladios nostros et hos animatos operati sunt. expeditos nos tuis uerbis exhibuisti, erubescimus te aspicientes nos in pugnis praecedere, et iussiones tuas in omnibus sequi-

2 sarbanazan *Theophanes et noster infra:* ſarmanazarı *DP*, *Anastasius*, sarmanazan *Bongarsianus* 4 amplecteretur *D* 11 ſarbanaz' (' *aliter non significat* m *D* 13 exortatoruſ *D* 18 telis] talaſ *D* 20 terram *om.* *D* 23 sunt] eſt *D* nullam *Gruterus:* ullam *DP* phenniſ *D* 25 aluſquę plurib · *D* 28 ammonıtıone *D*

XVI mur.' imperator autem sumptis militiis mox ad Persidem interiorem accessit igne comburens urbes et castra. fit etiam hic terribile quoddam miraculum. in aestiuali quippe solstitio aer sudore factus est madidus animos Romanorum exercitus recreans adeo ut hinc spem optimam sumerent. audiens praeterea Heraclius quod Chosroes apud Gazacoten ciuitatem cum quadraginta milibus bellicosorum esset uirorum, cum impetu aduersus illum perrexit et praemissi quidam ab eo Saracenorum sibi subiugatorum Chosroes occurrunt uigiliae et horum quosdam occiderunt, quosdam uero compedibus uinctos cum praetore ipsorum imperatori praesentauerunt. hoc comperto Chosroes derelicta tam ciuitate quam militia fuga usus est. at uero Heraclius insecutus quosdam praeoccupatos occidit, ceteri autem hac illacque palantes dissipati sunt. cumque peruenisset imperator ad Gazacensium ciuitatem, in suburbanis huius reficiebat exercitum suum, Persae uero qui confugerant ad eum perhibebant quod Chosroes fugiens igne consumpserit omnia sata in locis illis et peruenerit ad ciuitatem Thebarman in oriente sitam in qua erat templum Ignis atque pecuniae Croesi • Lydorum regis et error prunarum, his acceptis ad partes Dastagerd iter agebat.

XVII Imperator autem profectus a Gazacensium ciuitate peruenit Thebarmam et ingressus in eam igne consumpsit templum Ignis et tota ciuitate igne conbusta persecutus est post Chosroen in angustiis regionis Medorum. Chosroes autem in his duabus regionibus de loco in locum peragrans latitabat et Heraclius hunc persequens multas ciuitates deuastauit et regiones. hieme uero accedente consilium faciebat ubinam hiemaret cum populo, et quidam uero in Albania perhibebant, quidam uero contra ipsum properare Chosroen. ast imperator iussit populum tribus diebus diuinum oraculum praestolantem caste ac puriter conuersari, sicque responso accepto in Albania hieme

2 ıgnè *D* 4 anımuſ *D* 6 gazacoten *P*, *Bongarsianus*, *Anastasius*: gazacote *D* 17 quod] quoſ *D* 19 cryſı *P*, *Bongarsianus*, *Anastasius*, crıſſı *D* 20 lıdorù *D* 23 thebarmeſo *DP*, *Bongarsianus*, *Anastasius* 31 diuinum miraculum praestolanten castra puriter *Bongarsianus*

commorari. dum uero illuc abiens iter ageret habens secum copiosam Persarum praedam, haud paucos incursus a Persicis cuneis pertulit, ipse uero diuina cooperatione triumphum de omnibus tulit. praeterea cum uehemens tempus cecidisset super enm in uia et hunc gelu praeoccupasset in Albania, haberetque quinquaginta milia uinculatorum, compatienti corde suo misertus uincla dissoluit diligentiam tribuit et requiem impertitus est ita ut omnes cum lacrimis exorarent etiam Persidis eum fieri liberatorem mundi exterminatorem trucidantem Chosroen.

Anno imperii Heraclii quarto decimo Chosroes Sarablag- XVIII
gan praetorem constituit, uirum facinorosum et typho multo elatum, tradensque ei exercitum eos uidelicet qui dicuntur Chosroegetae ac Perozitae, in Albaniam eum direxit aduersus Heraclium. cumque ingressi essent in fines Albaniae, non sunt ausi ad bellandum ante faciem imperatoris stare sed clusuras tenuere quae ducunt in Persidem, aestimantes ei obsidendo insidiari. at uero Heraclius mox ut uer accessit, profectus de Albania per Yptios campos et escis largiter affluentes transitum in Persidem faciebat licet longinquitas multae spatium uiae transegerit. Sarablaggas uero per artum iter utpote compendiosum satagebat ut praeoccuparet eum in Persidis regione. Heraclius autem monebat populum dicens 'nouimus fratres quod militia Persarum in deuiis locis pererrans tam equum eorum dissoluat quam ipsos eneruet. nos autem festinemus contra Chosroen properare ualde celeriter ut ex
improuiso irruentes in eum turbemus illum.' at uero populus XVIIII
huius modi spernebat consilium et maxime Lazorum et Abasgorum atque Hiberorum concertatores. hinc aerumnas incidunt. peruenit autem et Sarbarazas cum populo suo, quos omni armauit uirtute Chosroes et destinauit per Armeniam aduersus Heraclium. Sarablaggas uero sequebatur post tergum Heraclii

1 habienſ *D* 4 cicidiſſ& *D* 7 diligentiam *P, Bongarsianus, Anastasius:* diligentia *D*, (ἐπιμελείας· μετεδίδου *Theophanes*), indulgentiam *uulgo* 12 facinoſorum *D* 23 regionè *D* 28 spernebat] prębebat *D* 30 sarbarazas *cod. Pithoei:* ſarbataſ *D*, ſarbazaſ *P*, sairbazas *Anastasius* 32 ſed rablaggaſ uero *D* poſtergū *D*

et non est cum eo in conflictum congressus expectans uniri Sarbarazae et ita constituere proelium. cognito autem Romani Sarbarazae impetu ad metum conuersi sunt et ad pedes imperatoris cum lacrimis prociderunt scientes quale sit malum non cedere seruum domini uoluntatibus et paenitentiam agentes super inoboedientiam suam quam nequiter perpetrauerunt edicebant 'manum tuam da domine priusquam pereamus miseri. cedimus enim tibi in quibuscumque praeceperis.'

XX Tunc imperator accelerauit congredi cum Sarablagga priusquam uniretur populo Sarbarazae et multis incursionibus contra eum factis nocte ac die hunc in formidinem pepulit et retro utrisque dimissis contra Chosroen uelociter insecutus est. duo uero ex Romanis ad Persas se conferunt et persuadent eis credere Romanos ex formidine fugere. contigit autem eos et alium audire rumorem Sain scilicet praetoris Persarum aduentum cum alia militia in auxilium. et hoc comperto Sarablaggas et Sarbarazas decertabant Heraclium instigare ad proelium priusquam perueniret Sain et in se transferret uictoriae gloriam. credentes quoque et profugis properarunt aduersus Heraclium et appropinquantes ei castra metati sunt uolentes in eum simul cum mane irruere. ast Heraclius profectus a uespera iter fecit per totam noctem et procul effectus ab eis inuento herbifero campo castra metatus est in eo.

XXI Porro barbari existimantes eum ex formidine fugere, incomposite sequebantur, ut comprehenderent illum. ipse autem occurrens eis bellum iniit aduersus illos et aprehenso colle quodam nemoroso coaceruatoque populo in ipso cooperatione dei barbaros uertit et per fauces hos insecutus multitudinem ex his copiosam occidit. cadit autem et Sarablaggas ense uulneratus in dorso. et cum hi inter agones essent, peruenit etiam Sain cum exercitu suo et hoc uerso imperator et ex his multis occisis reliquos fugientes dispersit. cepit quoque et apparatum sarcinae ipsorum. porro Sarbarazas unitus Sain

---

1 aggreſſuſ *D* 2 *et* 17 prçliū *D* 5 recedere *D* 9 ſarbarı & *D* 12 utrıuſq· *D* 13 ſe *om.* *D* 15 *et* 18 *et* 31 *et* 33 ſahın *D* 17 & ſarbaruſ *D* 26 occurrenteſ *D* 27 nemoro|ſa *D*

collegit barbaros qui saluati fuerant et iterum disponebant contra Heraclium proficisci. ast imperator in regionem Hunnorum et per horum loca difficilia festinabat in asperis locis ac deuiis, barbari uero sequebantur post eum. porro Lazi una cum Abasgis formidantes subduxerunt se ab auxilio Romanorum et in regionem suam reuersi sunt. Sain autem hoc aduertens furore multo una cum Sarbaraza persequebatur Heraclium.

Sane imperator caterua collecta uerbis hos exhortatus est XXII
et monimine deliniuit dicens 'multitudo uos fratres inimicorum non turbet. deo quippe uolente unus persequetur mille. mactemus ergo nosmet ipsos pro salute fratrum nostrorum. sumamus coronam martyrum quo et futurum tempus nos laudet et deus reddat mercedes.' his et aliis quam pluribus uerbis audaciam exercitui conferens hilari uultu proelium ordinat et distantes ab in uicem interuallo pusillo a mane usque ad uesperam aggressi non sunt in alterutrum. uespere uero arrepto imperator itinere pergebat. barbari uero post eum iterum sequebantur. et commutantes uiam hunc praeoccupare uolentes incidunt in loca palustria et oberrantes in magnum discrimen ueniunt. imperator uero transiens fines Persarum per Armeniam peragrabat. cum autem terra illa teneretur a Persis, multi cum Sarbarazae concurrerunt ac per hoc creuit populus eius. praeterea hieme accedente dispersit multitudinem per loca ipsorum ut requiescerent in domibus suis. quo comperto XXIII
Heraclius noctu furari meditabatur bellum. cumque turba tempestatis adesset et Sarbarazae suspicio nulla incumberet, electis robustissimis equis et fortioribus ab exercitu dupliciter hos armans, quosdam ex his praecedere contra Sarbarazam iussit, ipse uero cum aliis post eos subsecutus est. accelerantibus ergo per noctem et peruenientibus ad praedium, cui uocabulum erat Lasbanum, hora noctis nona Persae qui in eo erant

---

2 hunorù *D* 3 loco *D'* 6 ſahın *D* 7 cù ſarbaro *D* 10 et] ut *D* molimine *Anastasius* 13 noſ tempuſ noſ *D* 15 pręlıù *D* 16 ab] ad *D* 23 cù ſarbaro *D* 27 et ſarbaro *D* 28 dupplıcıter *D* 32 erat *D'*

impetumque cognouerant, insurrexerunt in eos. ipsi autem interfecerunt hos omnes uno excepto qui hoc Sarbarazae nuntiabat. at uero Sarbarazas adscendit equum et nudus atque discalciatus fuga salutem mercatus est. huius autem mulieres et omnem Persicum florem principesque ac satrapas cum electis militibus qui in domorum tecta conscenderant et bellum contra se praeparauerant, per ignem deposuit et alios quidem occidit et alios uero igne consumpsit, alii autem manicis et compedibus conligati sunt ita ut paene nullus ex his qui Sarbarazae fuerant, saluaretur. acceperunt autem et arma Sarbarazae, aureum uidelicet clypeum, machaeram etiam et lanceam aeque auream et comptam pretiosis lapidibus zonam, nihilo minus et calciamenta eius. his omnibus sumptis procedit contra dispersos per uillas, qui scilicet comperta Sarbarazae fuga sine retentione fugiebant. ipse autem insecutus multos eorum occidit et uinctos accepit reliquique cum confusione in Persidem repedarunt. porro imperator exercitu suo collecto cum gaudio in locis illis intrepidus hiemauit.

XXIIII Anno imperii Heraclii quinto decimo Arabum princeps Muhammat habebatur, Heraclius autem coaceruato exercitu suo consilium faciebat quanam uia pergeret. duae namque sibi uiae adiacebant angustae ac deuiae, altera quidem Tarantum ducens, altera uero in terram Syrorum. uerum illa quae Tarantum tendebat differentior quidem erat sed egestatem cunctarum habebat escarum, quae uero in terram ducit Syrorum Taurum transit et abundantiam et dapsilitatem praestat alimentorum. hanc praeferunt omnes licet abruptior esset et niue multa seuerior. hac itaque labore multo transacta in septem diebus perueniunt ad fluuium Tigris et hunc cum transmeassent, ueniunt Martyropolim et Amidam et quiescunt tam exercitus quam captiuitas. hinc et litteras Byzantium impera-

2 ſarbaro *D, deinde* nuntiauat *corr. in* nuntiabat *in D* 3 ſarbaruſ aſcendit *D* 9 nulliſ *D* 9 *et* 10 *et* 14 ſarbarı *D* 11 laceā *D* 12 nichılo *D* 20 muhāmad *D* 22 tarentū *d* 26 habundantiā *D* 29 tygrıſ *D* 31 bı|zantiū *D*

tor potuit mittere et quae circa se erant omnia indicare et ingens facere gaudium ciuitati.

XXV Sarbarazas autem populo suo qui fuerat dispersus collecto insurrexerunt in illum. electam uero imperator alam militum ad custodiendas misit clusuras, quae ad se ducebant et aditus qui ad orientem erant. ipse discurrens in faciem efficitur Sarbarazae, cumque transmeasset Nymphion amnem, ad Euphratem peruenit, in quo erat pons nexus e funibus simul et nauibus. at uero Sarbarazas dissolutis funibus pontis ab altera ripa in alteram totum transtulit pontem. cumque imperator uenisset nec ualuisset transire per pontem, discurrens inuenit meatum et hunc inopinate Martio mense sine discrimine transfretauit et Samosata peruenit. rursusque cum Taurum praeterisset, in Germaniciam est profectus et cum transisset Adana, uenit ad amnem Saron. barbarus autem ponte rursum in proprium locum extenso absque obstaculo transfretauit Euphraten et sequebatur post eum. ast imperator cum transisset pontem Sari inuenta requie tam exercitus quam animalium circa ipsum castra metatus est reficiens eos.

XXVI Peruenit autem et Sarbarazas in partem, quae in contra ex altera esse parte uidebatur. inuento uero ponte ac propugnaculis quae in ipso erant a Romanis obtentis castra metatus est. excurrentes autem multi Romanorum per pontem inordinate cum Persis contulere conflictum multa in ipsis caede commissa. uerum imperator hos inordinate prohibebat discurrere ne forte iter fieret aduersariis cum illis conueniendi ad pontem et pariter commeandi: populus non adquiescebat imperatori. porro Sarbarazas quibusdam exercitus sui clam in locis abditis collocatis ostendit se quasi fugientem ac sic abstraxit multos Romanos praeter uotum imperatoris ad insecutionem sui transeuntes: reuersus et his in fugam compulsis quotquot extra pontem occupauit occidit uindictam perpessos inoboedientiae. imperator uero cum barbaros uidis-

3 *et* 9 *et* 20 *et* 28 ſarbaruſ *D* 6 erat *D* 7 ſarbaro *D* eufraten *D*
8 quo] quib; *D* 9 nauibus] uib; *D* 16 extenſum *D* 17 eufraten *D*
21 eſſet *D*

set insecutione ordines dissoluisse et ex Romanis stantibus in antemuralibus multos extinctos contra eos profectus est. porro quidam uir Persa giganteus imperatori occurrens hunc in medio pontis aggreditur. ast imperator hoc percusso in amnis fluenta proiecit. hoc uero ruente in fugam barbari uersi sunt et prae angustia pontis ut ranae semet in fluuium iaciebant,
XXVII alii autem etiam gladiis trucidabantur. porro multitudo barbarorum per fluminis ripas diffusa sagittabat ac resistebat non sinens transmeare Romanos. uerum imperator transiens uiriliter barbaris resistit cum paucis quibusdam societatis suae superagonizans ita ut etiam super hoc Sarbarazas obstupesceret et ad Cosman quendam iuxta se stantem Romanorum profugum magaritam diceret 'uides' inquiens 'Caesarem o Cosma, quam audax ad pugnam stet et contra tantam multitudinem solus decertet et uelut incus iacula renuat?' ex rubris enim ocreis agnoscebatur multasque imperator plagas licet nullam in hoc proelio periculosam accepit. tota uero die cum in hoc bello pugnassent, accedente uespera ab in uicem separati sunt. et Sarbarazas quidem timens per noctem retro reuersus est. imperator autem populo suo coaceruato ad urbem properauit Sebastiam et cum Alon fluuium transmeasset, in hoc gaudio totius hiemis tempore demoratus est. porro Chosroes furens misit et tulit thesauros cunctarum ecclesiarum regionis quae sub Persis est constituta et cogebat Christianos Nestorii fieri sectatores ad perstringendum siue percellendum imperatorem.

XXVIII Anno imperii Heraclii sexto decimo Chosroes Persarum rex nouam militiam fecit proelium initurus, peregrinos ac ciues et seruos ex omni natione facta electione coaceruans. qua electione Sain tradita praetori alia quinquaginta milia ex phalange Sarbarazae electa tollens huic sociauit nominauitque illos aureos cumulos et hos aduersus imperatorem direxit.

---

2 pſecutuſ eſt *D* 6 et] ut *D* 11 *et* 19 ſarbaruſ *D* 12 o *in* coſman *corr. ex* a *in D* 13 margarıtů *D*, *'Magariten apostatam refugamque notare, adscriptum ad oram codicis Palatini' Gruterus* uıdenſ *D* 15 rennuat̃ *D* 25 ſecatoreſ *D'* pręcellendů *D* 29 ſahın *D* 30 falanges ſarbarı *D*

porro Sabarazam cum reliquo exercitu suo contra Constantinopolim misit quatenus Hunnos qui essent in occidente, quos Auares uocant, cum Bulgaribus et Sclauis atque Gipedibus concordia sociaret sicque aduersus urbem properarent et hanc unanimiter obsiderent. cum autem hoc didicisset imperator, exercitum suum triplici parte diuisum transmisit ad custodiendam urbem. quibusdam autem traditis Theodoro fratri suo contra Sain bellare praecepit. humiliori uero parte ipse accepta in Lazicam properat et in ipsa degens Turcos ab oriente, quos Chazaros nuncupant, in auxilium aduocat.

Sain uero una cum nouiter electo exercitu perueniens ad XXVIIII
fratrem imperatoris Theodorum ad bellum armauit. deo autem per intercessiones superlaudabilis dei genetricis opitulante bello commisso grando mirae magnitudinis contra barbaros cecidit eorumque plurimos perculit. at uero acies Romanorum tranquillitate potita est. uertunt autem Romani Persas et interficiunt multitudinem copiosam. hoc comperto Chosroes irascitur contra Sain. qui ex multo animi defectu langorem incidens moritur. cuius corpus iussu Chosrois salitum ad eum delatum est: quem ille mortuum multis submittit uerberibus.

Porro Chazari disruptis Caspiis portis Persidem adeunt XXX
in regionem Adragiae una cum praetore suo Zihebil, qui dignitate secundus erat a Chaiano et in quaecumque loca peragrabant, tam Persas depraedabantur quam ciuitates et uillas igni tradebant. profectus uero et imperator a Lazica his occurrit. Zihebil autem hoc uiso accelerans complectitur collum eius et adorat cum Persis ciuitatis aspicientibus. uniuersus autem Turcorum populus in terram cadentes ac proni super faciem extenti imperatorem honorant honore qui est apud gentiles extraneus. similiter et principes eorum supra saxa conscendentes eodem schemate procidunt. obtulit autem Zihebil imperatori etiam filium suum primogenitum huius sermonibus

---

1 farbarum *D* 3 uulgarib; *D* 6 tripplici *D* 8 *et* 11 *et* 18 fahin *D* 10 gazarof *D* 11 ad *P*: & *Dp* 20 fumittit *D* 22 Adragiae *Anastasius*: adrahige *DP*, *Bongarsianus* zebil qui *D* 31 fcemate *D*

delectatus et eius tam uultum quam prudentiam admiratus. electisque Zihebil quadraginta milibus uirorum fortium dedit ea in auxilium imperatori. porro ipse reuersus est in regionem suam. his autem acceptis imperator contra Chosroen procedit.

XXXI At uero Sarbarazas Chalcedonem properans Auaresque a Thrace urbi propinquantes hanc depopulari uolunt et multis machinis aduersus eam commotis et nauium sculptarum ex Histro multitudine infinita seu innumerabili delata sinum cornu repleuerunt. decem sane diebus urbem obsidentes bellumque terra marique magnum gerentes domini uirtute pariter et cooperatione nec non et intemeratae dei genetricis et uirginis Mariae intercessionibus superati sunt. quin et multitudine copiosa suorum tam in terra quam in mari deposita cum ingenti confusione ad terram suam reuersi sunt. porro Sarbarazas Chalcedonem obsidens non emigrauit sed ibidem hiemauit tam incursiones agens quam depraedans confinales partes et ciuitates igne disperdens.

XXXII Anno imperii sui septimo decimo Heraclius a mense Septembrio ingressus Persidem una cum Turcis inopinate propter hiemem in extasin immisit Chosroen cum hoc didicisset. at uero Turci tam hieme quam frequentibus Persarum incursibus contemplatis non ferentes pariter cum imperatore laborare, coeperunt paullatim diffluere et omnes dimisso eo reuersi sunt. ast imperator collocutus est populum suum dicens 'scitote fratres quia nemo nobis uult auxiliari ni solus deus et quae hunc peperit sine semine mater ut ostendat potentiam suam quoniam non in multitudine populorum seu armorum est salus sed in eos qui sperant super misericordiam eius mittit adiutorium suum.

XXXIII At uero Chosroes coaceruatis cunctis militiis suis praeto-

---

1 amira|tuſ *D* 6 Sarbarazuſ *D* a *P:* ad *Dp* 7 propinquanſ *D* 9 deleta sinistrum cornu repleuerunt maris *liber cod. Francisei Pithoci* 11 domini] dù *D* pariter] parite *D* 13 intercesſionib · (ſ *in ras.*) *D* qui et *D* 15 ſarbaruſ *D* 16 caldonè *D* 17 quam] quàq · *D* 21 in — choſrohen *praeter* hen *in ras. in D* 22 hiemè *D* 24 ceperunt paulatim *D* 26 nomo *D*

rem prouehit super illas Rhazatem, uirum bellicosissimum ac fortissimum et hunc aduersus Heraclium destinat. ast imperator ciuitates Persidis atque castella igni tradit et accedentes Persas romphaea consumit. septimo uero idus Octobris peruenit in regionem Chamaitha et refocillat populum per integram hebdomadam. Rhazates autem ueniens Ganzacum post eum factus est et secutus Romanis ante pergentibus et consumentibus escas, ipse uero post tergum ut canis famem patiens uix de micis eorum nutriebatur, et cum non inueniret sumptus, multa ex animantibus ipsius consumpta sunt.

Kalendis autem Decembribus uenit imperator ad fluuium XXXIIII
magnum Zaban et cum hunc transisset, castra metatus est iuxta Niniue ciuitatem. uenit autem Rhazates penes uadum secutus eum et cum descendisset tribus miliariis, repperit uadum aliud et transiuit. at imperator misso Bahani magistro militum cum paucis electis militibus inuenit bandum Persarum et cum eius comitem occidisset, detulit caput eius et totam auream spatham ipsius, non nullisque peremptis uiuos duxit ad imperatorem sex et uiginti in quibus erat spatharius Rhazatis, qui et nuntiauit imperatori quod pugnare contra eum Rhazates uellet, sic a Chosroe iussus et tria milia in auxilium armata miserit ei quae tunc nondum peruenerant.

His compertis imperator praemisit sarcinam ante se ipse- XXXV
que subsecutus est tractans qualiter inueniret locum in quo pugnare deberet priusquam unirentur eis illa tria milia. repertoque campo apto ad proelium allocutus populum aciem ordinauit. Rhazates uero cum peruenisset illuc et ipse proelium dirigit in cuneis tribus et contra imperatorem processit. pridie sane idus Decembrias gestum est bellum. et ante omnes prosiliens imperator principique Persarum occurrens diuina uirtute deique genetricis opitulatione hunc eiecit et qui cum

1 razantem (*ita etiam Bongarsianus et Anastasius*) *corr. in* razaten *in* *P* 4 romphea *D* 5 refocitat *D* 6 ebdomadam *D* ganzarum *Bongarsianus* 12 Zaban *Anastasius:* zahan *DP, Bongarsianus* tranſſiſſ& *D* 13 ciuitate *D* poeneſ *D* 14 cum *om. D* 15 magiſtri *D* 17 capud *D* 18 ſpatam *D* 19 rhazati *D* 27 illuc *om. D*

ipso erant, exilientes antea fugerunt. rursusque imperatori alius occurrens et hunc quoque deposuit. irruit autem aduersus eum etiam tertius qui dedit ei cum mucrone in labium et hanc illi plagam infixit. ast imperator et hunc extinxit. et tubis clangentibus congressae sunt in uicem partes utraeque et cum pugna ualida gereretur, plaga uulneratus est a peditibus Phalba imperatoris equus, qui dicebatur Dorcon, in femore lanceae ictu percussus. multas autem et spatharum in facie percussiones accepit sed ferens tegimen ex neruis contextum plagam mortiferam non sumebat. cadit autem in hoc bello Rhazates et tres turmarchae Persarum et principes fere cuncti atque pars maior exercitus ipsorum.

XXXVI Occisi autem sunt Romani etiam numero quinquaginta et uulnerati non nulli, ex quibus scilicet mortui sunt decem. porro bellum gestum est a mane usque ad horam nonam. tulerunt interea Romani banda Persarum uiginti et octo exceptis his quae confracta sunt. et despoliatis mortuis acceperunt loricas eorum et cassides nec non et omnes currus ipsorum et manserunt ab in uicem sequestrati quantum est duplex sagittae. fuga namque facta non est. uerum tamen Romani animalia sua nocte et adaquauerunt et acceperunt. equites uero qui ultra erant, steterunt usque ad septimam horam noctis *super tabernacula mortuorum Persarum et octaua hora noctis* moti repedauerunt ad castra sua. et his acceptis abierunt et castra metati sunt ad pedem montis asperi metuentes. multas praeterea spathas auro circumclusas et zonas aureas cum gemmis et scutum Rhazatis totum auro respersum acceperunt habens petala centum uiginti et loricam ipsius ex auro contextam et scaramaggin eius detulerunt cum capite ipsius atque dex-

---

4 hac *D* 5 utraq· *D* 8 ſpatarū *D* 9 percuſſionıſ *D* tegmen *D* 11 tūrmache *D* 19 dupplex (*ita D*) sagittae] ἀπὸ δύο σαγιττῶν *Theophanes* 23 ſuper — hora noctıſ *om. D et ut uid. P: 'redintegraui isthaec ex Francisci Pithoei ms. et Anastasio Palatino' Gruterus* 25 caſtrametı *D'* 26 ſpataſ *D* 27 rhazatı *D* 28 petalia *Bongarsianus* 29 ſcarâmaggın *D*, scaramaggin *P*, *Bongarsianus*, *Anastasius*, scaramangium *cod. Francisci Pithoei*

tralia et sellam totam ex auro fabrefaetam. porro tentus est uiuus Barsamuses princeps Hiberorum sub Persis degentium. nemo autem recolit huius modi bellum inter Romanos et Persas quod uidelicet per totum diem habuit statum uiceruntque Romani. uerum hoc factum est solo dei iuuamine. imperator uero a se confortatum exercitum contra Chosroen minabat quatenus hunc deterreret.

Porro tertio decimo kalendas Ianuarias comperto impe- XXXVII
rator quod populus Rhazatis, qui ex bello euasit, unitus fuerit tribus milibus quae a Chosroe destinata fuerant et sequeretur post se coeperuntque Ninine transmeans magnum Zaban mittit Georgium turmarchen cum mille militibus quo curreret ad retinendum pontes minoris Zaban priusquam id Chosroes cognosceret. cumque cucurrisset Georgius noctu miliariis octo et quadraginta, tenuit quattuor pontes minoris Zaban et inuentos in castellis Persas optinuit. decimo praeterea kalendarum Ianuariarum perueniens imperator ad pontes, transfretauit et diuertit in domos Iiesdem et refecit tam exercitum quam animantia fecitque festiuitatem natiuitatis Christi in eodem loco.

Comperto uero Chosroes quod Romani tenerent pontes XXXVIII
minoris Zabae misit ad Persicum populum cui Rhazates praeerat ut oppido festinantes praeuenirent imperatorem et ad ipsum pergerent. accelerantes autem illi et transmeantes minorem Zaban in aliis locis praeuenerunt imperatorem atque praeibant. cumque imperator palatium quod dicebatur Dezeridan cepisset, destruxit atque conbussit. at uero Persae cum pontem Tornae fluminis pertransisseut, ibidem castra metati sunt. ast imperator comprehenso alio palatio Chosrois, quod uocabatur Rusa, et hoc subuertit. ceterum uerebatur quod in ponte Tornae fluminis hostes forent contra se bellaturi. sed hoc illi scientes relicto ponte fugerunt. interea imperator cum sine impedimento transisset, apprehendit aliud palatium cogno-

2 hyberorù *D* 9 rhazatı *D* 10 quae] quı *D* 12 turmachen *D* 13 ıd] ad *D* 14 mılıtaruſ *D* 16 Persas] pcuſſaſ *D* 19 natıuıtatè xp̀ feſtıuıtatè *D* 21 mınoreſ *D* 27 ptranſiſſ& *D*

mento Beibal ubi et hippodromum aedificauerat sed et istud casui dedit.

XXXVIIII Sane quidam Armeniorum, qui cum Persis aderant, nenerunt ad imperatorem noctu dicentes 'Chosroes cum elephantibus et exercitu suo quinque milibus contra palatium suum uocabulo Dastagerd in loco nuncupato Barasrath castra metatus est et mandauit totum illuc exercitum conuenire ut aduersus te proelietur. est enim illic et fluuius meatibus carens, qui artum pontem habet et angustias prae habitationibus multas nec non et foetidi riui. imperator ergo consilio cum principibus inito et exercitus sedit in palatio Bechal. repperit quippe in una ex porticibus saginatas aues trecentas et in alia porticu capreas saginatas quingentas, porro in alia saginatos onagros centum. eaque populo cuncta donauit et kalendas Iannarias illic fecerunt. denique inuentis ouibus et porcis et bubus, quorum non erat numerus, requieuit populus uniuersus epulantes et glorificantes deum.

XXXX Praeterea comprehensis his qui ista conferebant, didicerunt ab illis liquidius quod Chosroes a uicesima tertia die Decembrii mensis comperto quod imperator transisset pontem Tornae, confestim motus fuerit de palatio, quod erat in Damastagerd, cum magna Ctesiphontem celeritate petiturus, onustis ex omnibus pecuniis quas habebat in palatio tam elephantibus quam camelis atque burdonibus ministerii sui, scribens et populo Rhazati ut ingrederentur idem palatium et principum domus et quicquid in his inueniretur auferrent. itaque imperator dimidium quidem exercitum misit ad Damastagerd, ipse uero per aliam uiam abiit ad aliud palatium, quod cognominabatur Bebdarach et his ruinis et igni traditis gratias egerunt deo qui

1 beibar *ut uid.* *D'*, Becbal *Anastasius*   yppodromū *D*   6 Barafroth *P*, Parasroth *Bongarsianus*   nuncupata *D*   7 prẹlietur *D*   10 fẹtidi *D*, *deinde* ibi *add.* *Bongarsianus*   11 Becbal *Anastasius*   12 trecentof *D*   alio *D*   13 quingentof *D'*   anagrof *D'*   14 eaque] quẹ a *D*   20 tranffiff& *D'*   22 ctyfiphon|tā *D*   23 im palatio *D*   24 ministerii *Anastasius*: miniftri *DP*   28 Bebdarach *P et Anastasius*: beddarach *D*

per intercessiones dei genetricis talia miracula patrat. quis enim sperauit umquam fugere Chosroen a facie Romani principis de palatiis suis, quae erant in Damastagerd, et petere Ctesiphontem dum a uiginti quattuor annis passus Ctesiphontem uidere non fuerit sed in Damastagerd regalia eius erant.

Inuenerunt autem populi Romanorum in palatiis eius apud XXXXI
Damastagerd trecenta Romanorum banda, quae per diuersa ceperunt tempora. inuenerunt etiam species quae remanserant multas, aloen scilicet multam et ligna aloes magna, e quibus unum quodque septuaginta pondus habebat uel octoginta librarum, et sericum copiosum ac piper et carbasinas camisias multas: sacchar quoque atque zinziber et alias specias ultra mensuram uel numerum. quidam uero et argentum et holoserica uestimenta lectisternia seu acu contexta tapetia, quorum erat copia multa. erantque omnia bona ualde: quae propter quod grauia essent, penitus incenderunt. sed et tentoria Chosrois atque cortinas, quas in modum tendebat porticuum quando in campo castra metabatur, cuncta cremauerunt, quin et statuas eius multas. inuenerunt autem et in his palatiis auiaria et dorcades et asinos agrestes et pauones et phasianos infinitae multitudinis nec non in uiuario eius leones ac tigrides mirae magnitudinis uiuos. de cetero confugerunt ad imperatorem plurimi ex captiuis Edesseni scilicet et Alexandrini sed et ex aliis urbibus multitudines copiosae. fecit interea imperator XXXXII
festiuitatem luminum penes Damastagerd laetatus et recreans tam populum quam iumenta. quin et Chosrois palatia destruens, aedificia uidelicet quae erant comptissima et admiranda domosque stupendas, quae usque ad pauimentum deposuit, quatinus Chosroes edisceret quam durum habuerint Romani dolorem urbibus suis desolatis ab eo nihilo minus et incensis. tenti autem sunt et ex aulicis palatii multi qui interrogati quando dis-

---

3 *et* 4 ctıſyphontam *D* 9 *bis* alohę *D* 11 charbasinas *Bongarsianus:* chalbaſiaſ *DP* 12 ſachar *D* zazınber *D* 19 dorcadaſ *D'* 23 edeſını *D* 24 multudıneſ *D* 27 ammıranda *D* 30 deſolatıſ ſab *D* 31 quoſ *D* dıſceſſerıſ *D*

cesserit Chosroes ab Damastagerd, asseruerunt 'ante nouem dies priusquam uos ueniretis audito aduentu uestro latenter pertuso muro ciuitatis, qui est iuxta palatium, temere per hortos exiuit ipse et uxor et filii eius, ne fieret tumultus in ciuitate. et neque militiae ipsius cognouere neque principes eius usque quo miliariis quinque perrexit. si quidem tunc mandauit quo se sequerentur Ctesiphontem tendentes.' et is qui non poterat quinque miliaria facere per diem, fugiens fecit uiginti quinque mulieresque ac filii eius, qui se prius alterutros non uidebant, tunc mixtim fugiebant in uicem impellentes. cumque nox accessisset, introiuit Chosroes in domum agricolae nihili, in cuius hospitio uix manere praeualuit. quod uidens postmodum Heraclius admiratus est. per tres autem dies adiit Ctesiphontem.

XXXXIII Sane Chosroes responsum acceperat a maleficis et astrologis ante uiginti quattuor annos, quando Daras depopulatus est temporibus Phocae Romani principis quod tempore quo adiret Ctesiphontem, periret. et ideirco non est passus a Damastagerd ex tunc in partem illam uno saltem miliario pergere sed nunc fugiens ad hanc abiit. uerum nec in ipsam persistere ausus est sed transiens pontem Tigridis fluminis ciuitatem ultra positam adiit, quae quidem apud nos Seleucia apud ipsos uero Gueser uocitatur. in qua omnes pecunias reposuit seditque illic cum Syrem uxore sua et aliis tribus mulieribus, quae et filiae ipsius erant. reliquas uero mulieres suas multosque filios suos quadraginta milibus longe transmisit ad interiorem partem orientis in munitissimum locum.

XXXXIIII Quidam sane Persarum derogauerunt Sarbarazae penes Chosroen quod cum Romanis sentiret et illi detraheret. et misit spatharium suum cum iussione ad Kardarigan compraetorem Sarbarazae Chalcedonem, scribens ei ut Sarbarazam interfi-

1 affuerunt *D* 2 auditu *D* 3 ortoſ *D* 7 *et* 14 *et* 18 ctiſiphontà *D* hiſ *D* 8 poterat] porant *D* 13 ammiratuſ *D* 16 doraſ *D* 20 nunc] hunc *D* 21 tigridi *D* 22 quidà *D* 23 gueſer *DP:* gueser *Bongarsianus,* Guheser *Anastasius* 24 ſeditaq · illic cù ſirè *D* 28 ſarbaro *D* poeneſ *D* illic *D* 30 ſpatariù *D* cardarigan *D* 31 calcedonè *D* ſarbari *D* ſarbarum *D*

ceret et populo Persarum recepto acceleraret in Persidem in auxilium sui. is autem qui litteras deferebat, circa Galatiam comprehenditur a Romanis. qui comprehenso eo nescientibus Persis hunc Byzantium deduxerunt et imperatoris filio tradiderunt. ast imperator a misso cognita ueritate protinus Sarbarazum accersit, qui cum introisset, astitit imperatori. imperator autem huic epistula, quam Chosroes ad Kardarigan miserat, tradita missoque ostenso legit epistulam. at ille certus ueritate rei effectus continuo conuersus foedera cum filio principis et patriarcha facit. qui falsa Chosrois epistula facta addit in ea etiam alios quadringentos satrapas et principes et tribunos et centuriones interimendos et imposito ingenio adinuento signaculo congregatisque ducibus et ipso Kardariga et lecta epistula dixit ad Kardarigan 'perspicis ut hoc facias?' at uero principes furore referti abdicato Chosroe, imperatori pacifica pacta patrarunt et mutuo inito consilio placuit a Chalcedone discederent et ad propria repedarent, nihil exterminaturi.

Praeterea Heraclius scripsit Chosroi 'ego persequor et ad pacem curro. non enim uoluntarius igne consumo Persidem sed uim passus abs te. proiciamus ergo saltem nunc arma et pacem amplectamur: extinguamus igneum priusquam uniuersa inflammet.' cumque Chosroes hoc non admisisset, magnopere odium populo Persidis creuit aduersus eum. mouit ergo Chosroes homines principum suorum et omne obsequium suum atque mulierum suarum et hos armatos cunctos direxit exercitui uniendos Rhazati et staturos apud Narban fluuium duodecim milibus a Ctesiphonte distantem et iussit eos ut dum amnem transiret imperator, inciderent pontes. XXXXV

Ast imperator septimo idus Ianuarias motus a Damastagerd cum abiisset tribus diebus, castra metatus est duodecim XXXXVI

4 bızantiů *D* 6 ſarbarum *D* acceſſit quı *D* 7 cardı|rıgä *D* 12 ınteremendoſ *D* ingeniose inuento *Bongarsianus* 16 calcedone *D* 18 helacluſ *D* choſrohı *D* 22 amıſıſſ& *D* 26 ſtaturoſ *DP:* statuit eos *cod. Francisci Pithoei* 27 ctıſı-phonta *D*

milibus procul a Narba flumine ubi erat Persarum exercitus, inter quos habebant etiam elephantes ducentos. et misit imperator Georgium turmarchen Armeniacorum ut iret usque ad flumen et disceret utrum Narbas uadum haberet. et cum inuenisset quod pontes incidissent et uadum non haberet, ad imperatorem reuersi sunt, qui motus Sizuron adit. et circumibat incendens regiones et urbes per totum Februarium mensem. Martio uero mense cum uenisset in praedium quod dicebatur Barzan, fecere septem dies et misit Mesetium praetorem in cursum et adiunctus est ei Gundabusas chiliarchus militiae Sarbarazae cum aliis quinque, tribus comitibus, duobus uero axiomaticis et duxit eos ad imperatorem.

XXXXVII Qui uidelicet Gundabusas res necessarias imperatori annuntiauit dicens 'quando fugiebat Chosroes a Damastagerd et adiit Ctesiphontem atque Seleuciam, dysenteriae languorem incurrit et uoluit filium suum Merdasan, quem genuit ex Syrem, coronare atque regressus iterum amnem transiuit et secum duxit Merdasan atque Syrem et alium filium eius Aar. primogenitum autem filium suum Syrohin et fratres eius nec non et mulieres suas dimisit ultra flumen. compertoque Syrohis quod Merdasan coronare uellet, turbatus est et misit collactaneum suum ad Gundabusan mandans ei et dicens 'ueni cis flumen ut loquar tecum. at ille timuit Chosroen et non transiuit sed mandauit ei 'scribe' inquiens 'mihi per collactaneum

XXXXVIII meum quicquid uolueris.' et scripsit ei Syrohis 'quoniam nosti qualiter res publica Persarum per nequam hominem istum Chosroen pereat et uult coronare Merdasan et me primogenitum suum contempsit et si allocutus fueris exercitum ut recipiant me, et rogas eorum augebo et pacem cum Romanorum imperatore ac Turcis faciam et bene uiuemus et stude cum populo tuo ut ego regnem et omnes uos proueham et auxiliabor

2 et ıam & *D* 3 turmachen *D* 6 ſızuron *DP:* cizuron *Bongarsianus et Anastasius* 9 facere *D* 10 gundebundaſ *D* 11 ſarbarı *D* 14 fugıt *D* a] ad *D* 15 ctıſıphontà *D* dıſcınterię *D* 16 merdoſan *D* 18 Syrem] ſerè *D* atq · ſerè *D* 26 ıſtum *in fine uers. om.* *D* 30 ımp̀rem *D*

et praecipue te.' Gundabusas autem remisit ei per collactaneum suum dicens 'quicquid possum loquar cum praetore et sollicitus fui et locutus sum cum uiginti duobus comitibus et feci eos uoluntatis meae esse sed et alios principes et milites multos.' et haec quidem Gundabusas mandauit Syrohi. at ille remisit ei dicens ut decimo kalendarum Apriliarum sumeret iuniores et apud pontem ei Tigridis occurreret fluminis et susciperent eum in exercitum et mouerentur aduersus Chosroen. referebat autem quod cum Syrohi essent duo filii Sarbarazan et filius Hiesdem et alii multi principum filii atque filius Aram, omnes electi. et quod si quidem potuerint Chosroen perimere, bene et optime: sin autem, omnes cum Syrohi confluerent ad imperatorem.

Et uenit Gundabusas ad imperatorem dicens 'misit me XXXXVIIII
Syrohis ad te domine, ueretur enim imperium Romanorum quod Chosroen quondam saluauit et multa ex eo mala Romanorum terra perpessa est et quia propter illius ingratitudinem nec mihi credere habet imperator. uerum ille hunc ad Syrohin rursus absoluit, mandans ei ut carceres aperiret et retentos in eis Romanos educeret et arma eis tribueret, sicque contra Chosroen sese moueret. porro Syrohis oboediens imperatori retrusis eductis properauit contra parricidam patrem Chosroen scilicet. cumque ille fugere temptasset nec ualuisset, tentus et ualide uinctus est ferreis compedibus tam post tergum manibus quam pedibus colligatis, cui et circa collum pondera ferrea imponunt et mittunt eum in domum tenebrarum quam ipse muniuit, a nouitate construens ad recondendas pecunias. panisque parum ei et aquae tribuentes hunc fame necabant. ait enim 'Syrohis comedat aurum quod incassum collegit propter quod etiam multos fame necauit mundumque deleuit.'

---

1. 5. 14 gundabundaſ *D* 2 poſſum *DP:* poscis *cod. Francisci Pithoei* 3 ſum *om. D* 7 tygrıdıſ *D* 12 obtıme *D'* ſırohı *D* 15 ſırohıſ *D* 16 Quȯ (*'quoniam' alibi ita in hoc codice non significatur*) ınquıenſ choſrohen *D* malo *D'* 17 ıngratıtudıne *D* 18 ſyrohen *D* 21 choſrohefenſef euomeret *D* obędıenſ *D* 22 retruſ eductıſ *D* 24 *&om. D* poſt ergů *D* 28 aqua *D*

L Porro misit ad eum Syrohis Satrapas hunc iniuriis impetendum et conspuendum, et ductum Merdasan filium eius, quem coronare volebat, ante se occidit, reliquos filios eius cunctos in conspectu ipsius peremerunt et misit omnem inimicum eius iniuriis cumulare et percutere et conspuere illum. denique per quinque dies hoc facto iussit Syrohis hunc arcubus interficere sicque paulatim in malis nequissimam suam tradidit animam. tunc Syrohis scripsit ad Heraclium euangelizans ei scelerati Chosrois interitum pacemque iugem cum eo ac firmissimam pepigit, omnibus Christianis qui in carceribus et omni Perside capti tenebantur ei remissis una cum Zacharia Hierosolymitano praesule ac pretiosis et uiuificis lignis, quae fuerant ex Hierosolymis a Sarbarazan cum Hierusalem cepisset ablata.

LI Anno imperii Heraclii octauo decimo rex habetur Persarum Syrohis qui anno regnauit uno, quando et Muhamad Arabum seu Saracenorum princeps sub Persis degens sextum agebat annum peruenturus ad nonum. interea facta pace cum Persis atque Romanis direxit imperator Theodorum fratrem suum cum litteris et hominibus Syrohis regis Persarum quatinus Persae qui in Palaestina et Edessa et Hierosolymis ceterisque urbibus Romanorum essent cum pace reuerterentur in Persidem et innocue terram Romanorum transirent. postremo imperator cum sex annis Persidem expugnasset, septimo anno pace percepta cum ingenti gaudio Constantinopolim remeauit, mysticam in hoc quandam *θεωρίαν* adimplens. in sex quippe diebus deus uniuersa condita creatura septimam requiei diem uocauit, ita et ipse in sex annis multis impensis laboribus septimo anno reuersus ad urbem cum pace ac tripudio requieuit.

LII Porro populus ciuitatis aduentu ipsius audito intolerabili cuncti desiderio in Hieriam obuiam illi una cum patriarcha et Constantino imperatore filio eius egressi sunt portantes ramos

2 & ductum] ꝭductū *D* 11 hieroſolimitano *D* 12 ex hieroſolimiſ a zarbazan cū hirm *D* 16 principeſ *D'* 19 quatinuſ pſaſ *D* 20 hedeſſa (a *in ras.*) et hieroſolimiſ *D* 24 miſticā *D* 25 quondā theoriā *D* 30 Ieriam *cod. Pithoei*

olearum et lampades, laudantes eum cum gratulatione ac lacrimis. accedens autem filius eius cecidit ad pedes ipsius et cum amplexatus esset eum, infuderunt ambo lacrimis terram. hoc autem populus inspecto uniuersi deo hymnos gratificos retulerunt sicque demum suscepto imperatore urbem exsultantes ingressi sunt.

Anno imperii Heraclii nono decimo Persis rex Adhesir septem mensibus praefuit. imperator autem profectus a regia urbe mox ut uer accessisset, Hierosolymam tendit, pretiosa illuc et uiuifica ligna reportans ad gratiarum deo actiones reddendas. cumque Tiberiadem adiisset, recusauere Christiani Beniamin quendam nomine Hebraeum quasi mala sibi facientem, erat enim admodum opulentus. qui suscepit imperatorem et exercitum eius. ast imperator damnauit eum 'quam ob rem' inquiens 'molestus es Christianis?' qui ait 'ut inimicis fidei meae.' tunc imperator admonitum hunc et ad credendum suasum baptizauit in domo Eustathii Neapolitani qui et ipse cum Christianus esset, imperatorem excepit.

Ingressus itaque imperator Hierosolymam, restituto tam LIII
Zacharia pontifice quam almae crucis honorandis ac uiuificis lignis in proprium locum plurimas deo grates egit pulsisque ab urbe sancta Hebraeis iussit non habere illos potestatem propius almae ciuitati quam tribus milibus appropinquandi. cum autem peruenisset Edessam, orthodoxis ecclesiam tradidit quae a Nestorianis a Chosrois tempore tenebatur et ueniens Hierapolim audiuit quod Syrohis rex Persarum diem clausisset extremum et Adhesir huius filius ei in regni regimine successisset. qui cum septem tenuisset mensibus principatum, insurrexit aduersus eum Sarbarazas. qui eo percusso imperauit Persis duobus mensibus. hoc autem Persae interfecto Boranin praetulerunt in regem filium Chosrois, qui regnum Persarum septem tenuit mensibus. porro huic successit Hormisdas, quo a Saracenis ex-

4 ımnoſ *D* 9 hırmà *D* 12 hebreu *D* 13 ammodu *D* 14 dapnauıt *D* 19 hirmà *D* 22 hebreıſ *D* 24 hedeſſam *D* 27 adeſyr *D* 31 fılıà chofrohıſ quę *D*

pulso factum est regnum Persarum sub Arabibus usque in hodiernum diem.

LIIII Anno imperii Heraclii uicesimo Hormisdas regnat in Persis. cum autem Heraclius esset apud Hierapolim, uenit ad eum Athanasius patriarcha Iacobitarum, uir acris et nequam ingenii, Syrorum inditas uersutias possidens et moto de fide ad imperatorem sermone repromisit ei Heraclius si Chalcedonensem synodum suscepisset, patriarcham illum Antiochiae se fore facturum. at ille simulate suscepit synodum confitens duas unitas in Christo naturas. interrogauit autem imperatorem de operatione ac uoluntatibus qualiter has oporteret in Christo dici, duplas an simplas. tunc imperator uocis nouitate consternatus scribit Sergio Constantinopoleos episcopo, aduocat etiam et Cyrum Phasidis episcopum et hoc interrogato repperit eum consentientem Sergio in unam uoluntatem et unam operationem. Sergius enim utpote Syrus genere ac parentibus Iacobitis existens unam naturalem uoluntatem et unam operationem in Christo rescripsit atque confessus est. ast imperator utriusque acquiescens consilio repperit et Athanasium eis consentientem. nouerat enim quia ibi una operatio repperitur ubi et una natura cognoscitur. certus autem imperator super hoc factus scribit ad Iohannem papam Romanum praedictorum sententiam qui eorum nequaquam sectam admisit. porro Georgio Alexandrino defuncto mittitur Cyrus episcopus Alexandriae praeferendus, qui unitus Theodoro episcopo Pharan fecit decoloratam hydram illam unitatem immo uanitatem unam et ipsi scribentes in Christo operationem.

LV His ita prosequentibus in ingens obprobrium Chalcedonense concilium et catholica corruit ecclesia. gloriabantur enim Iacobitae ac Theodosiani perhibentes quia non nos Chalcedonensi synodo sed potius Chalcedonensis synodus nobis communicauit per unam operationem unam confitendo naturam Christi. inter haec Sophronius consecratur episcopus Hierosolymitanus. qui

---

5 ıacobıturù *D* 12 au] ac *D* 14 cırù *D* 23 quıa *D'* amınıſit *D* 24 cıruſ *D* 25 faran *D* 26 decoloratù ydrà *D* 27 ın *om.* *D* 28 chalcedonenſiſ ſynodıſ *D'*

congregatis sub se degentibus episcopis impium Monothelitarum dogma mucrone anathematis perculit et synodica Sergio Constantinopolitano et Iohanni Romano papae transmisit. his uero auditis Heraclius confusus est et destruere quidem propria nolebat et rursus obprobrium non ferebat. tunc ergo Heraclius ut magnum quiddam facere arbitrans exponit scriptum illud quod nuncupatur e d i c t u m continens neque unam neque duas operationes in Christo dicendas. quo lecto hi qui quae Seueri sunt sapiunt in popinis et balneis detrahebant catholicae ecclesiae perhibentes 'primum quidem quae sunt Nestorii Chalcedonitae sentientes resipuerunt ad ueritatem conuersi et uniti nobis sunt per unam operationem in unam Christi naturam. nunc autem paenitentes super bene se habente sensu amiserunt utrumque neque unam neque duas in Christo confitentes.'

LVI

Post mortem uero Sergii Pyrrhus Constantinopolitanum suscepit thronum qui quae praedicta sunt a Sergio ac Cyro impie roborauit. Heraclio uero mortuo cum Constantinus filius eius imperaret, Pyrrhus una cum Martina ueneno hunc interfecit. et imperat Heraclonas Martinae filius. porro senatus et tota ciuitas Pyrrhum ut impium cum Martina et filio eius reppulerunt. et imperat Constans filius Constantini et consecratur Paullus episcopus Constantinopoleos et ipse haereticus. Iohannes autem Romanus praesul collecto episcoporum concilio Monothelitarum haeresin anathematizauit. similiter et in Africa penes Byzacium uidelicet Numidiam et Mauritaniam diuersi episcopi conuenientes Monothelitas anathemate perculerunt. Iohanne sane dormiente Theodorus pro eo consecratur papa. Pyrrhus uero cum peruenisset ad Africam mutuis eum sanctissimo Maximo uidetur aspectibus abbate uidelicet religiosissimo in monachicis correctionibus nec non et diuinorum illic consistentium pontificum praesentatur obtutibus. qui hunc redar-

---

1 monothelitorũ *D* 8 quiq · se|ueri *DP*, *Theophanes*, *Anastatius*, qui non quae uera *Bongarsianus* 15 *et* 18 *et* 28 pyrruſ *D* 20 pyrrũ *D* 21 imperanſ *D* 22 pauluſ *D* 23 collecta *D* 24 hereſim *D* 25 poeneſ biza|ciũ *D* 27 iohanneſ *D* dormienteſ *D'* 30 monachiſ *D*

gutum ac persuasum Romam ad papam Theodorum direxerunt. qui orthodoxiae libello tradito papae ab eo receptus est. interea cum Roma discessisset Rauennamque peruenisset, ut canis ad uomitum suum reuersus est. quo papa comperto Theodorus plenitudine conuocata ecclesiae ad sepulcrum uerticis apostolorum accessit et diuino calice postulato ex uiuifico sanguine atramentum stillauit et ita propria manu depositionem Pyrrhi et ei communicantium facit. praeterea Pyrrhus cum Constantinopolim peruenisset, obeunte Paullo audaces haeretici Pyrrhum denuo throno Constantinopolitano praeficiunt. Theodoro autem papa defuncto Martinus sanctissimus Romae consecratur antistes.

LVII Cum autem Maximus ab Africa Romam peruenisset papamque Martinum ad aemulationem accendisset, synodo centum decem episcoporum collecta Sergium et Pyrrhum et Cyrum et Paullum anathematizarunt duasque uoluntates et operationes Christi dei nostri expressius praedicarunt atque firmarunt. ceterum nono anno imperii sui Constans nepos Heraclii indictione octaua his agnitis furore repletus sanctum Martinum et Maximum Constantinopolim ductos et cruciatos apud Chersonam et alia climata exilio relegauit, multos etiam Hesperiarum episcoporum puniuit. **** qui motus zelo dei synodo sacra et ipse conuocata Monothelitarum haeresim abdicauit duas uoluntates et operationes explanans. taliter ergo ecclesia tunc per imperatores et impios sacerdotes turbata surrexit desolatorius Amalech feriens nos populum Christi et fit prima ruina terribilis Romani exercitus, illa scilicet quae secundum Gabathan et Hermuchan ac Dathemitharum ad effusionem sanguinis est effecta, post Palaestinorum et Caesariensium et Hierosolymorum excidia, dein Aegyptius interitus, ac deinceps Mediterreanorum et insularum totiusque Romaniae captiuatio sed pa-

---

1 ac] a *D* 2 quia *D'* 5 ęcct *D* ſepulchrum *D* 7 pyrri *D* 8 pyrruſ *D* 9 paulo *D* pyrrù *D* 13 decem centum *D'* 14 pyrrù et kirù & paulù *D* 16 epreſſiuſ *D'* 18 octauo *D* martynù *D* 19 cerſona *corr. ut uid. ex* cerſonè *in D* 21 *deesse quaedam indicante Theophane uidit Gruterus* 25 amalec *D* 27 hermuthan *D* ad *om. D* 28 paleſtinar *D* hirmarum *D* 29 eyptiuſ *D*

trata in Phoenice omnimoda Romani exercitus et classis perditio omniumque Christianarum plebium atque locorum destructio, quae non cessauit donec ecclesiae persecutor in Sicilia male peremptus est.

Anno imperii Heraclii uicesimo primo moritur Muhammad LVIII Saracenorum, qui et Arabum princeps et pseudopropheta promoto Ebubeher cognato suo ad principatum suum. ipsoque tempore uenit auditio eius et omnes extimuerunt. at uero decepti Hebraei in principio aduentus eius aestimauerunt illum esse qui ab eis expectatur Christus ita ut quidam eorum qui intendebant ei, accederent ad ipsum et eius religionem susciperent, Moysi inspectoris dei dimissa. erant autem numero decem qui hoc faciebant: cum ipso quoque degebant usque ad caedem eius. porro cum aspicerent eum comedentem de camelo, cognouerunt quod non esset quem aestimabant et haesitabant quid agerent et utrum religionem eius dimitterent: formidantes miseri docent eum contra nos Christianos illicita et conuersabantur cum ipso. necessarium autem reor enarrandum de generatione huius ita.

Ex una generalissima tribu oriundus erat Ismahelis uide- LVIIII licet filii Abrahae. Nizarus enim Ismahelis pronepos, pater eorum omnium dicitur. hic gignit filios duos Muhdar scilicet et Rabian, Muhdar gignit Curason et Kaison et Theominen et Asadum et alios ignotos. hi omnes Madianiten habitabant eremum et in ea nutriebant pecora in tabernaculis conuersantes. sunt autem et his interiores, qui non sunt de tribu ipsorum sed ex Iettan uidelicet hi qui uocitantur Ammanitae id est Homeritae. quidam sane ipsorum negotiantur in camelis suis.

---

3 ceſſit *D* 5 heraclu ımperu *D'* 7 hebuher *D*, *deinde* cognıto *D'* 9 illum] ſe ıllum *D*, *deinde* eſſe *om.* *D* 11 accederent *P*, *Anastasius:* adcederunt *corr. in* accederunt *in* *D*, accelerarent *Bongarsianus* regıonem *D* 12 moyſıſ *D* 16 utrum *om.* *D* et *ante* formıdanteſ *om.* *D* 17 noſ *om.* *D'* ıllı ıta *D* 22 duos] ſuoſ *D* 23 Muhdar] mathar *D* Curaſon *P:* hıhet (e *corr. ex* ı) *D*, ıhez *p* theomımen *D* 25 heremù et ın eo *D* 27 ıet tà *D*, ıettan *P*, Iectan *Bongarsianus* 28 homırıte *D* ad quedà *D*

cum autem inops et orphanus praedictus esset Muhammad, uisum est sibi ad quandam introire mulierem locupletem, et cognatam suam nomine Chadigam mercennarius ad negotiandum cum camelis apud Aegyptum et Palaestinam. paullatim autem fiducia penes ipsam percepta mulierum, quae uidua erat, et accepit eam uxorem et habuit camelos illius atque substantiam. cumque ueniret in Palaestinam, conuersabatur cum Iudaeis et Christianis. capiebat autem ab eis quasdam scripturas.

LX Porro habebat passionem epilepsiae. quo comperto huius coniux oppido contristabatur utpote nobilis et quae se huius modi copularit egeno scilicet et epileptico. procurat uero ipse placare illam taliter dicens 'quia uisionem quandam angeli Gabrielis dicti contemplor et haud ferens huius aspectum mente deficio et cado.' ipsa uero cum haberet adalterum quendam propter infidelitatem ibidem exulem habitantem amicum suum indicauit ei omnia et nomen angeli. at ille uolens eam reddere certam dixit ei 'ueritatem locutus est. et enim iste angelus mittitur ad cunctos prophetas.' ipsa ergo prima suscepto pseudomonachi uerbo credidit ei et praedicabat id aliis mulieribus contribulibus suis prophetam eum esse et taliter ex feminis fama uenit ad uiros, primo dumtaxat ad Ebubeher quem et successorem dimisit.

LXI Et tenuit haeresis eius partes Aethribi, postremo per bellum. nam primum quidem occulte annis decem et bello similiter decem et manifeste nouem. docuit autem auditores suos quod qui occidit inimicum uel ab inimico occiditur in paradisum ingrediatur. paradisum uero carnalis cibi et potus et commixtionis mulierum perhibebat fluuiumque uini ac mellis et lactis et feminarum non praesentium sed aliarum et mixturam multorum annorum futuram et affluentem uoluptatem nec non

---

3 cadigà *D* 4 paulatì *D* 5 poenes *D* pceptà *D* 10 epilèpsÿe quod *D* 12 epylèptico *D* 13 gabrihelis *D* 15 adalterum *ita DP et Anastasius: significari* adulterum *putat Gruterus* 20 uerba *D'* creddidit *D* ad alus *D'* 21 & | aliter *D* 22 hebubeher *D* 24 ethribi posthremo *D* 27 *et* 28 paradysù *D* 30 pręsentiù | daliarù *D*

et quaedam luxuria et stultitia plena, compati tamen in uicem et auxiliari patienti.

Porro eodem anno natus est in oriente Dauid filius eius eademque die natus est Heraclius filius Heraclii iunioris qui et Constantinus appellatus est et baptizatus est a Sergio patriarcha.

LXII

Anno imperii Heraclii uicesimo secundo Ebubeher dux Arabum habetur qui tribus principatus est annis. Persae uero insurrexerant in uicem et sese mutuo debellarunt. per idem quoque tempus rex Indorum mittit congratulatoria Heraclio in Persarum uictoria margaritas scilicet et lapides pretiosos multos. mortuus autem Muhammad erat qui statuerat quattuor Amireos expugnandi Christianos qui ex Arabum genere fuerant. qui uenerunt contra Mucheas castellum, in quo erat Theodorus Begarius uolens irruere in Arabes die qua idolis immolaturi erant. comperto autem hoc Begarius collegit omnes milites eorum qui eremum obseruabant et diligenter sciscitatus a Saraceno diem et horam qua erant in illos aggressuri ipse irruens in eos in praedio quod dicebatur Mothus, occidit tres Amireos plurimamque populi partem. exiliuit autem unus Amiras, Chaledus nomine scilicet, quem gladium dei dicunt. erant autem quidam Arabum iuxta positorum qui accipiebant ab imperatoribus rogas pauxillas ad custodiendum stoma eremi. eodem uero tempore uenit quidam spado daturus militum rogas et cum uenissent Arabes secundum consuetudinem accepturi rogam suam eunuchus impulit dicens ‘quia dominus uix dat militibus rogas, quanto minus canibus istis?’ uidentes ergo Arabes hoc abierunt ad sui generis uiros et ipsi duxerunt eos in regionem Gazae, quae aditus erat eremi contra Sineon montem locuples ualde.

LXIII

Anno imperii Heraclii uicesimo tertio cum misisset Ebu-

---

3 *ante* nato *add.* Heraclio *Bongarsianus* 5 apellatuſ *D* 13 amireoſ *D* 15 uolenſ *P:* uolente *Dp* quo *D* 17 heremū *D* 18 ſtraceno *D* qua] quę *D* 23 *et* 29 heremı *D* 24 duturū *D* 29 addıtuſ *D* 30 locupletem *cod. Francisci Pithoei* 31 hebubeher *D*

beher praetores quattuor qui ducti fuerant ab Arabibus, uenerunt atque ceperunt Ran et totam regionem Gazae. tandemque aliquando cum uenisset a Caesarea Palaestinae cum militibus paucis, inito bello perimitur primus cum exercitu qui trecentorum erat uirorum, et multis captiuis acceptis et exuuiis plurimis reuersi sunt cum uictoria splendida.

Porro eodem anno terrae motus factus est in Palaestina et apparuit signum, quod dicitur δοκήτης, in caelo contra meridiem praenuntians Arabum potentatum. perdurauit autem diebus triginta extentum a mesembria usque ad arctum, erat autem in modum gladii.

LXIIII Anno imperii Heraclii uicesimo quarto Ebubeher moritur qui principatus est annis duobus atque dimidio et sumit principatum Hamar. qui destinat exercitum aduersus Arabiam capitque Bostra ciuitatem una cum aliis ciuitatibus. profecti sunt autem usque Gabata. cum his bellum aggressus Theodorus imperatoris Heraclii frater, uictus est et ad imperatorem Edessam uenit. ast imperator ordinat alium praetorem nomine Bahanem et Theodorum Sacellarium cum uirtute Romaica et aduersus Arabes mittit. cumque uenisset Hemesam, occurrit multitudo Saracenorum. quibus occisis una cum eo qui principabatur in eis reliquos abigit usque Damascum et illic iuxta Bardanensium fluuium latebras fouet. Heraclius autem Syria derelicta in desperationem ruens sublatis quoque pretiosis lignis ab Hierosolyma Constantinopolim adiit. Bahanes autem a Damasco Hemesam redit una cum Theodoro Sacellario cum haberent exercitus quadraginta milia et insecuntur Arabes ab Hemesa usque Damascum.

LXV Anno imperii Heraclii uicesimo quinto Saraceni aciem direxerunt in Arabiam contra partes Damasci cum essent multitudinis infinitae. quo Bahanes comperto ad imperialem Sacellarium mittit ut ueniret cum exercitu suo in auxilium sibi

7 phaleſtına *D* 8 doceteſ *D* 10 artù *D* 11 ımmodù *D* 12 ebubehel *ut uid. corr. in* ebubeher *in D* 14 haumar *D* 16 gabetha *D* 18 hedeſſam *D* 22 abııt *D* 25 ab hı̀rm *D* Bahanıſ *D* 26 ſaccellarıo *D* 27 ınſequuntur *D* 31 ſaccellarıù *D*

cum plurima esset Arabum copia. uenit ergo Sacellarius ad Bahanen qui profecti ab Hemesa occurrerunt Arabibus et consilio facto prima die quae tertia feria hebdomadis erat mensis Augusti, die uicesima tertia superantur hi qui circa Sacellarium sunt inuenti. simultate autem facta hi qui cum Bahane erant, Bahanen prouehunt imperatorem et Heraclium respuunt. tunc hi qui cum Sacellario erant, discesserunt et Saraceni aditu reperto bellum ineunt. inter haec uento noto contra Romanos spirante non ualentes inimicis in faciem occurrere propter puluerem superantur et semet ipsos immittentes in artas uias Hiermuchthan fluminis illic penitus perierunt. erant autem utriusque practoris milia quadraginta. tunc Saraceni splendide triumphantes contra Damascum ueniunt et hanc capiunt et regiones Phoenices et habitant illic et in Aegyptum aciem dirigunt.

Cyrus autem Alexandrinus episcopus cum horum impetum LXVI cognouisset, operam dedit et pactis firmatis pollicetur timens auaritiam eorum ducenta milia denariorum per singulos annos collaturam illis Aegyptum sed et diffinitarum eis induciarum fore aurum missurum. quibus praestitis per tres annos Aegyptum liberam ab exterminio statuit. accusatur interea Cyrus apud imperatorem quod aurum Aegypti Saracenis tribuerit, qui cum iratus misisset, hunc accersiuit. Manuelem uero quendam Armenium genere destinauit Augustalem. cum autem annus adimpletus esset, Saracenorum actores uenerunt aurum accipere. ast Manuel inefficaces eos expellit 'non sum' inquiens 'Cyrus inermis ut tributa uobis praebeam sed ego armatus sum.' cumque isti abissent, confestim armantur Saraceni aduersum Aegyptum et Manueli bello illato hunc abigunt. ipse uero cum paucis quibusdam Alexandriae saluus recipitur. tunc Saraceni Aegyptum sub tributo reddidere. ast imperator auditis quae gesta sunt, mittit Cyrum ad persuadendum eis ab

1 faccellariuf *D* 3 ebdomadif erant menf aug *D* 4 faccellarni *D* 5 bahani *D* 7 faccellario *D* 14 phemcif *D* 16 ciruf *D* 19 in|dutiarù *D* 23 manuhelù *D* 25 actoref *P*: auctoref *Dp* 26 manuhel *D* 29 manuhelo *D* illata *D'* 31 reddere *D*

Aegypto sub priori placito recedendi. et abiens Cyrus ad castra Saracenorum rationem reddit, esse se perhibens praeuaricationis innoxium et si uellent priorem concordiam iuramentis affirmaturum. porro Saraceni nullatenus his acquieuerunt dicentes episcopo 'potes hanc maximam columnam deuorare?' qui ait 'non potest fieri.' at illi 'nec nobis' inquiunt 'possibile est ulterius ab Aegypto recedere.'

LXVII Anno imperii Heraclii uicesimo sexto aciem direxit Hamar contra Palaestinam et obsidens sanctam ciuitatem biennii tempore cepit eam uerbo. Sophronius namque Hierosolymitanus summus sacerdos uerbum accepit ad totius Palaestinae securitatem. cumque Hamar in sanctam fuisset ciuitatem ingressus, cilicinis ex camelis et sordidis indumentis amictus simulationemque satanicam ostentans templum exquisiuit Iudaeorum, quod construxerat Salomon, ad faciendum scilicet id blasphemiae sua ad oratorium. hoc aduertens Sophronius ait 'in ueritate istud est abominatio desolationis quae dicta est per Danielem prophetam stans in loco sancto.' multisque lacrimis hic pietatis propugnator Christianam defleuit plebem. dum uero illic Hamar esset, rogauit eum episcopus accipere a se sindonem cum indumento et indui, at ille non patiebatur ea portare. uix ergo persuasit his uestiri donec sua lauarentur et iterum reddidit ea Sophronio et uestitus est propriis. uerum inter haec Sophronius obiit qui uerbo et actu Hierosolymitanam adornauit ecclesiam et contra Heraclii et fautorum eius Monothelitarum Sergii scilicet et Pyrrhi decertauit errorem. eodemque anno misit Hamar in Syriam et subegit totam Syriam Saracenis.

LXVIII Anno imperii Heraclii uicesimo septimo uenit Iohannes cognomento Cateas procurator Hosrohenae ad Iahidum apud Chalcidem et spopondit ei dare per singulos annos centum milia numismatum ne transiret Euphraten neque ad pacem neque ad bellum armatus quo usque quantitatem auri persol-

---

1 habienſ *D* 8 *et* 12 *et* 20 *et* 27 haumar *D* 10 hirmitannſ *D* 11 phaleſtine *D* 17 abhomiuatio *D* 18 danibelè *D* 24 hirmitanà *D* 26 pyrri *D* 27 *bis* ſirià *D* 32 eufraten *D*

uant. praeterea Iohannes Edessam rediit et annuum censum delatum ad Iahidum transmisit. Heraclius autem hoc audito obnoxium indicabat Iohannem quod absque imperiali hoc fecerit notione. quem accersitum exilio condemnauit. porro pro eo destinat Ptolomaeum quendam magistrum militum.

Anno imperii Heraclii uicesimo octauo ceperunt Arabes Antiochiam et missus est Mauhias ab Hamaro praetor et Amiras totius regionis quae sub Saracenis erat ab Aegypto uidelicet usque ad Euphraten.

LXVIIII Anno uero imperii Heraclii uicesimo nono transmeauit Iahidus cum omni militia sua Euphraten et uenit Edessam. Edesseni autem aperientes acceperunt uerbum una cum regione magistroque militum ac Romanis qui cum ipso erant. at illi Constantiam abeunt depopulantesque illam accipiunt bello et trecentos Romanos interimunt et illinc abierunt Daras et bello hanc comprehendunt et in illa plurimos perdunt. taliterque Mesopotamiam Iahidus cepit.

Anno imperii Heraclii tricesimo Saraceni aciem direxerunt in Persidem et ineunt cum eis bellum potenterque uincentes omnes sibi Persas subditos reddunt. Hormisdas autem qui Persis imperabat ad interiores Persas fuga lapsus dimisit regalia. at uero Saraceni captiuas duxerunt Chosrois filias cum omni regio apparatu et detulerunt ad Hamar. eodem quoque anno iussit Hamar uniuersum describi orbem qui sub ipso erat, facta est autem descriptio tam hominum quam iumentorum et frugum.

LXX Anno imperii sui tricesimo primo Heraclius moritur imperator hydropicus factus cum imperasset annis triginta. imperat autem post eum Constantinus filius eius mensibus quattuor uenenoque propinatus a Martina nouerca sua et Pyrrho patriarcha moritur et imperat Heraclonas Martinae filius cum matre Martina.

---

4 natione *D*   codēpnauit *D*   7 Mauhias] muhauie *D*   et amaraſ *D*   9 *et* 11 eufraten *D*   11 hedeſſam hedeſſem *D*   18 treceſimo *D*   20 ſibi *ante* reddunt *add.* *D*¹   23 *et* 24 haumar *D*   27 treceſimo *D*   28 ydropicuſ *D*   30 pyrro *D*

LXXI Anno imperii Heraclonae primo capit Mauhias Caesaream Palaestinae post septennium obsidionis eius et occidit in ea septem milia Romanorum. eodem anno senatus reppulit Heraclonam una cum Martina matre illius ac Valentino lingua Martinae et naso Heraclonae abscisso eisque in exilium destinatis ad principatum Constantem filium Constantini, nepotem Heraclii prouehunt qui imperauit annis uiginti et septem.

LIBER VICESIMVS PRIMVS

I Anno ab incarnatione domini sexcentesimo tricesimo quarto Constans imperare coepit. cum primo uidelicet imperii sui anno regnare coepisset, dicebat ad Synclitum 'patris mei Constantini qui me genuit quique in uita proprii genitoris aui scilicet mei Heraclii sufficienti cum eo tempore imperauit, post hunc uero etiam nimis breui suauissimam spem Martinae nouercae ipsius inuidia concidens uita priuauit et hoc propter Heraclonam qui ex ea et Heraclio nefarie factus est, quam maxime et cum nato uestrum cum deo decretum iure ab imperio reppulit ne uideret tam nequam Romanorum imperium ualde prouida cum esset amplissima uestra et honesta magnificentia. propter quod rogo uos habere consiliarios et peritos ex communi subiectorum obsequio.' et his dictis dimisit senatum donis dapsilibus hunc honorans.

Anno imperii Constantis secundo coepit Hamar aedificare templum in Hierusalem et non stabat sed ruebat structura. sciscitanti autem ei causam dixere Iudaei 'quia nisi crux quae est supra templum montis oliuarum tollatur, haud stabit structura.' et propter hanc causam sublata est crux illinc et ita constitit illic aedificium. propter hanc etiam causam multas cruces deposuerunt hi qui oderant Christum.

---

1 muhaue *D* 4 linguaq · *D* 5 abſciſo *D* 6 con|ſtanſ *D* 7 *subscriptum* EXPLIC' LIB̄ · XX; INCIPIT LIBER XXI; *in D*, (*similia in P*) 10 cepit *D* 11 cepiſſet *D* 13 ſufficı* entı *D* 14 ſuauiſſimū *D*' 19 manificentia *D* 20 conſiliarioriores *D* 23 cepit haumar *D* 24 hirm *D* 27 ſublatuſ *D* illic *D* 29 depoſuent *D*

Anno imperii Constantis tertio seditionem excitauit Va- II
lentinianus patricius. mittensque imperator hunc occidit et populum reduxit ad sui beniuolentiam.

Anno imperii Constantis quarto fraude occisus est Haumar Saracenorum dux a quodam Persa magarita. denique inuentum cum adoraret, pupugit eum in uentrem gladio infixo. et sic uiuere desit cum Amiras fuisset annis duodecim. et post eum statuitur Hotmen huius cognatus filius Tuphan.

Anno imperii Constantis quinto Hotmen Arabum princeps habetur et simultatem concinnat Gregorius patricius Africae una cum Afris.

Anno imperii Constantis sexto factus est in terra uentus uehemens qui multa germina euulsit arboresque ingentes radicitus extirpauit atque multas columnas et chorum deposuit monachorum.

Eodem uero anno Saraceni hostiliter Africam adierunt et conflictu agitato aduersus tyrannuum Gregorium hunc in fugam uertunt. et eos qui cum ipso erant, interimunt et hunc ab Africa pellunt atque tributis cum Afris ordinatis et pactis reuersi sunt.

Anno imperii Constantis septimo exercitum mouit Mauhias III
per mare aduersus Cyprum. habebat autem scaphas mille septingentas et cepit Constantiam cum insula tota. cum uero hanc cepisset, exterminauit. porro audiens Cacorizum cubicularium contra se cum plurima uirtute Romaica uenientem nauigauit aduersus Aradum et applicans cum nauigio suo apud municipium insulae, castrum conabatur capere uariis machinamentis abusus. cum autem nil agere ualuisset mittit ad eos episcopum quendam Thomarichum nomine deterrens eos quo dimitterent ciuitatem et sub foedere suo essent exirentque ab insula. cum itaque ad eos episcopus ingressus fuisset, tenuerunt eum. porro Mauhiae cedere noluerunt. igitur obsidione quam aduersus Aradum construxerat, nullius momenti effecta Damascum reuersus est, nam hiems accesserat.

14 & chorum] horū *DP*, torum *Anastasius* 19 pactı *D* 21 *et* 32 muhauie *D* 23 ſeptıngentoſ *D* ınſola *D'* 26 amplıficanſ *D* 33 nulluſ *D*

Anno octauo imperii Constantis mouit Mauhias exercitum ualenter aduersus Aradum proeliaturus et hanc optinuit uerbo ad habitandum dimittens ciues ubicumque uoluissent. ciuitatem uero muris dissolutis incendit et insulam usque in praesens inhabitabilem statuit.

IIII Anno imperii Constantis nono Busur princeps exercitus una cum Arabibus acies direxit aduersus Isauriam et occisis multis cum quinque milibus captiuorum reuersus est. mittit autem imperator Constans Procopium quendam ad Mauhian quaerens pacem. quod et factum est annis duobus Gregorium filium Theodori sumente Mauhia loco pignoris in Damascum.

Anno imperii Constantis decimo simultatem excitauit imperatori Pasagnathes Armeniorum patricius et foedera pepigit cum Mauhia dans ei filium suum. quo audito imperator uenit usque Caesaream Cappadociae et desperatus ab Armenia rediit.

Anno imperii Constantis undecimo cinis e caelo descendit et timor magnus super homines cecidit.

Anno imperii Constantis duodecimo Mauhias Rhodum rediens destruxit Colossum eius post mille trecentos et sexaginta stabilitatis ipsius annos. quem cum Iudaeus quidam Emesenus negotiator emisset, nongentos camelos ex eius aere onerauit. eodem anno Abibus Arabum praetor aduersus Armeniam exercitum mouit. qui consecutus Maurianum praetorem insecutus est eum usque ad Caucasios montes et regionem depraedatus est.

V Anno imperii Constantis tertio decimo praecepit Mauhias armaturam fieri nauium magnam quo ascenderet ad urbem regiam classis eorum. omnis autem apparatus apud Tripolim Phoenices consistebant. uerum hoc uiso duo fratres quidam Christi amici Tripoli manentes filii bucinatoris cuiusdam zelo dei sauciati ad carcerem ciuitatis impetu abierunt, habebat autem multitudinem Romanorum uinculatorum et disruptis por-

1 *et* 9 *et* 11 *et* 15 *et* 19 muhauie *D* 3 dimittenſ *om.* *D* 4 prę-ſentiſ *D* 19 rodum *D* 21 emeſinuſ *D* 23 auib; *D* 27 muhau¦uiaſ *D* 30 fenice *D* duoſ *D*

tis uinctisque solutis in Amiram irruerunt. quo perempto una cum his qui cum eo erant praeparaturaque omni igni mandata in Romaniam nauigio transierunt. uerum tamen nec sic illi ab eadem praeparatura construenda cessauerunt sed Mauhias quidem militat contra Caesaream Cappadociae. Abulathar uero fabrum naualis structurae constituit, qui ueniens in locum uocabulo Phoenicem Lyciae ubi erat Constans imperator atque Romaicus stolus cum eo naualiter pugnaturi. cumque futurum VI
esset ut imperator cum ipso nauigio proeliaretur, contemplatur nocte illa uisum ipse uidelicet apud Thessalonicenses. porro narrauit cuidam coniectori somniorum expergefactus uisionem. qui ait 'o imperator utinam nec dormisses nec somnium aspexisses. nam esse Thessalonicae θὲς ἄλλῳ τὴν νίκην innuit quod interpretatur p o n e a l i i u i c t o r i a m id est ad inimicum tuum uictoria reuertitur.' sane imperator nihil inueniens ad proelium naualis pugnae Romanorum classes praestruxit ad bellum. quibus in alterutrum irruentibus superantur Romani et commixtum efficitur mare sanguine Romanorum. induit autem imperator alium ueste sua et insiliens praedictus filius bucinatoris in regiam scapham imperatorem arreptum et in aliam nauim transductum inopinate saluauit. porro ipse fortissimus uiriliter insistens imperatoriae naui multos occidit morti se ipsum pro imperatore contradens. hunc praeterea hostes circumdantes et in medio retinentes putabant ipsum esse imperatorem. postquam autem multos interfecerunt hostes, occiderunt et ipsum una cum eis qui portabat imperatoriam uestem. ast imperator taliter in fugam uersus saluatur et derelictis omnibus nauigauit Constantinopolim.

Anno imperii Constantis quarto decimo dolo necatus est VII
Hotmen Arabum dux cum Amiras decem fuisset annis. fit interea perduellio in medio ipsorum. quotquot enim penes eremum erant, alii uolebant consobrinum, alii generum existentem quondam Muhammad, hi uero qui in Syria et Aegypto

2 cum] cu *D* erat *D'* 4 mubauiaſ *D* 7 fenice *D* erant *D* 8 romaicu *D* pugnati *DP* 10 theſalonicem *D* 13 eſſet theſalonice *D* ΑΛΛω *D* 16 prestuxit *D* 21 naui *D* 26 eoſ *D* 32 heremu *D* 33 egipto· muhauia *D*

Mauhian cupiebant, qui et uicit et optinuit annis uiginti quattuor.

Anno imperii Constantis quinto decimo Arabum princeps Mauhias habetur. qui exercitum mouit aduersus Halim et congregantur ambo inter Barbalissum iuxta Euphraten. hi uero qui erant Mauhiae cum essent ualidiores, aquam optinuerunt. unde in sitim uenientes hi qui erant Halim, defecerunt. porro Mauhias bellare noluit sed sine labore uictoriam tulit.

Anno imperii Constantis sexto decimo exercitum mouit imperator contra Sclauiniam et captiuos duxit plurimos et subegit.

Anno imperii Constantis septimo decimo conuentio facta est inter Romanos et Arabes Mauhia legationem mittente ob rebellionem ut tribuant Romanis Arabes per singulos dies numismata mille et equum et seruum. eodem uero anno exilio ductus est Martinus sanctissimus papa Romanus pro ueritate fortiter agonizans et confessor factus in climatibus orientis defunctus est.

VIII Anno imperii Constantis octauo decimo Constans occidit Theodosium proprium fratrem suum. cum autem essent Arabes Saphin, dolo necatus est praedictus Hali et singulariter imperat Mauhias regio more Damascum inhabitans pecuniarum illic thesauros recondens.

Anno imperii Constantis nono decimo apparuit haeresis Arabum, eorum uidelicet qui dicuntur Charurgitae. Mauhias autem hos aggressus eos qui erant in Perside humiliauit, eos uero qui in Syria erant exaltauit et alios quidem uocauit Hisamitas, alios autem Heraclitas, et Hisamitarum quidem donatiua sublimauit usque ad ducenta numismata, porro Heraclitarum deposuit usque ad triginta.

Anno imperii sui Constans uicesimo derelicta Constantinopoli abiit Syracusam ciuitatem Siciliae uolens imperium in urbe Roma transferre et mittit ad adducendam uxorem suam

---

1 obtınuıt *D'* 3 *et* 6 muhauıe *D* 5 eufraten *D* 7 halın *D* 7 *et* 22 muhauıaſ *D* 9 ſexta *D'* 13 mahauıa *D* 21 alı *D* 25 garurgıte; Muhauıaſ *D* 30 conſtantınopolım *D*

et tres filios suos Constantinum Heraclium et Tiberium. porro Byzantii non dimiserunt eos.

Anno imperii Constantis uicesimo primo exercitum mouerunt Arabes contra Romaniam et multos depraedati sunt et loca non nulla depopulati.

Anno imperii Constantis uicesimo secundo praedae patuit Siciliae pars et habitauerunt Damasci uoluntate sua.

Anno imperii Constantis uicesimo tertio factus est error Ieiuniorum et exercitum mouit Habdirrahmen Chaledi aduersus Romaniam et in ea biemauit et multas demolitus est regiones. porro Sclauini ad hunc confluentes cum ipso descenderunt in Syriam numero quinque milia et habitauerunt in Apamiensium regionem in castello Seleucobori.

VIIII Anno imperii Constantis uicesimo quarto Busur autem exercitum in Romaniam mouit et mortuus est Thomarichus episcopus Apamiae et incensus est episcopus Emesenus.

Anno uero Constantis imperii uicesimo quinto exercitum rursus armauit Busur contra Romaniam et exterminauit partes Hexapoleos et Phadalac illicque hiemauit.

Anno imperii Constantis uicesimo sexto Armeniacorum praetor Saborius Persa genere tumultuatus est contra Constantem imperatorem mittitque ad Mauhian Sergium magistrum militum pollicens Mauhiae subiugare Romaniam si ipse sibi auxiliaretur aduersus imperatorem. quo comperto Constantinus filius imperatoris, mittit et ipse ad Mauhiam Andream cubicularium cum muneribus, ne rebelli cederet. cumque uenisset Andreas Damascum, repperit Sergium praeuenisse. at uero Mauhias simulabatur imperatori compati. sedebat autem Sergius ante Mauhian et cum ingressus fuisset Andreas, intuitus eum Sergius surrexit. at uero Mauhia Sergium reprehendit dicens 'quid formidasti?' qui respondit se iuxta morem fecisse. conuersus praeterea Mauhia dicit Andreae 'quid quae-

1 tyberiū *D* 2 bizantī 6 pręda *D* 8 herror *corr. in* horror *D* 13 ſeleucohori *ut uid. D* 16 amiſenuſ *D* 19 exapoleoſ & phadale *D* 20 biceſimo *D* 22 muhauiam *D* 23 muhauie *D* 25 muhauiā *in ras. in D* 28 *et* 30 muhauiaſ *D* 29 muhauian *D* 31 quod *D* 32 qd̄ quęriſ *D*

ris?' qui ait 'ut des auxilium contra rebellem.' at ille 'ambo' inquit 'inimici estis sed ego ei qui plus praebuerit dabo.' et Andreas ad eum 'ne ambigas' infit 'Amira, quoniam pauca tibi imperatoris meliora sunt quam plura rebellis. uerum tamen quod amabilius tibi fuerit age.' et his dictis Andreas tacuit. at uero Mauhias ait 'tractabo super hoc' et utrumque iussit exire.

X Porro aduocato Mauhias secreto Sergio dicit ei 'ne ulterius adores Andream alioquin nihil proficies.' in crastinum itaque praeueniens Sergius Andream coram Mauhia sedebat et ingresso Andrea non ei assurrexit ut heri. Andreas uero intuitus Sergium hunc conuiciis lacerauit et comminatus est dicens 'si uixero demonstrabo tibi quis sim.' cui Sergius 'non' inquit 'assurgo tibi quia non es uir neque femina.' porro Mauhias utrumque compescens Andreae dixit 'assentire dare quem ad modum Sergius dat.' 'et quantum est?' ait Andreas. Mauhia uero 'illationem publicorum praebere Arabibus.' ast Andreas 'uae tibi' ait 'Mauhia qui consilium tribuis corpus dandi et solam umbram retinendi. quomodocumque uolueris cum Sergio conueni, ego enim hoc minime faciam uerum tamen te dimisso ad deum qui te potentior est ut Romanis opituletur confugimus et in eo spem nostram posuimus.' his dictis Mauhiae infit 'salue' et exiuit a Damascensium ciuitate et abiit Melitinen eo quod tyrannus esset in partibus illis ad quas erat et Sergius iturus. cumque adiisset Arabessum incurrit clusurarum custodem, non enim conhibebat tyranno. huic ergo praecepit obseruare Sergium redeuntem ut adduceret illum ad se, ipse uero pergebat non immemor Sergium praestolans. quae uero gesta sunt, nuntiauit imperatori.

XI Interea Sergius tractans cum Mauhia quae uisa fuerant accepit Phadalan praetorem Arabum cum ope barbarica con-

---

2 inquid *D* 5 amabilis *D* 6 *et* 8 *et* 9 *et* 14 *et* 18 muhauias *D* 9 adolores *D* 10 puenienf *DP*, *em. Gruterus* andreas *D* 10 *et* 16 muhauia *D* 13 inquid *D* 21 confuiṁ *D* 22 muhauie *D* 23 dascensiu *D* militinen *D* 25 trabessu *D* 26 cogitebat *D* 30 tractans *om. D* sergius cu muhauia *praeter* uia *in ras. in D*

certaturum et auxiliaturum Sabori. cum autem praecederet Sergius Phadalam et ad Saborem gratulanter abiret, deuenit ad clusuras et in Andreae incidit turbas et hunc retinentes uinctum ad Andream ducunt. at uero Sergius uiso Andrea iactat semet ad pedes eius obsecrans parcere sibi. ille autem ad eum 'tu' inquit 'es Sergius qui gloriabaris in uirilibus coram Mauhia meque mulierculam appellabas. ecce amodo uirilia tua tibi nihil proderunt quin potius et morte afficient.' his dictis praecepit uirilia eius abscidi et suspendit eum in ligno.

XII Constantinus autem audito Phadalae aduentu in Saboris auxilium Nicephorum patricium destinat cum Romana uirtute resistendi Sabori. erat autem Sabor Hadrianopolim degens et cum Nicephorum ad se uenire comperisset, exercebat semet ad proelium. uerum die quadam contigit hunc secundum consuetudinem de ciuitate super equum sedentem exire. cumque portae ciuitatis appropinquasset, equum flagello percussit. qui iactanter saliens et huius caput in portam allidens hunc male uita priuauit et sic deus imperatori uictoriam contulit. Phadalas autem ueniens in Hexapolim et haec omnia discens turbatus est et mittit ad Mauhiam postulans adiutorium eo quod Romani ad concordiam conuenissent. mittit autem ei Mauhias filium suum Gizid armans eum contra multitudinem Romanorum. conuenerunt autem utrique apud Chalcedonem et captiuos duxerunt multos. ceperunt autem et Amorium Phrygiae et quinque milibus armatorum uirorum dimissis in custodiam eius diuerterunt in Syriam. cum autem hiems accessisset, mittit imperator eundem Andream cubicularium et cum nix esset multa, noctu uenit et per lignum ascendunt in murum et ingrediuntur Amorium et omnes interficiunt Arabes ita ut ex quinque milibus illis nullus penitus remaneret.

XIII Anno uero imperii sui uicesimo septimo Constans occisus

---

1 *et* 2 ſabor *D* 2 phadalú *D* 7 muhauıa *D* 11 phadalı *D* ın *om.* *D* 13 adrıanopolım *D* 18 ſılıenſ *D'* capud *D* portú *D* 19 Adalaſ *D* 20 exapolım *D* 21 muhauıá *D* ad *om.* *D* 22 muhauıaſ *D* 25 phrıgıe *D* 27 deuerterunt *D* hıempſ *D* 28 eun|drea *D*

est dolo in Sicilia apud Syracusam in balneo cui nomen erat Daphne. fuerat autem causa haec. post interemptionem Theodosii fratris ipsius odio habitus est a Byzantiis et maxime quia et Martinum sanctissimum papam Romanum ignominiose Constantinopolim duxit et exilio relegauit penes Chersonis climata et Maximi sapientissimi et confessoris linguam manumque truncauit et multos orthodoxorum uerberibus et exiliis et proscriptionibus eo quod haeresi suae nullatenus acquiescerent condemnauit. quin et duos Anastasios, qui fuerant discipuli Maximi confessoris et martyris, tormentis et exiliis tradidit. propter talia ergo exosus cunctis effectus est. cum autem ualde metueret, uoluit imperium in urbem Romam transferri unde et imperatricem tresque filios suos tollere a Byzantio noluit nisi cubicularius Andreas et Theodorus Coloniae huius prohibuissent consilium. sane in Sicilia fecit annos sex. cum autem praedictum balneum ingressus fuisset, introiuit cum eo quidam Andreas filius Troili obsecundans illi. et dum coepisset sapone Gallico deliniri, sumens Andreas situlam, dedit eam in uerticem imperatoris et protinus fugit. ast imperator cum tardaretur in balneo, insiliunt hi qui foris erant et repperiunt imperatorem occisum. quo sepulto Mizizium quendam Armenium imperatorem fecerunt ui cogentes hunc: erat enim ualde decorus et speciosus. audito praeterea Constantinus patris obitu cum multo nauigio in Siciliam uenit et aggressus Mizizium hunc interficit cum occisoribus patris sui. et ordinatis Hesperiis Constantinopolim rediit et Romanis una cum Tiberio et Heraclio fratribus imperat.

XIIII Anno ab incarnatione domini sexcentesimo sexagesimo Constantinvs imperat. Saraceni autem mouerunt exercitum in Africa et captiua duxerunt milia ut ferunt octoginta. porro hi qui orientalium erant prouinciarum Chrysopolim uenere dicentes 'si in trinitate credimus, tres etiam coronemus.' turba-

3 bızantıſ *D* 4 martynū *D* 5 relıgauıt poeneſ cerſonıſ *D* 9 condēpnauıt *D* 13 bızantıo *D* 17 tho|ılı *D* obſecundāſ (ſ *corr. ex* n) *D* cepıſſ& *D* 21 mı|zıū *D* 24 uenıt *om. D* mızıū *D* 26 eſperıſ *D* tyberıo *D* 30 octogınto *D'* 31 chrıſopolım *D*

tus ergo est Constantinus eo quod ipse solus redimitus est, fratres autem eius nullam dignitatem habebant et misso Theodoro patricio Coloniae mitigauit eos superlaudans illos et assumptis ex eis maioribus natu ut urbem ingrederentur rogauit et cum senatu inirent consilium ut fieret uoluntas eorum. imperator taliter hos deceptos confestim in patibulo suspendit trans fretum in Syces. at illi hoc uiso confusi abierunt dolenter ad propria. imperator autem fratrum suorum continuo nasos abscidit.

Anno imperii Constantini secundo tempestas magna effecta est et multi periclitati sunt tam homines quam bestiae. Phadalas autem hiemem apud Cizycum fecit.

Anno imperii Constantini tertio Busur cum hostili profectus est apparatu et plurimis captiuis ductis reuersus est. anno imperii Constantini quarto apparuit iris in caelo mense Martio et tremuit omnis caro ita ut dicerent omnes quod consummatio esset. eodem anno stolo magno constructo negatores Christi Muhammad scilicet et Cahisus nauigauerunt in Ciliciam et Lyciam et hiemauere penes Smyrnam. et facta est mortalitas in Aegypto. missus est autem Saeuus Amires cum alio quoque stolo in auxilium ipsorum utpote congruentissimus et audax ad proelium. at uero praelatus Constantinus huiusce modi deum impugnantium aduersus Constantinopolim motu comperto construxit et ipse bieres mirae magnitudinis ignem ferentes atque dromones.

Anno imperii Constantini quinto praedictus deum impu- XV
gnantium stolus ascendens applicauit in Thracensibus partibus a summitate uidelicet Septimi quae uergit ad occidentem id est a domo quae Magnaura dicitur et rursus usque ad arcem quam Cyclobium dicunt quaeque spectat ad orientem. per totum itaque diem congressio belli tenebatur id est a mane usque ad uesperam a brachialio aureae portae usque ad Cyclo-

4 ut urbē *praeter* rbē *in ras. in D* rogauit *in fine uers. om. D* 12 hieme *D* cizicū *D* 15 hirif *D* 16 conſumatio *D* 17 negotiatoreſ *D* 19 & Lyciam *om. D* ſmirna cilicia · | & lucia *D* 20 amire|uſ *D* 23 moto *D*

bium in uicem utraque parte nunc impulsa nunc impellente. in his ergo deguerunt ab Aprili mense usque ad Septembrium et reuersi Cyzicum pergunt et hac comprehensa illic hiemabant et omni uere ascendentes similiter per mare conflictum cum Christianis habebant. per septem sane annos his eisdem gestis et diuina deique genetricis ope multitudine uirornm bellicosorum amissa et uulneratione maxima in eis effecta confusi renersi sunt cum ingenti maestitia. cum autem discessisset idem demergendus a deo stolus, ab hiemali aestu ac spiritu procellarum circa partes Syllaei comprehenditur et contritus totus omnimodis periit.

Suphian autem filius Auph secundus frater commisit bellum cum Floro et Petrona et Cypriano habentibus uirtutem Romaicam et occiduntur Arabum triginta milia.

Tunc Callinicus architectus ab Heliopoli Syriae ad Romanos profugus uenit qui marino igne confecto Arabum uasa exussit et una cum animalibus prorsus incendit et ita Romani cum triumpho reuersi sunt igne adinuento marino.

XVI Anno uero imperii Constantini sexto Habdallas filius Kaisi et Phadalas hieme apud Cretam morati sunt.

Anno imperii Constantini septimo apparuit signnm in caelo die sabbati.

Anno imperii Constantini octauo facta est locusta magna per Syriam et Mesopotamiam.

Anno imperii Constantini nono ingressi sunt Mardaitae Libanum et tenuerunt a Mauro monte usque ad Sanctam ciuitatem et ceperunt cacumina Libani et multi serui et captiui pariter et indigenae confugerunt ad eos ita ut in breui tempore in multa milia fierent. quibus compertis Mauhias et consiliarii eius timuerunt ualde colligentes quod imperium Roma-

---

2 dıguerunt *D* aprıle *D* uſ ad *D* 3 cızıcū *D* hanc cōprę-henſa *D* 4 aſcendenſ· ſımılıter pmanere conflıctū *DP*, *Anastasius*, *em. ex Theophane Gruterus* 5 habebat *D* 10 ſyllei *D* contrıtıſ *D'* 11 om̄ı modıſ perııt *D* 13 flore *D* 15 kallınıcuſ *D* 17 anımab; *D* 19 kahıſı *D* 22 ſabbato *D* 25 Mardaitaſ Graecı uſıtato ſermone appellant mılıteſ marınoſ, Imperatorıam rogam non accıpıenteſ *add. P*m 29 mahauıaſ *D*

norum diuinitus muniatur et dirigit legatos ad principem Constantinum postulans pacem et pollicitus annualia se imperatori pacta laturum. ast imperator huiusce modi legatis susceptis eorumque petitione audita destinauit cum eis in Syriam Iohanem patricium cognomento Pitzigaudin tamquam antiquae prosapiae rei publicae uirum et multorum negotiorum expertum atque magnam consecutum prudentiam ad disputandum aptissime cum Arabibus et quae pacis sunt consone praestruendum. qui cum uenisset in Syriam, coaceruatione Mauhias tam Amirorum quam Curasinorum effecta suscepit eum cum honore magno. multis ergo inter eos pacificis uerbis edictis conuenit inter utrosque in scriptis fieri pacis cum iure iurando sermonem super consonantia annui pacti, praebendi uidelicet Romanae rei publicae ab Agarenis auri librarum tria milia uiros captiuos quinquaginta et equos nobiles quinquaginta.

His ex communi placito inter utramque partem firmatis et XVII
in triginta seruandis annos mutuo repromissis amplissima pax inter Romanos et Arabes est effecta. sicque generalibus duobus inscriptis uerbis ad alterutrum cum iure iurando patratis et in uicem traditis saepe dictus famosus uir ad imperatorem cum muneribus quoque multis reuersus est. cum autem haec didicissent hi qui hesperias partes inhabitant, tam uidelicet Chaianus Auarum et ulteriores reges quam exarchi et castaldi nec non et principes nationum ad occidentem sitarum per legatos muneribus imperatori transmissis pacificam erga se dilectionem poposcere firmandam. annuens itaque imperator postulationibus eorum confirmauit etiam circa illos donatoriam pacem et facta est securitas magna in oriente nec non et occidente.

Anno imperii Constantini decimo factus est terrae motus magnus per Mesopotamiam, quo ruit Edessenae ascensus et

---

2 imperari *D* 6 exptem *D* 9 ſiria *D* muhauuſ *D* 10 curaſinorum *DP*, *Bongarsianus* (genuſ eſt Saracenorum a Curaſo uocati qui fuit filiuſ Nizari pronepotiſ Iſmaeliſ *add. Pm*), Coraſinorum *cod. Francisci Pithoei et Anastasius* 13 Preuendi *D* 14 regi *D* 26 poſcere *D* 31 hedeſſene *D*

trullus ecclesiae. et construxit eum Mauhias studio Christianorum.

Anno imperii Constantini undecimo mortuus est Mauhias Saracenorum protosymbolus qui fuit praetor annis uiginti et Amirei functus officio annis quattuor et uiginti, et principari coepit Gizid filius eius.

XVIII Hoc quoque anno Bulgarum gens superuenit in Thracem. uerum inter haec necessarium dicere de antiquitate quoque Onogundurensium Bulgarum et Contragensium. in septemtrionalibus namque partibus Euxini ponti quae meabiles sunt inque paludibus quae dicuntur Maeotides in quas uidelicet inmittitur fluuius maximus ab Oceano per Sarmatarum terram dilapsus nomine Atel, Tanais amnis est et ipse ab Hiberibus portis exiens, quae in Caucasiis montibus esse feruntur et in eundum Atel fluens infertur. a mixtura uero Tanais et Atel, quae fit supra iam dictas Maeotidas paludes, dum scinditur Atel uenit is qui dicitur Cuphis fluuius in Maeotidas paludes et reddit in terminum Pontici maris iuxta Necropela in Acroma, quod dicitur arietis facies. a praesignatis uero paludibus simile flumini mare est. et fertur in Euxini ponti mare per terram Bospori et Cimerii ex quo flumine capitur id quod dicitur Murzulin et huic similia. et in partibus quidem adiacentium paludum quae spectant ad orientem, usque ad Phanagoriam seu Hiberos qui ibidem sunt plurimae nationes consistunt. ab eisdem autem paludibus usque in amnem qui dicitur Cuphis ubi Xystus capitur, qui est Bulgaricus piscis, antiquitus Bulgaria est magna et hi qui dicuntur Contragi eiusdem cuius et ipsi tribus existunt.

XVIIII Temporibus autem Constantini qui in occidente regnauit

---

1 *et* 3 muhauiaſ *D* 4 protoſimboloſ (*post.* o *corr. ex* u) *in ras. in D* qui — uiginti *om. D* 5 amire *D* 6 cepit *D* 7 *et* 9 uulgaru *D* 13 tanahiſ *D* 14 & *om. D* 15 tanahidiſ *D* 16 meotideſ *D* dù **|ſcinditur atal *in ras. in D* 17 cuphis *Bongarsianus:* cuththiſ *D*, cuchthiſ *P et Anastasius* meotideſ *D* 18 necropula *D* 20 simile flumini *scripsi:* ſimili flumine (*D*) 23 phanorià *DP*, *Anastasius*, Phomariam *Bongarsianus* 25 qui] qđ *D* 26 xiſtuſ *D* uulgaricuſ *D* 27 uulgaria *D* conthragi *D*

cum Crobatus dominus iam dictae Bulgariae seu Contragorum uitam commutaret ac filios quinque relinqueret testatus est ne ullo modo a mutua cohabitatione separarentur propter quod uniuersitati dominarentur ipsique nulli alteri nationi seruirent. post breue autem tempus mortis illius in diuisionem uenientes quinque filii eius altrinsecus sequestrati sunt una cum populo, quem unus quisque ipsorum suae ditioni habebat subactum. et primus quidem filius eius qui dicebatur Bathabias mandatum proprii custodiens patris in progenitorum suorum terra permansit usque in praesens. secundus uero huius frater nomine Cotragus, Tanaim transiens amnem ex aduerso primo habitauit fratri. quartus autem et quintus Histrum id est Danubium fluuium transmeantes unus eorum in Auariae Pannonia, Chaiano Auarum se subdens mansit illic cum potentatu suo, alter uero haud procul ab urbe Rauenna in Pentapolim ueniens sub Christianorum imperio factus est. deinde horum tertius Asparuch dictus Danaprin et Danastrin transiens et Honglon adiens Boreos interiores Danubio fluuios inter hunc et illos habitauit tutum et difficilem ad expugnandum locum hinc inde conspiciens, dum enim esset palustris et hinc coronatus illincque fluminibus copiosam genti propter hostium partitionem humiliate praestabat quietem.

XX

His autem ita in quinque diuisis et ad paucitatem deuenientibus, exiuit magna gens Gazarorum ex interiori profundo Berziliae primae Sarmatiae et dominata est omni peruiae terrae usque ad mare Ponticum et primum fratrem Bathabian primae Bulgariae principem substituit ordinatis uectigalibus quae ab eo deferuntur usque nunc. ast imperator Constantinus comperto quod extimplo gens sordida et immunda ultra Danubium apud Honglon tabernaculum fixerit et appropinquantia Danubio discurrat id est regionem quae nunc tenetur ab illis quaeque tunc a Christianis possidebatur, tristatus est uehementer et iubet transire omnes exercitus in Thracem. et con-

---

2 ac — relinqueret *in ras. in D* 11 tenahim *D* 13 tranſmeantib; *D* 27 uulgarię *D* 30 fixerit] fierit *D* 32 poſſidebantur *D'*

struens classem tam per terram quam per mare contra eos motus est hos bello persequi uolens, et contra Honglon atque Danubium per Epirum pedites in aciem dirigens et perappropinquans litori naues adesse praecepit.

XXI Porro Bulgares hac celeritate seu maxima multitudine uisa super salute sua desperati ad praedictum praesidium fugiunt et sese circumquaque muniunt. per tres autem et quattuor dies ex huiusce modi munitione nec illis exire audentibus nec Romanis propter adiacentium paludum occasionem proelium construentibus animaduertens polluta gens remissos Romanorum animos recreata et alacrior facta est. porro cum imperator pedum dolorem acriter pateretur et ad meridiem cogeretur ob balnei usum una cum quinque dromonibus et propriis hominibus suis reuerti, deseruit magistratus et populum iubens cum lanceis uibrantibus exercitari et impetum in eos facere et post se eos attrahere a munitione et bellum in eos mouere si fortassis exirent. sin autem, uel obsiderent eos et obseruarent eos in munitionibus. at uero hi qui erant equestris militiae, imperatorem fugisse diffamantes metuque oppressi eadem tergiuersatione abusi sunt nemine persequente. porro Bulgares hoc uiso insequebantur post terga ipsorum et plures quidem gladio peremerunt, multos uero uulnerauerunt persecuti eos usque ad Danubium. quem transeuntes et uenientes usque ad eam quae dicitur Barnan circa fines Odyssi et mediterraneo illic posito perspecto quod in multa cautela consisteret, in posterioribus quidem propter Danubium fluuium, in anterioribus autem et ex lateribus ob clusuras et Ponticum mare praesertim cum dominarentur et adiacentium Sclauinorum generationibus, quae dicebantur septem, Seueres quidem locauerunt ab anteriore clusura Ueregaborum ad partes orientales, in locis autem quae sunt ad meridiem et occidentem usque ad Auariam residuas septem generationes quae sub pacto erant.

---

1 claſſì *D* quàq. *D* 3 hepırù *D* 4 lıtuſ *D* ꝑçcıpıenſ (ꝑçcı *in ras.*) *D* 5 uulgareſ ac *D* 8 munıtıoneſ *D'* audıentıb; *D* 16 atthrahere *D* 20 uuulgareſ *D* 21 poſt | erga *D* 23 ad *om.* *D* 24 odıſſe *D* 25 multo *D* 30 *prior* u *in* cluſura *in ras.* (*uid. fuisse* a) *in D*

Ergo cum in bis dilatati fuissent elati sunt et coeperunt ea quae sub Romana re publica erant castra seu praedia destruere atque praedari. unde ui coactus imperator pacem fecit cum eis annua illis praebere pacta pollicitus in confusionem Romanorum ob multitudinem delictorum. mirabile quippe ipso auditu erat his qui longe et his qui prope degebant, quod is qui omnes tributarios sibi statuerat, tam scilicet eos qui ad eoum et occasum, quam illos qui ad arctum et mesembriam commorabantur ab ista detestabili gente fuerit superatus. uerum imperator ita quidem ex prouidentia dei hoc Christianis contigisse credens, euangelice tractans pacem fecit et fuit usque ad obitum suum quietus a cunctis hostibus, studium habens praecipuum uniendi uniuersas ecclesias dei quae ubique diuisae fuerant a temporibus Heraclii proaui sui et Sergii uesani ac Pyrrhi qui indigne throno Constantinopoleos praefuere unam uoluntatem et unam operationem in domino deo ac saluatore nostro dogmatizantium. quorum nequam opiniones subuertere satagens idem christianissimus imperator concilio uniuersali Constantinopolim conuocato ducentorum et octoginta nouem episcoporum tam dogmata quae in antecedentibus quinque sanctis et uniuersalibus conciliis fuerant confirmata roborauit quamque pium duarum uoluntatum et operationum promulgari dogma decreuit per eandem sanctam et suptilissimam uniuersalis concilii synodum. cui praeerant tam ipse piissimus imperator Constantinus quam pii principes sacerdotum. XXII

Per idem tempus Azid coepit esse princeps Arabum, qui tribus his praefuit annis.

Anno imperii Constantini duodecimo collecta est sancta et uniuersalis sexta synodus Constantinopolim ducentorum octoginta et nouem sanctorum patrum praeceptione pii principis Constantini. XXIII

Anno uero imperii sui tertio decimo reppulit Constantinus

1 ceperunt *D* 2 rèpublica• (*fuit* m) *D* diſtruere *D*' 4 cum *om.* *D* pręuere *D* 8 oeù *D* 15 pyrri *D* 26 per] porro *D* azid *P*, gizid *Dp* cepit *D* Arabum *om.* *D* 30 pręceptionè *D*

ab imperio fratres suos Heraclium et Tiberium et solus regnauit cum Tiberio filio suo.

Anno imperii Constantini quarto decimo Mucthar mendax dum tyrannidem exercuisset, optinuit Persidem. uocauit autem se ipsum prophetam et conturbati sunt Arabes.

Anno imperii Constantini quinto decimo Arabum princeps Marnhan anno uno praefectus est. si quidem defuncto Azid turbati Arabes Etherii exsurrexerunt constituentes ducem sibi Habdallan quendam filium Zubeir. et congregati Phoenices et Palaestini Damascum ueniunt sed et usque Gabathan et Asan Amiran Palaestinae dantque manus dextras Marhuan et sistunt eum ducem. qui Amirae administratione fungitur mensibus nouem. et eo mortuo Abimelech filius eius suscepit principatum, cum Amiras fuisset annis uiginti et uno atque dimidio aggrediturque tyrannos et interfecit Habdallan filium Zubeir nec non et Dadachum.

XXIIII Anno imperii Constantini sexto decimo facta est fames magna atque mortalitas magna in Syria gente quam Abimelech optinuit. cumque Mardaitae partibus incumberent Libani et pestilentia teneretur et fames, idem Abimelech pacem quae a Mauhia fuerat quaesita petiuit, missis ad imperatorem legatis eademque trecenta sexaginta quinque milia numismatum ruri praebere pollicitus et illos trecentos sexaginta quinque seruos parique modo nobiles totidemqne equos.

Anno imperii sui septimo decimo requieuit pius imperator Constantinus cum imperasset annis decem et septem et imperauit Iustinianus filius eius.

XXV Anno ab incarnatione domini sexcentesimo septuagesimo octauo IVSTINIANVS Romanis imperat, Arabibus Abimelech prin-

---

2 tyberio *D* 6 quinto decimo *praeter* qu *in ras. in D* 7 marhuan *D* gyzid *D* 8 aetheri *D*, etheri *P et cod. Franc. Pithoei*, ettyri *Bongarsianus* fenicef *D* 11 amirà *D* 12 amire am-mi|nistratione *D* 13 eo *om. D* habdilmelic filio *D* 14 fuiffet annif fuiffet *D* 15 tyrannuf *D* zubeir *sic DP Bongarsianus* 18 fyna · gentè quę *D*, *deinde* habdilmelic *DP Bongarsianus* 20 habdilmelic *D* 21 muhauia *D* 23 prębere *D* 27 *et* 29 iuftinuf *D* 29 habdi|melic *D*

cipatur, qui praefuit his annis uiginti duobus. hoc autem anno mittit Abimelech ad Iustinianum confirmare pacem et conuenit inter eos huiusce modi pax ut scilicet imperator deponeret Mardaitarum agmen a Libano et prohiberet incursiones eorum et Abimelech Romanis tribueret per singulos dies numismata mille et equum et seruum et ut haberent commune per aequalitatem tributa Cypri Armeniae ac Hiberiae. et direxit imperator Paulum Magistrianum ad Abimelech ad confirmandum ea quae placita fuerant et facta est in scriptis securitas sub testium astipulatione, qui liberaliter honoratus reuersus est. et mittens imperator adsumpsit Mardaitarum duodecim milia Romaica uirtute recisa. omnes enim quae nunc habitantur ab Arabibus in confinibus positae ciuitates a Mopsuestia et usque ad quartam Armeniam infirmae et inhabitabiles erant propter impetum Mardaitarum. quibus repressis omnia dira Romania passa est usque in praesentem diem.

Eodem anno mittit Abimelech Ziadum fratrem Mauhiae in XXVI
Persidem contra Muctarem mendacem atque tyrannum et interemptus est Ziadus a Muctare. quo audito Abimelech uenit in Mesopotamiam et tyrannidem patitur a Saido. quem supergressus uerbo Damascum aperire fecit a se praeuentam et post hoc fraudulenter occidit. Iustinianus autem cum esset iunior quasi annorum sedecim et sua quaeque inconsulte disponeret misit Leontium praetorem in Armeniam cum Romaico potentatu et Saracenis illic existentibus interemptis subicit hanc Romanis. similiter et Hiberiam et Albaniam Bucaniam quoque atque Mediam et sub tributa regionibus actis plurimas pecunias imperatori transmisit. at uero Abimelech his cognitis adit Cercesium et Eupolim subiugauit.

Anno imperii Iustiniani secundo facta est fames in Syria. XXVII

2 *et* 5 *et* 19 *et* 28 habdimelic *D* 2 ad — pacem *om. D* 4 u *in* mardaitarū *corr. ex* a *in D* 5 tribueret *om. D* *super* dies *add.* annos *manus aeque antiqua in D* 8 magistrū ad habdimi|lic *D* 10 liberater *D* 11 asūpsit *D* 12 romanica *D* 17 habdilmelic (*prior* l *corr. ex* i *D* ziphien *Dp* (ziadum *P ante corr.*) muhauię *D* 18 muchatharte *D* 19 zi|phien a muchatharte *D* 21 preuentū *D* 23 inconsulta *D* 24 romaica *D*

qua de re multi Romaniam sunt ingressi. et ueniens imperator in Armeniam illic suscepit Mardaitas qui in Libano fuerant aeneo muro destructo. destruxit autem et pacem cum Bulgaribus fixam perturbans typos, qui a patre proprio sunt ordinabiliter facti et iubet transire in Thracem equestres militias nolens tam Bulgares quam Sclauinios praedari. anno imperii sui tertio mouit exercitus Iustinianus contra Sclauiniam et Bulgariam. et Bulgares quidem ad praesens sibi occurrentes impulit. exurgens autem usque Thessalonicen copiosas multitudines Sclauinorum partim bello percepit partim cum ad se confugerent, in partibus Obsicii cum per Abydum transfretasset constituit, dum autem reuerteretur in itinere praepeditus a Bulgaribus in arto clausurae cum caede proprii populi et uulneratione multa uix remeare praeualuit.

Eodem anno et Habdellan Zubeir Musabum fratrem suum mittit contra Muctar et inito Marte cum eo uertitur Muctar et fugit in Syriam. quem praeoccupans interfecit. porro Abimelech militat contra Musabum et uictum occidit et subiugauit Persidem totam.

XXVIII Anno uero imperii Iustiniani quarto misit Abimelech contra Zubeir Chaian in Macca et occidit eum ibidem Chaian et subdita regione Chaian aduersante sibi concremauit domum idoli eius una cum idolocultore ipsorum. quam ob causam ille Chaian praetorem Persidis promouit et subacta est Abimelech tam Persidis regio et Mesopotamiae quam Armenia magna Etherii ac per id intestina eorum bella quieuerunt.

Anno imperii Iustiniani quinto finem habuit et liberatus est ab omni bello Arabum principatus et pace potitus est Abimelech cunctis sibi subactis.

XXVIIII Anno imperii sui sexto Iustinianus pacem quam ad Abimelech habuit ex amentia dissoluit. et enim Cypriorum insu-

---

4 uulgarıb; *D* 6 uulgareſ *D* 8 uulgarıà · & uulgareſ *D* 9 theſalonıcen *D* 11 confluerent ın partıb; obſequn · cù p auıdù *D* 13 uulgarıb; *D* 17 *et* 20 *et* 24 habdımelıc *D* 23 ıdoloculture *D* 26 &hrıı *D*, ethrıı *P* 28 pacè *D*: 28 *et* 30 habdılmelıc *D* 31 ϵt om̄ı cyprıorù ınſula · & popu|lù *D*

lae populum irrationabiliter uoluit transmigrare. characterem qui missus ab Abimelech fuerat eum nouiter uisus esset et numquam antea factus non admisit. multitudo uero Cypriorum dum transmeare niteretur, submersa est et ex languore peribat. reliqui uero in Cyprum reuersi sunt. et auditis his Abimelech satanice simulatus rogabat ne pax solueretur sed susciperet monetam suam, cum Arabes non susciperent Romanorum incisionem in suis nummis. uerum dato pondere auri puri ait 'nullum Romanis damnum efficietur ex eo quod Arabes noua cuderent.' at ille precem ex timore arbitratus effectam non perpendit quod studium eorum esset ut Mardaitarum solum compesceret primum incursus et ita per putatiuae rationis obtentum pacem dissolueret. quod et factum est. et misit Abimelech ad aedificandum templum Machan et uoluit auferre columnas sanctae Gethsemanis et rogauerunt eum Sergius quidam uir christianissimus, qui erat generalis Mansur logotheta et ualde familiaris eidem Abimelech atque patricius socius eius Christianis qui erant in Palaestina praepositus qui cognominabatur Clausus, postulantes ne fieret hoc sed per supplicationes suas persuaderet Iustiuiano mittendi sibi alias pro eis. quod et factum est.

XXX

Anno imperii sui septimo Iustinianus elegit e Sclauis qui se iubente migrauerant milites triginta milia et armatis eis cognominauit illos populum acceptabilem principemque in eis Nebulum nomine statuit. fisus autem in illis scripsit Arabibus non se permansurum in pace quae scripto conuenerat. et adsumpto populo acceptabili et cunctis equestribus militiis abiit Sebastopolim maritimam. Arabes autem dissimulantes et pacem soluere minime proponentes sed imperatorio excessu atque procacia hoc agendi uiolentiam patientes armati et ipsi ueniunt Sebastopolim protestantes ne imperator quae in uicem

2 *et* 14 habdılmelıc *D* 3 amıſıt *D* 4 ſumerſa *D* langore perıebat *D* 5 cıprū *D* 6 *et* 17 habdımelıc *D* 15 gethſemanıſ ſcę *D'* 19 clauſaſ *ni fallor D'* 22 ımperıı ſuı · ıuſtınıanı** ·*fuit* ıſı ſeptımo *D* ex clauıſ *D* 23 uı|uente *D* 27 aſſupto *D* ıb; *in* equeſtrıb; *in ras. in D* 30 ꝓcatıa *D*

cum iuramentis consono pacto placita fuerant solueret, alioquin deus uindex culparum foret. sane cum imperator nec auditu ipso huiusce modi uerba percipere pateretur, illi pacis et uerbi scriptum soluentes et in excelsa hasta pro uexillo praecedendi gratia suspendentes contra Romanos impetu irruunt Muhammad ducem habentes bellumque taliter inierunt. et prius quidem superati sunt Arabes. suggerens interea Muhammad auxilianti Romanis Sclauinorum duci mittit ei marsuppium numismatibus plenum multisque repromissionibus hunc seducens persuadet ad se fugere cum uiginti milibus Sclauorum et sic fugam Quiritibus acquisiuit. tunc imperator occidit horum residuos una cum liberis et uxoribus trans praecipitii locum Leucatium dictum qui maritimus erat iuxta Nicomediensium positus sinum.

XXXI Anno imperii Iustiniani octauo Sabbatius patricius Armeniae comperta superatione Romanorum Armeniam Arabibus tradidit et subiecta est eis interior Persis, quae dicitur Cherasa et oritur ibidem insidiator nomine Sabinus qui multos Arabum interfecit. sed et ipsum Chaianum prope omnibus modis in amne necauit. ex tunc ergo peramplius Agareni temerarii facti Romaniam depopulabantur,

Anno uero imperii Iustiniani nono defectio est solis effecta hora diei tertia ita ut quaedam stellae clare apparerent. et exercitum mouit Muhammad contra Romaniam habens secum profugos Sclauos utpote expertos Romaniae et multos duxit captiuos.

XXXII Porro Iustinianus diligentiam circa palatii habens negotia construxit triclinium quod Iustiniani uocatur. constituitque Stephanum Persam saccellarium suum et spadonum primum dominum et arbitrum nimis insidiantem sanguini atque crudelem, qui inmisericorditer exteriores quosque uerberare sed et

---

1 conſona *D* 8 ſclaucrı ducı *D* 11 reſıduıſ *D* 12 lıberıb; *D* 13 dıctū *praeter* tū *in ras. in D* 15 Sabbatıuſ *Gruterus ex Theophane:* ſabbatıſ *DP* 17 chorasa *Theophanes et Anastasius,* cheraſa *DP* 19 ꝓpoene | modıſ om̄ıb; *D* 21 bantur *in* depopulabantur *in ras. in D* 23 clare ſtelle parerent *D* 25 multo *D* 30 arbıtrē *D*

lapidare tam ipsos quam horum praelatos penitus non cessabat. cumque imperator quadam die profectus fuisset, praesumpsit agrestis bestia illa et matrem quoque ipsius Anastasiam Augustam habenis more pueri flagellare. in his autem et in omnem ciuilem copiam multis malis ostensis exosum fecit cunctis imperatorem.

Similiter et in generalis logothesii rebus constituit mona- XXXIII
chum quendam Theodotum nomine qui primo inclausus fuerat in Thracensibus angusti partibus sed et ipsum saeuissimum et crudelissimum existentem qui plurimos rei publicae principes et illustres uiros non tantum ex ordinatoribus sed et ex urbis habitatoribus frustra et in uanum ac inexcusabiliter exactiones et functiones ex proscriptione exsoluere faciens funibusque hos suspendens palearum fumo afficiebat. insuper et praefectus imperatoria iussione plurimos uiros carceribus trudens per aliquot annos seruari mandauit. haec omnia crescere fecerunt odium populi circa imperatorem.

Praeterea imperator exigebat a Callinico patriarcha ora- XXXIIII
tionem faciendi ut destrueret ecclesiam sanctae dei genetricis, quae Metropolite dicebatur, iuxta palatium sitam uolens in loco sistere phialam et bases construere uulgi Venetorum ut illic imperatorem susciperent. at uero patriarcha dicebat 'orationem quidem ad statuendam ecclesiam habemus, in destructionem uero ecclesiae non suscepimus.' cogente autem eum imperatore et omnimodis exigente orationem dixit patriarcha 'gloria deo qui iugiter sustinens patitur nunc et semper et in saecula saeculorum: amen.' quo audito destruxerunt ecclesiam et fecerunt phialam. porro iam dictam ecclesiam Metropolitem fecerunt apud Petrin.

Anno imperii Iustiniani decimo aciem direxit Muhammad XXXV
aduersus quartam Armeniam et captiuatis multis reuersus est.

Eodem quoque anno Iustinianus ab imperio pulsus est hoc modo. iussit Stephano patricio et praetori cognomento

---

2 quàdam *D'* 4 in *posterius om. D* 7 longothesu *D'* 9 thracensib; *in ras. in D* 14 efficiebat *D* 21 uases *D* benetoru *D* 28 metropolite *D*

Rufo noctu interficere uulgus Constantinopolitanum a patriarcha inchoaturo. Leontius uero patricius et quondam magister militum orientalium, qui in bellis saepe probabiliter gesserat et tres in custodia transegerat annos accusatus extimplo reuocatus et praetor Helladis promotus est. iussus autem est in tres immitti dromones eademque die ab urbe moueri. nocte uero penes Iulianesium portum Sophiae iuxta ea quae dicuntur Mauri situm ad iter agendum ab urbe motus statione fixa ualedicebat amicis qui ad se ueniebant. inter quos ad eum uenere germani et sodales eius Paullus scilicet monachus Callistrati qui et astronomus et Gregorius Cappadox qui et Clusuriarches extiterat deinde monachus factus et Hegumenus Flori, qui in custodia frequentius illum uisitantes affirmabant eum imperatorem Romanorum futurum. at uero Leontius dixit ad eos 'uos certum in custodia super imperio me fecistis et nunc uita mea in malis finitur. postmodum quippe meam ero per singulas horas praestolans mortem.' qui dixerunt 'ipse ne pigriteris et hoc protinus adimpletur. audi nos tantum et sequere
XXXVI nos.' et adsumptis Leontius hominibus suis et armis quotquot habuit ascendit in praetorium silentio multo et pulsantes portam imperatorem uenisse fingebant ad disponendos quosdam qui illic esse noscerentur. cumque nuntiatum fuisset hoc praefecto qui tunc erat et ille concito uenisset et portas aperuisset, capitur a Leontio et alapis caesus ligatur manus et pedes. ingressus autem Leontius et carceribus reseratis solutisque uiris retrusis multis et fortibus qui a sex et octo annis in uinculis fuerant quorum plures milites erant hos armauit, et in forum exiuit cum eis clamans 'quotquot Christiani ad sanctam Sophiam' et mittens per omnem regionem uoce sua clamare praecepit. multitudo uero ciuitatis tumultuata celeriter ad luterem ecclesiae congregata est. ipse uero cum duobus monachis amicis suis et quibusdam ex clarioribus uiris qui e custodia fuerant egressi patriarchium ascendit ad patriarcham. inue-

1 ruſio *D* 5 iuſuſ *D* 7 poeneſ *D* 8 iter | iter *D* 10 & *om. D* ſodoleſ *D'* pauluſ *D* 19 aſũptiſ *D* 20 aſcendit *D* 30 cepit *D* 33 fuerant] ſunt *D*

niens autem et ipsum propter illa quae iussa sunt patricio Stephano Rufo turbatum persuadet ei descendere ad luterem et clamare sic ‘haec dies quam fecit dominus.’ uniuersa uero multitudo leuauerunt uocem ‘effodiantur ossa Iustiniani.’ et ita in hippodromium omnis cucurrit populus. XXXVII cumque dies facta fuisset, educunt Iustinianum in hippodromium, nasoque ipsius et lingua recisa exulem faciunt apud Chersonam. porro comprehensum turba Theodotum monachum et generalem logothetam atque Stephanum saccellarium Persam funibusque retrorsum hos ligatos trahunt per mediam plateam et ad Taurum ductos incenderunt. et ita Leontium imperatorem laudauerunt.

LIBER VICESIMVS SECVNDVS

I Anno ab incarnatione domini sexcentesimo octogesimo octauo Leontivs imperat Romanis. igitur cum regnare coepisset, undique pacifice mansit tribusque annis imperium rexit.

Anno imperii Leontii secundo mouit exercitum Senalidus contra Romaniam et multis ductis captiuis reuersus est seditioneque Sergius concitata patricius Lazicae hanc Arabibus subdidit.

Anno uero imperii Leontii tertio acie Arabes in Africam mota hanc optinuerunt et ex proprio exercitu taxatos in ea quosdam constituerunt. quibus compertis Leontius mittit Iohannem patricium uirum idoneum cum omnibus Romaicis classibus. qui cum Carthaginem peruenisset et bello catenam portus eius aperuisset inimicosque in fugam uertisset, hos uiriliter insecutus uniuersa liberauit Africae castra relictisque propriis obseruatoribus haec imperator suggessit ibidemque hiemauit iussionem praestolatus ab eo.

II At uero protosymbolus his compertis copiosum et poten-

3 uero *om.* *D* 5 *et* 6 yppodromiu *D* 7 cerſona *D* 11 EXPLIC' LIB · XI · INCIPIT LIB · XXII · *subscriptum in D* 14 octauo] ſeptimo *D* cepiſſ& *D* 20 uero *om.* *D*' affrica *D* 24 kartagine *D* 29 hiſ *om.* *D*

tiorem aduersus eos stolum transmittit et praedictum Iohannem cum stolo ipsius bello a portu depellit et exterius hostiliter castra metatus est. praedictus uero Iohannes ad Romaniam repedauit maiorem uirtutem ab imperatore accipere uolens et uenit usque ad Cretam principem aditurus. exercitus autem per maiores suos ad imperatorem ascendere nolens — optinuerat enim eos timor atque confusio — ad consilium sese nequissimum contulit. et huic maledixerunt eligentes imperatorem Apsimarum Drongarium Cibioretorum apud Curiositas habitum hunc Tiberium nominantes. Itaque Leontio apud Constantinopolim posito et Neoresium portum emundante bubonis pestis urbi incubuit et in quattuor mensibus multitudinem plebis consumpsit. uenit autem Absimarus una cum stolo qui secum erat et applicuit ex aduerso ciuitatis in Syces.

III Per aliquantum sane temporis ciuitatem prodere nolente Leontio proditio facta est per singularem murum Blachernarum a principibus exteris quibus claues terreni muri cum horribili iure iurando creditae fuerant. isti namque per insidias tradiderunt urbem. porro ingressi classium milites ciuium domos denudauerunt in his habitantes. at uero Apsimarus Leontii quidem naso reciso in monasterio Dalmatii sub custodia fore praecepit. principes autem et amicos eius utpote commorientes ei caesos atque proscriptione damnatos exilio relegauit. Heracliumque germanum fratrem suum ut uirum uehementer idoneum singularem praetorem omnium exteriorum equestrium exercituum promotum in partes Cappadociae ac Clusurarum discurrere contraque hostes curam ac dispositionem facere misit.

IIII Anno ab incarnatione domini sexcentesimo nonagesimo primo ABSIMARVS Romanorum imperator creatus est. qui septem circiter imperauit annis. tumultuatus est Abderachman in Perside et dominatus ei persecutus est ab ipsa Chaian.

---

1 ú in ſtolù *in ras. in D* 8 elegenteſ *D* 9 cybyoretorú *D* 10 tyberiú *D* 11 búboniſ *D* 14 ciuitate *D* 16 leontiú *D* 19 daſſiú *D* 23 ei; ceſoſ · *D* 30 eſt *om. D* 31 habdarracmen *D* 32 i *in* ipſa *in ras. in D*

Anno imperii Absimari secundo Romani per Syriam peragrantes et uenientes usque Samosatum et depraedantes circumquaque regionem multos occiderunt milia uidelicet Arabum ut ferunt ducenta plurimisque spoliis sumptis et captiuatione Arabum multa reuersi sunt timore magno in eos patrato.

Anno imperii Absimari tertio exercitum mouit Habdalla in Romaniam et expugnans Tarantum, nihilque proficiens rediit ac aedificauit Mopsuestiam et posuit in ea custodes.

Anno imperii Absimari quarto Baanes cognomento Heptadaemon quartam Armeniam Arabibus subdidit. Absimarus uero Philippicum filium Nicephori patricii in Cephaloniam exulem misit ut imperandi somnio uenundatum. asserebat enim se in somnis uidisse quod caput suum obumbraretur ab aquila. quibus imperator auditis hunc protinus exilio relegauit.

Anno imperii Absimari quinto seditionem concitauerunt V
principes Armeniae contra Saracenos et eos qui erant in Armenia peremerunt et iterum ad Absimarum mittunt et Romanos in regionem suam adducunt. porro Muhammad acie aduersus eos directa multos occidit et Armeniam Saracenis submittit optimatesque Armeniorum coaceruatos in uno loco uiuentes incendit. per idem uero tempus exercitum mouit Azar in Ciliciam cum decem milibus. cui cum obuius occurrisset Heraclius frater imperatoris, plurimos eorum occidit, residuos uero uinctos imperatori transmisit.

Anno imperii Absimari sexto Azidus cunei aciem contra VI
Ciliciam mouit expugnansque Sisui castrum Heraclius imperatoris frater optinuit et bellum in eum aggressus Arabum duodecim milia necat. interea Iustinianus cum penes Chersonam degeret et se iterum imperaturum concionatus denuntiaret accolae locorum eorundem discrimen ex imperio prouenire metuentes consiliati sunt hunc interficere uel certe imperatori transmittere. ipse uero cum id sensisset, potuit effugere et Daras adiens Cazarorum se poposcit Chaiani optutibus praesentari.

9 eptademon *D* 11 phılıppŭ *D* 12 ımperandıſ omıno *D* 19 ſŭ| mıttıt *D* 26 caſtra *D'* 28 poeneſ cerſonă *D* 32 ſenſıſſ& · fugıenſ & *D* 33 gazarorŭ *D*

qui cum rei circumstantiam didicisset, suscepit eum cum honore ingenti et tradidit illi in uxorem Theodoram germanam sororem suam. post modicum uero temporis prece oblata Chaiano descendit in Phanagoriam et illic degebat cum Theodora. his auditis Absimarus mittit ad Chaianum promittens ei praebere munera multa si Iustinianum sibi dumtaxat uiuum transmitteret, sin autem, saltem caput eius.

VII Cedens autem Chaianus huiusce modi petitioni, custodiam ei misit quasi ne a contribulibus suis insidias pateretur mandans Papatzin qui erat illic in personae suae uice deputatus et Balgitzin principi Bospori ut cum nuntiatum foret, eundem trucidarent Iustinianum. his autem per seruum Chaiani Theodorae nuntiatis et Iustiniano patefactis conuocatos ad se iam dictos Papatzin et Balgitzin principes quasi ad colloquendum secreto chorda strangulare curauit. confestimque Theodoram in Chazariam mittit et ipse a Phanagoria clam fugiens in Men descendit et inuenta naui parata ascendit in eam et nauigans iuxta litora uenit usque ad Symbolum iuxta Chersonam. ad quam mittens occulte tulit Barisbacurium et fratrem eius Saliban quoque ac Stephanum et Moropaulum una cum Theophilo. qui cum nauigasset cum eis Chersonis Pharum transiuit. sicque demum transfretantes Necropela seu ostia Danapri et Danistri tempestate facta super salute sua desperati sunt omnes. Miaces uero familiaris homo ipsius dixit ei 'ecce morimur domine, uoue deo pro salute tua ut si deus imperium tibi tuum reddiderit in nullum tuorum ulciscaris inimicorum'. at ille respondens in furore dixit 'si pepercero cuiquam ipsorum, hoc in loco me deus demergat.' et sine periculo ab aestu illo exiuit et introiuit in Danubium amnem.

VIII Cum autem misisset Stephanum ad Terbellin dominum Bulgariae ut sibi auxilium praestaret ad optinendum patentale

---

4 phena|gorià *D* 5 praebere] prẹuenıre *D* 7 capud *D* 9 nė quafı *D* 10 *et* 14 patzın *D* 10 balgıtzıın *D* 11 bofphorı *D* 14 quafı *om.* *D* 15 corda *D* 16 a phanagorià *D* 18 lıtoro · | uentufq. ad *D* cerfouè *D* 21 cerfonıf *D* 22 hoftıa douapfı · *D* 28 sine] fı *D* 31 uulgarıę *D*

imperium suum repromisit ei plurima se dona daturum et filiam eius in mulierem accepturum ipsique in cunctis oboediturum et concursurum iureiurando pollicitus. quo ille cum ingenti honore suscepto commouet uniuersum sibi suppositum populum Bulgarum scilicet atque proximo anno ad regnantem urbem uenerunt.

Anno imperii Absimari septimo mortuus est Abimelech Arabum princeps et tenuit principatum eius Vbalid filius. eodem quoque anno Iustinianus cum ad regiam ciuitatem uenisset una cum Terbelli et subiectis Bulgaribus castra metatus est ad portam Charsii et usque Blachernas. et per tres dies alloquentes eos qui erant in urbe conuiciis dehonestabantur ab illis qui eorum saltem nec uerbum admittebant. at uero Iustinianus cum paucis contribulibus bello excepto per aquae ductum ingressus et tumultum excitans fodiendo urbem optinuit et post paululum tabernacula in palatio Blachernarum tetendit.

VIIII

Igitur anno imperii sui primo id est quo imperium IVSTINIANVS recepit multa dona Terbelli tribuens simul et regalia uasa dimisit cum in pace. ceterum Absimarus urbe relicta Apolloniadem fugiens adiit, iusecutionem tamen perpessus apprehenditur et ad Iustinianum deducitur. porro Heraclius a Thrace uinctus adductus est cum omnibus qui ei opitulabantur, quos in muro omnes suspendio interfecit. cum autem et ad Mediterraneam destinasset, plurimos ex eis inuentos tam actores quam priuatos similiter interemit. porro Absimarum atque Leontium uinctos catenis per totam urbem pompis fecit dehonestari. cumque ludi equestres agerentur ipseque in solio resideret, ducti sunt publice tracti et proiecti proni ad pedes eius. quorum ille colla usque ad solutionem primi brauii calcauit uniuersa plebe clamante 'super aspidem et basiliscum ambu-

---

1 donaturu et *D'* 5 uulgarũ *D* 7 habdilmelic *D* 8 eiuſ ulid · *Dp* (ulahed *omisso* eiuſ *P ante corr. ut uidebatur Grutero*), *deinde* filiuſ habdalharem · *D* 10 uulgarib; *D* 12 alloquente *D* dehoneſtabatur *D* 14 p que *D* 15 exercitanſ *D* 18 quo] qđ *D* 25 eiſ *D* 29 puplice *D*

lasti et conculcasti leonem et draconem.' et ita hos destinatos in uiuario animantium capitis animaduersione puniuit. Callinicum uero Patriarcham ablatis oculis apud Romam exilio relegauit et pro eo Cyrum, qui in insula fuerat inclausus Amastridis, tamquam eum qui praenuntiauerat sibi prioris restitu-
X tionem imperii subrogatum prouexit. innumerabilem quoque multitudinem tam ex ciuili quam ex militari catalogo perdidit, multos etiam in saccos missos amara fecit morte necari; alios autem cum ad prandium uel ad cenam accubitaret, mox ut surgebat partim suspendio partim incisione perdebat. et hinc magnus timor optinuerat omnes. misit interea classem ad deducendam a Chazaria uxorem suam et multae suis cum uiris scaphae demerserunt. quo audito Chaianus significat ei dicens 'o insensate nonne oportebat te in duabus uel tribus scaphis accipere mulierem tuam et non tantam occidere multitudinem? an putas quod et hanc arte percipias? ecce peperit tibi et filium, mitte ergo et accipe illos.' at misso ille Theophylacto cubiculario duxit Theodoram et filium eius Tiberium et coronauit eos et imperauere simul cum ipso.

XI Anno imperii Iustiniani secundo Vhalid subripuit ecclesiam catholicam Damasci liuore pestifero in Christianos habito stimulatus propter eminentem tanti pulchritudinem templi et prohibuit scribi Graece publicos logothesii codices sed in Arabicis annotari sine computo, quoniam impossibile est illorum lingua monadem uel dualitatem aut trinitatem aut octo et dimidium aut tria scribi propter quod et usque hodie sunt cum eis notarii Christiani.

Anno uero imperii sui tertio Iustinianus pacem inter Romanos et Bulgares euertit et equestres militias in Thrace transire faciens classibus constructis contra Bulgares et Terbelli properauit. cum autem uenisset ad ripam, nauigium quidem ante castrum applicare fecit, equites uero in superioribus campis

---

2 Kallınıcu uero pathrıarcha *D* 5 prıorı *D* 6 ınnubıle *D* 7 catalago *D* 9 ut *om.* *D* 17 theofılacto *D* 18 tyberıu *D* 20 uhd *D* 21 lıbore *D* 23 trabıceſ *D* 24 coputa *D'* 29 uulgareſ (a *corr. ex* o) *D* 30 uulgareſ *D*

sine custodia et omni suspicione castra metari praecepit. populo autem sicut ouibus per campos ad legendum foenum disperso uiderunt exploratores Bulgarum uanam Romanorum dispositionem, et coaceruati ut ferae subito irruerunt et uehementer consumpserunt Romaicum ouile multam praedam et equos et arma exceptis his qui perempti sunt accipientes. porro Iustinianus cum ad castrum fugisset cum his qui euaserant, per tres dies portas clausas et obseratas tenuit. uidensque Bulgarum perseuerantiam ipse primus equi sui neruos incidens omnes id ipsum facere iussit. armis autem bellicis supra murum positis noctu in scaphas ascendens latenter enauigauit et cum confusione peruenit ad urbem.

Anno imperii Iustiniani quarto exercitum mouit Masalmas XII
aduersus Tyanum propter indignationem exercitus una cum Mauinia per Marinianum occisi et hanc obsidentes hiemauerunt ibidem. ad quos mittit imperator duos praetores Theodorum Carterucam et Theophylactum Saliban cum exercitu et agresti populo rusticam operam daturo ad bellandum eos et insequendum. ipsi uero ad contentionem in alterutrum uenientes et inordinate in eos congressi statim uertuntur et multa milia perierunt et captiui ducti sunt multi. at illi sarcina eorum et escis acceptis obsederunt quo usque ciuitatem ceperunt. defecerant enim illis escae ac per hoc recessuri erant. porro uiri Tyanenses his uisis desperati acceperunt uerbum indemnitatis suae et exierunt ad eos et derelicta est ciuitas deserta usque in praesentem diem. uerum illi non seruantes uerbum hos in eremum exules transmiserunt et multos ex his seruos retinuerunt.

Anno imperii Iustiniani quinto mouit exercitum Abas contra XIII
Romaniam et multis in captiuitatem ductis rediit et coepit aedificare Garis in regione Eupoleos.

Anno imperii Iustiniani sexto mouit Vtham aduersus Ciliciam et multa castra uerbo accepit. proditum autem est eis

---

2 foeno *D* 3 *et* 8 uulgaru *D* 14 tyrannu *D* 15 mauima *D* 16 theophılactu *D* 20 ſtatım *om. D* 22 defecerat *D* 24 tyrannenſeſ *D* 27 heremu *D* 29 ıuſtınıano *D'* 30 cepıt *D* 33 autē teſteıſ *D*

et Camachum cum adiacentibus sibi locis. interea Iustinianus stolo copioso armato Maurum patricium misit Chersonem una cum Stephano patricio cognomento Asmicto malorum memoria succensus insidiarumque recordatus contra se a Chersonitensibus et Bosporianensibus ac reliquis climatibus effectarum. omnes naues dromones uidelicet trieres et scaphas chimaeras ac lintres usque ad chelandia per collationem ab uno quoque habitantium urbem senatorum scilicet et ergasteriacorum et plebeiorum ac omnis officii collegit. quibus missis praecepit omnes habitantes in castris illis gladio interficere et neminem uiuificare tradens eis et Heliam Spatharium qui deberet princeps Chersonis constitui.

XIIII Qui Chersonem peruenientes nemine sibi resistente castra ceperunt et omnes interfecerunt gladio exceptis infantibus utpote paruulis his parcentes et sibi hos in seruitium reseruantes. Tudunum autem principem Chersonis qui ut ex persona Chaiani erat et Zehelum qui ex linea et genere primus ciuium habebatur atque alios quadraginta illustres seu primores Chersonis una cum familia ipsorum uinctos ad imperatorem miserunt. alios uero septem ex primoribus Chersonis in uerubus ligneis igni applicantes assauerunt. alios etiam uiginti post tergum horum brachiis uinctis ad lora nauis alligantes et lapidibus hanc implentes in profundum miserunt. his autem Iustinianus auditis super salute puerorum saeuiens iussit eos quantocius aduenire. cum autem stolus octobri motus et in pelago praeoccupatus esset in astri ortu quod Taurura dicitur, paene totus demersus est. sane numerata sunt eorum qui naufragio periere milia septuaginta tria. at uero Iustinianus his agnitis non est tristatus quin potius gaudio repletus et huius modi adhuc uesaniae deditus clamore magno minitans iterum alium stolum mitti et arari atque ad pauimentum illidi uniuersos usque ad mingentem parietem iussit.

2 pathriciu *D* cerfone *D* 4 fe · accerfonitenfib; *D* 5 bofphorianenfibuf *D* 11 *et* 16 *et* 18 *et* 20 cerfonif *D* 13 cerfoue *D* 17 zoe|num *D* habebat *D* 20 uerib; *D* 25 octuber *D* 26 in *D* taurura *DP, Anastasius, Bongarsianus:* arcturum *cod. Pithoei* 30 minitanf magno *D*

XV Audierunt haec qui erant ex castris illis et sese munierunt coactique contra imperatorem sapere miserunt ad Chaianum in Chazariam petentes populum ad custodiam sui. uerum inter haec erigitur et Helias Spatharius et Bardanes exul qui tunc fuerat a Cephalenia reuocatus eratque cum classe apud Chersonem. porro imperator his cognitis misit cum paucis dromonibus Georgium patricium cognomento Syrum et generalem logothetam et Iohannem praefcetum atque Christophorum turmarchen Thracesensium cum trecentis armatis tradens eis Tudunum ac Zohelum qui deberent Chersoni restitui secundum quod antea fuerat, ad rationem reddendam Chaiano per apocrisarium ducendosque ad se Heliam atque Bardanem. quibus transmeantibus in Chersonem his Chersonitae rationem reddere dedignati sunt, in crastinum uero solos hos ciues ingredi exhortati portas clauserunt et generalem quidem logothetam una cum praefecto gladio trucidarunt. Tudunum uero cum Zohelo et iam dicto turmarcha una cum trecentis militibus Chazaris tradiderunt et ad Chaianum mittere curauerunt. Tuduno autem in itinere mortuo Chazari in susceptionem eius occiderunt turmarchen una cum trecentis militibus. tunc hi qui Chersonis erant ceterorumque castrorum Iustiniano quidem mala imprecati sunt, Bardanium uero Philippicum qui illic fuerat exilio relegatus etiam ut imperatorem laudibus extulerunt.

XVI His compertis Iustinianus et peramplius insaniens filios quidem Heliae Spatharii in matris sinu peremit. hanc autem coegit coniungi proprio coquo qui erat genere Indus. sicque alio nauigio constructo Maurum patricium Besum dirigit traditis ei ad ciuitatum expugnationem machinis et ariete omnique ad urbis exterminium instrumento mandans illi muros quidem Chersonis omnemque urbem ad terram prosternere, nullam uero animam ex ipsa uiuificare crebrisque quae satagerentur

3 gazaria *D* 5 claſſi *D* 6 cerſone *D* 7 pathriciu *D* 8 xpoforu *D* 9 thraceſienſiu *D* 10 zoelu *D* cerſoni *D* 12 bardanu *D* 13 cerſone *D* cerſonite *D* 16 zoelo *D* 17 turmacha *D* 19 gazari *D* turmachen *D* 20 *et* 30 cerſoniſ *D* 25 ſpatarii *D* 26 coco *D* 31 quae satagerentur *Gruterus:* quę ſe agerentur *DP*

suggestionibus intimare. hoc autem transmeante perque arietem turrem quae dicebatur Centinarisia, simul et proximam eius Syagrum uocatam deponente Chazarisque peruenientibus factae sunt induciae belli. Bardanius autem fugiens ad Chaianum pergebat. cum uero inefficax stolus effectus ad imperatorem remeare minus auderet, Iustinianum quidem execrati sunt, Bardanium autem ut imperatorem et ipsi laudibus extulerunt. praeterea petierunt a Chaiano ut daret sibi Philippicum. porro Chaiano uerbum ab illis exigente ne proderetur ab eis et deferretur ei per unum quemque uirum numisma unum, illi protinus his datis acceperunt Philippicum imperatorem.

XVII Cum autem classis moraretur et suggestio nulla ueniret, sensit Iustinianus causam, sumptisque secum his qui erant Obsicii et parte Thracensium ascendit usque Sinopen ad discenda quae Chersone fuerant gesta. cumque intueretur ulteriores partes, uidet classem ab urbem uela mouentem frendensque ut leo et ipse ad urbem reuersurus impetum demonstrauit. uerum Philippico praeueniente ipse ad Damastrin ueniens castra metatus est. at uero Philippicus continuo mittit contra Tiberium quidem Maurum patricium et Iohannem Spatharium cognomento Strutho, Heliam uero similiter cum incursione militari contra Iustinianum in Damastrin, iterumque aliam contra Barisbacurium qui fuga fuerat usus. et Maurus quidem una cum iam dicto Strutho cum ad Blachernas abiisset, inuenit Tiberium altera tenentem manu columellam sanctae mensae dei genetricis altaris et altera pretiosa ligna et in collo phylacta, extra tribunal autem residentem Anastasiam patris eius matrem, quae Mauri pedibus prouoluta flagitabat ne suus occideretur nepos Tiberius utpote qui nihil gesserit prauum. cumque illa pedes huius teneret et cum lacrimis supplicaret, ingressus est Struthus intra tribunal, ui arripuit illum et pre-

1 hic *D* 3 ſyriagrù *D* gazariſq. *D* 4 indutię *D* 14 thraceſenſiú *D* 15 cerſone *D* 16 uidit *D'* claſſim *D* 18 damaſtrym *D* 19 philippuſ *D* 20 *et* 25 tyberiú *D* pathriciú *D* 22 damaſtryn *D* 23 *in* bariſbacuriú *prior* u *corr. ex* a *in* *D* 24 iam] in *D* 26 philacta *D* 29 tyberiuſ *D* nichil *D*

tiosa quidem ligna ab eo sublata supra mensam posuit, phylacta uero in collo suo suspendit. puero autem foras educto et dispoliato supraque limen expanso guttur eius instar ouis secarunt et hunc in templo sanctorum Anargyrorum, quod Paulinae uocatur, sepeliri mandarunt. comprehensus uero praeterea et Barisbacurius primus patricius et comes Obsicii interemptus est.

Porro Helia una cum eis qui erant secum ascendente in XVIII Damastrin et ad sermones eum eo qui illic erat exercitu ueniente uerbumque inpunitatis populo qui erat cum Iustiniano praebente sequestrati sunt uniuersi et discesserunt a Iustiniano solum hunc deserentes et ad partes Philippici confluentes. tunc praedictus Helias Spatharius furore currens collo eius apprehenso pugione quo erat accinctus amputauit caput ipsius et per Romanum Spatharium ad Philippicum misit. at uero Philippicus per eundem Spatharium hoc ad occidentales partes usque Romam transmisit. praeterea priusquam imperaret erat quidam inclausus in monasterio Callistrati praenisor et haereticus, qui ascendenti ad se Philippico dixit 'imperium est tibi repositum.' at ille turbatus est. et ait inclausus 'si deus iubet tu quam ob rem contradicis? hoc autem dico tibi quia sexta synodus male facta est. si ergo imperaueris, hanc proice et efficietur imperium tibi forte atque longaeuum.' qui cum iuramento spopondit ei se hoc facturum. cum autem Leontius Iustiniano successisset, ascendit Philippicus ad inclausum, qui dicit ei 'ne festines: fiet tibi.' cumque et Absimarus imperasset, rursus ascendit ad eum. cui ille iterum ait 'ne accelercs, illud enim praestolatur te.'

Porro cum Philippicus hoc quibusdam amicis suis fidenter XVIIII fuisset confessus, ab eis Absimaro nuntiatum est qui caesum et tonsum atque ferreis uinculis alligatum hunc in Cephaloniam exulem misit. cum autem Iustinianus imperium accepisset, reuocauit eum. et cum regnaret, fecit pseudosynodum episcopo-

1 ab eo ligna *D*   6 comef obfeqı · *D* (obfequii *etiam P*, *Bongarsianus*, *Anastasius*)   8 afcedentē ın damaftryn *D*   11 pręuente *D*   14 capud *D*   18 ım *D*   kalliftratı *D*   26 apfımaruf *D*   30 fuıffē *D*

rum iuxta pseudomonachi et inclausi sermonem et abiecit sanctam et uniuersalem sextam synodum. eodemque anno ille uanus oculorum caecitatem incurrit. quique cum in multa positus securitate in regalibus degeret multitudinemque pecuniarum˙ et splendidissimarum substantiarum illic ex multis retro temporibus ab his qui antea imperauerant ex proscriptionibus et diuersis occasionibus maximeque a praedicto Iustiniano collectarum inuenisset, haec frustra et incassum ac sine dolore dispersit. et in disputationibus quidem suis rationabilis et prudens aestimabatur, in actibus autem inhoneste ac indigne uitam consummans improbabilis ubique demonstrabatur. erat autem haereticus et adulter.

XX Anno ab incarnatione domini septingentesimo quarto Romanis imperat PHILIPPICVS qui regnauit annis duobus. Arabibus autem praeest Vhalid, qui ducatum nouem tenuit annis. anno igitur imperii sui Philippicus primo Armenios de terra sua pellens in Armenia quarta et Melitene habitare coegit. porro non praeualuit saeuius moueri contra sanctam ecclesiam et uniuersalem sextam synodum subuertere studens diuinaque ab eo roborata sunt dogmata. repperit autem sui sensus Iohannem, quem episcopum Constantinopoleos fecit deposito Cyro praesule quem et exilio relegauit in monasterio Choras, Nicolaumque a diacono Caneum effectum qui cum medicinali esset disciplina sophista, tunc quaestor erat ac Elpidium diaconum magnae ecclesiae atque Antiochum chartophylacem et alios morum eorundem qui etiam scripto anathematizauere sanctam sextam synodum. interea Bulgares per Philea clam in angustum incidentes et magna caede facta usque ad urbem discurrentes et multos transuehentes nuptiisque opulentis et dapsilibus prandiis cum uario argento ceteroque apparatu repertis usque ad Auream portam discurrentes totaque Thrace praeda euacuata illaesi cum innumeris pecoribus ad propria sunt re-

---

3 quib · cū *D* 11 confumanf *D* 15 autem *om. D* uhd *D* 17 mehtenę *D* 18 ecclefiam & *om. D* 19 diuina quę *D* 24 erat · Agelpıdıū *DP*, *Bongarsianus, Anastasius, emendauit Gruterus* 25 cartophılacē *D* 27 uulgaref *D* 31 pręde *D*

uersi. similiter et Arabes Misthiam ceperunt et alia castra multa praeda familiarum plurimarum et pecorum innumerabilium facta.

Anno imperii Philippici secundo mouit exercitum Habas XXI
contra Romaniam et accepit Antiochiam Pisidiae cum multa praeda et reuersus est. factus est autem et terrae motus in Syria.

Biennio uero imperii Philippici in his transeunte circoque natalicio consummato cum Prasini uicissent uisum est imperatori sabbato Pentecostes equitem cum susceptione ac organis ingredi et lauari in publico balneo Zeuxippi, et cum ciuibus prosapiae antiquae prandere. cum autem meridie quiesceret repente per Auream portam introiuit Rufus primus stratorum Obsicii cognomento Buramphi, et Theodorus patricius Myacii cum taxatis quos habebat in Thrace thematis sui et festinans in palatium inuenit Philippicum meridie quiescentem et comprehensum eum duxit sursum in oratorium Prasinorum et illic eius oculos eruit nullo sciente. in crastinum autem id est Pentecostes coaceruato in magna ecclesia populo coronatus est Artemius primus a secretis mutato nomine Anastasius. Sabbato uero post Pentecosten oculis priuatus est Theodorus Myaces et secundo sabbato id ipsum pertulit Georgius Buramphus et in exilium missi sunt apud Thessalonicen.

Anno ab incarnatione domini septingentesimo sexto ARTEMIVS XXII
Romanis imperat. Masalmas igitur incursiones aduersus Romaniam mouit et dispoliata Galatia rediit cum praeda et spoliis multis. ast Artemius magistratibus in equestribus militiis idoneis et rationabilibus in rebus ciuilibus ordinatis iam requiem degebat adeptus. cumque Arabes contra Romaniam terra marique armarentur, misit imperator principes in Syriam ad Vhalid quasi pro his quae ad pacem pertinent locuturos Danielem uidelicet et inter alios Sinopitem patricium et praefectum urbis mandans eis diligenter inuestigare de motu

4 abaſ *D* 5 anthıocıā *D* 9 natalıtıo *D* conſummato *om.* *D* 10 ſuſceptıonē *D* 14 obſequıı *D* 23 theſalonılceu *D* 26 redıt *D'* 31 ulıd *D* 32 danıhelē *D* pathrıcıū *D*

eorum et uirtute contra Romaniam construenda. qui cum abiissent et remeassent, nuntiauerunt imperatori magnum contra regiam urbem per terram ac mare instrumentum eorum. tum ille praecepit quo unus quisque sumptus usque ad triennii tempus sollicite praepararet' 'qui autem hoc non possederit ab urbe' inquit 'discedat.' constituit autem praepositos construentium naues et coepit aedificare dromones et dieres igniferas et maximas trieres. et maritimos quidem renouauit muros, similiter autem et terrenos sistens arcobalistas et mangana in turribus et argumentosas alias machinas et secundum quod possibile sibi erat urbem muniuit frugesque plurimas in regalibus horreis posuit atque munitas sibimet reseruauit.

XXIII Anno imperii Artemii qui et Anastasii secundo mortuus est Vhalid Arabum dux et Suleiman filius Abimelech in principatu succedit qui tribus praefuit annis.

Eodem quoque anno translatus est a Cyzico urbe metropoli Germanus Constantinopolim in quo et commonitorium translationis quod subinfertur pronuntiatum est continens ita 'electione et approbatione religiosissimorum presbyterorum et diaconorum et totius uenerabilis cleri sacrique senatus et amici Christi populi deo conseruandae huius regiae urbis diuina gratia, quae semper infirma curat et ea quae non sunt adimplet, transtulit Germanum sanctissimum praesulem Cyzicensium metropoleos in episcopum huius deo conseruandae ac imperatoriae ciuitatis. facta est autem praesens translatio in praesentia Michaelis sanctissimi presbyteri et apocrisarii apostolicae sedis et reliquorum sacerdotum ac praesulum sub Artemio imperatore.

XXIIII Porro cum Artemius didicisset quod classis Saracenorum ab Alexandria in Phoenicem properasset, ad incidendum lignamen cupressinum electis ex proprio stolo uelocibus scaphis

2 adiſſent *D*   magnā *D'*   6 diſcedat inquit *D'*   7 cepit *D*   8 quidē remouit *D*   13 qui et] quinto *D*   14 ulid *D*   zuleimin *D*   habdilmelic *D*   16 kizico *D*   17 Germanuſ *om. D*   22 non *om. D*   23 gemanū *D*   ciziceneſiū *D*   26 michahelis *D*   p̄bris *D*   30 phenicem *D*   31 cypreſſinū *D*

misit taxatos ex themate Obsicio et apud Rhodum omnes colligi iussit praeposuitque praetorem eis et caput Iohannem magnae ministrum ecclesiae, qui dicebatur papa Iohaunacis, quique generalis erat tunc logotheta. is ergo cum Rhodum adiisset et nauigia conuenisset, alloquebatur principes super munitione ac itinere ipsorum in Phoenicem ad incendendum lignamen et praeparationem quae inueniretur Agarenorum. cumque omnes alacriter obaudissent, hi qui erant Obsicii hoc nullatenus admiserunt et imperatorem quidem detestati sunt, diaconum uero Iohannem frameis interemerunt. hinc ergo stoli diuisi ad sua nauigauerunt loca, illi uero nequam operatores contra regiam ascenderunt urbem. cum autem Adramizium adissent essentque sine capite, inuenerunt illinc hominem indigenam Theodosium nomine, qui publicorum erat tributorum exceptor iners ac idiota et hortati sunt eum imperare. at ille fuga usus in monte latebat. quem inuentum ut imperatorem laudibus extulerunt ui cogentes eum.

Quibus Artemius cognitis praefecit urbi domesticos homi- XXV
nes suos principes una cum stolo quem ipse construxerat et armatis eis ipse Nicaeam ingressus abiit in urbem et ibidem se munit. rebelles autem ascendentes et commoto toto themate Obsicii et Gothograecis comprehensisque multis pusillis et magnis negotiatoriis scaphis per terram perque mare Chrysopolim currunt. cum autem urbis classis in portu sanctae Mamae stationem fixisset singulis quibusque diebus per sex menses in uicem expugnauerunt. cum uero urbis stolus ad Neorii urbis portum profectus stetisset transiens Theodosius Thracenses optinuit partes. proditione uero facta per portam singularis muri Blachernarum urbem cepit. ast iniqui Obsicii populi una cum Gothograecis noctu per domos ciuium discurrentes maximum nulli parcentes excidium operati sunt. principes autem qui in ea erant Artemii una cum Germano sanctissimo

2 capud *D* 3 miniſtrum *om.* *D* 6 phenicen *D* incidendū *D* 20 ni|ceā urbē eſt ingreſſuſ· abiit ibidēq· *D* 23 chruſopolim *D* 24 ſci mame *D* 27 thranſienſ *D*

patriarcha Constantinopolitano comprehensos duxerunt in casam Artemii et eorum qui cum ipso erant. porro Artemius his uisis desperatione sui fessus semet ipsum tradidit uerboque impunitatis accepto monastico indutus est habitu. quem Theodosius illaesum reseruans apud Thessalonicam exilio relegauit. porro Philippicus imperauit annis quidem duobus et mensibus nouem, Artemius uero anno uno et mensibus tribus. Leo praeterea cum esset praetor orientalium quoniam auxiliabatur Artemio non est subditus Theodosio. habebat autem conspirantem sibi et concurrentem Artabasdum Armenium praetorem Armeniacorum cui et spopondit filiam suam se in uxorem fore daturum, quod et fecit.

XXVI Anno ab incarnatione domini septingentesimo octauo Theodosivs Romanis imperat anno uno. cuius tempore Masalmas aduersus Constantinopolim aciem dirigit et praemisit Suleiman cum exercitu per siccam, Haumarum uero per mare. porro ipse post eos cum multo apparatu hostili uenit. Suleiman autem et Bacarius Amorium peruenientes scribunt ad Leonem praetorem orientalium ita 'nouimus quia imperium Romanorum te decet: ueni ergo ad nos et loquamur quae ad pacem sunt.' intuens enim Suleiman Amorium exercitum non habere et inimicitia penes magistratum iacere ob auxilium quod Artemio conferebat, obsedit illud uolens illic et Masalman expectare. mox autem ut appropinquauit ciuitati, coeperunt Saraceni laudibus diffamare praetorem, Leonem imperatorem rogantes et hi qui intus erant id ipsum efficere. uidentes autem et hi qui erant Amorii quod Saraceni hunc amore laudarent, laudauerunt et ipsi. cognoscens uero praetor quod taxatis ac principibus non existentibus periturum foret Amorium, significat Suleiman 'si uis' inquiens 'ut ueniam ad te et quae pacis sunt loquamur cur obsides ciuitatem?' at ille 'ueni et recedo.' et accepto praetor ab eo uerbo cum

1 patriarcho *D* 3 fui fuiſ feſſuſ *D* 4 accepto] expetito *D* 10 Armenium] artemiù *D* 16 *et* 17 *et* 21 *et* 30 zuleimen *D* 18 bacharu *D* 22 poeneſ *D* 24 ut *om.* *D* ceperunt *D* 28 cognoſcente *D* 30 uiſ ***** (iſ *in ras; extrema fuerant* ienſ) *D*

trecentis equitibus uenit ad illum. uidentes autem eum Agareni uestiti loricis suis uenerunt ei obuiam qui manebat dimidio procul a castris eorum miliario.

Per tres sane dies eo procedente ad ipsum quae ad pacem XXVII sunt loquebantur ut a ciuitate recederent. at illi asserebant 'sponde pacem et recedimus.' comperto uero praetor quod uellent eum retinere, uocauit multos ex illustribus Saracenis ad cenam. et uescentibus eis misit Suleiman tria milia loricatorum ad circumdandum eum ne fugeret et seruandum. quo custodia cognito nuntiauit quia multitudo equestrium Saracenorum in circuito nostro stat. ueniens autem unus ex eis eques nomine Zubeir in praesentia stetit dicens 'seruus fugit furatus pecunias multas et propter illum equis insedimus.' porro ipsorum agnita praetor deceptione dixit ad eos 'ne turbemini, nam quocumque perrexerit in castris nostris repperiemus eum.' tristatus autem uoluit occulte per hominem suum innotescere his qui Amorii erant dicens 'timete deum, ne uosmet ipsos prodatis. ecce enim et Masalmas appropinquat.' et exiit etiam episcopus ad eum et eadem ipsa dicit ei. cum uero Suleiman didicisset quod exisset ad eum episcopus, mittit ad praetorem dicentes 'da nobis episcopum.'

Qui maestus factus abscondit eum cuidam hominum suo- XXVIII rum praecipiens 'nobis' inquit 'colloquentibus indue aliis eum stolis et quasi propter ligna uel aquam missum sine ut uadat in montes.' insistentibus autem pro episcopo Saracenis dicit praetor 'non est hic, uerum tamen pergite ad Amiram et uenio et ipse et de cunctis loquemur.' ipsi autem cogitantes quod cum introisset ad Amiram in medio ipsorum retinerent eum hunc dimiserunt. at ille cum equo insedisset, profecturus cum ducentis hominibus quasi uenaturus dedit se in partem sinistram. Saraceni ergo qui erant cum eo dicunt illi 'quo uadis?' qui ait 'in pratis uolo manere.' at illi dixerunt 'consilium tuum

8 ϵt defcendentıb; *D* 10 multıtudıne *D* 11 nr̀ı *D* 14 agnıta fedıtıone prętor *D* 16 uoluit] potuıt *D* 18 mafalman *D* 20 zuleımen *D* 21 da nobıf dıcentef *D* 26 ameran *D* 27 ıntroır& ad ameran ·*D* 30 fe *om.* *D*

non est bonum et non uenimus tecum.' tunc dicit praetor suis 'uerbo nobis dato tenere nos uoluerunt et propter nos Christianos perdere. uerum ex his hominibus nostris uel animantibus quae remanserunt, nullam retinent.' et cum isset milibus decem, mansit. postera uero die mittit stratorum suorum domesticum et significat eis 'quia uerbum mihi dedistis et dolo me retinere uoluistis idcirco recessi.' at uero Masalmas clusuras tenebat et transierat, Suleiman autem hoc ignorabat. porro tumultuati sunt Amiraei et populus contra Suleiman perhibentes 'ut quid obsidemus muros et incursiones non facimus?' repositisque tabernaculis discesserunt. praetor autem Nicaeam turmarcham cum octingentis militibus in Amorium introduxit emissis ex eo multis mulieribus et infantibus et proficiscitur ipse in Pisidiam.

XXVIIII Cum autem Masalmas uenisset in Cappadociam desperati super se Cappadoces exierunt ad eum ut se reciperet flagitantes. audita uero Masalmas inimicitia quam habebat Theodosius in praetorem uolens hunc decipere et pacisci cum eo ac per ipsum Romaniam sibi subicere dicit eis 'non estis praetoris?' qui dixerunt 'etiam.' qui dixit 'facitis quicquid ipse facit?' at illi 'etiam.' tunc dicit eis 'ite ad castra uestra et quemquam timere nolite.' iussitque populo suo ne praedarentur in cunctis praetoris prouinciis. his praetor compertis et intellegens quod Suleiman nuntiaret Masalmae quod se dimiserit et discesserit, misit litteras ad Masalman dicens 'ad te uolebam uenire sed Suleiman cum issem ad eum, tenere me uoluit et idcirco metuo uenire ad te.' dicit ergo Masalmas homini praetoris 'noui quod illudat mihi praetor ne penitus depraeder prouincias eius.' dicit ei homo praetoris 'non est ita sed in ueritate scribit tibi.' tunc interrogat 'quo modo est Amorium erga illum?' ait 'bene et in subiectione eius.' iratus autem iniuriis afficit eum dicens 'cur mentiris?' at ille 'ita est ut

8 tenebet & *om.* *D* 8 *et* 9 *et* 24 *et* 26 zuleimen *D* 9 amerei *D* 13 infanatib; *D* 17 inimicia *D* 18 in] im *D* 20 qui dixit *om.* *D* ipſe *om.* *D* 24 maſalme *D* diſceſcerit *D* 28 deprehender *D* 30 eſt amoriù *ante* erga *add.* *D* 32 efficit *D*

dixi. et taxatos misit una cum turmarcha in ipsum et eduxit abundantiores familias.' tribulatione itaque ingenti Masalmas super hoc accepta furore repletus expulit eum. consilium quippe habebat aestate capere illud et expectandi classem et
sic in Asiam descendendi atque hiemandi. ergo iterum quae- XXX
sito praetoris homine sciscitatur ab eo. ille uero iure iurando dixit ad eum 'omnia quae aio tibi uera sunt. sed et mille in id taxati cum turmarcha ingressi sunt cunctamque substantiam ibidem habitantium et inopes familias eduxit illinc.' his auditis scribit praetori 'ueni ad me' inquiens 'et tecum paciscor et uniuersa ut uis patrabo.' contemplatus igitur praetor quod Masalaeo propinquasset et quod in aliis quinque diebus prouincias suas transiturus esset missis ad eum duobus consulibus significat ei dicens 'litteras tuas accepi et uoluntatem tuam suscepi et en ad te uenio. sed ut nosti praetor sum et pecuniae et argentum et populus me secuturus est ac per hoc permitte mihi super uno quoque ipsorum uerbum. et si quidem quem ad modum requiro ex uobis causa mea fuerit facta, bene et optime; sin autem, indemnis saltem et tribulatione proficiscar
excepta.' consulibus ergo peruenientibus ad eos in Theodosia- XXXI
nis dicit illis Masalmas 'sciebam quod illuderet mihi praetor uester.' at illi 'absit' inquiunt. tunc facto quod quaesierat uerbo dimisit eos. donec itaque consules cum scripto uerbo ad praetorem fuissent reuersi, Masalmas copiosas multitudines habens et usquam stare non ualens Acrohenum adit. praeterea cum uidisset praetor quod suas transisset ille prouincias, Nicomediam uadit et Theodosii filium consecutus capit hunc cum omni apparatu regio et uiris primis palatii. at uero Masalmas descendens in Asiam hiemauit illic et Hamar in Cilicia. ast praetor adsumpto filio imperatoris et inito consilio cum his qui secum erant uenit Chrysopolim.

Porro Theodosius compertis quae gesta sunt consilio a XXXII

---

1 *et* turmacha *D* & induxit *D* 2 *post* ingenti *deletum* misit *in D* 3 reppletuſ (u *corr. ex* a) *D* 4 claſſi *D* 11 ut uniuerſa *D* 12 maſaleo *D* 18 quéammodú *D* 22 queſierant *D* 25 acrenú *D* 30 aſúpto *D* 31 cryſopoi *D*

Germano patriarcha et senatu percepto per eundem patriarcham accepit a Leone indemnitatis uerbum et ecclesiae sine perturbatione seruandae et sic ei committunt imperium. porro Theodosius una cum filio suo clerici facti residuum uitae suae tempus transegerunt in pace. ueniens interea Masalmas Pergamum hanc obsedit et indulgentia dei per diabolicam operationem accepit. ex magisterio quippe magi cuiusdam adductam uiri ciuitatis illius mulierem incinctam iamque parituram inciderunt et adsumpto paruulo in caccabo hunc coxerunt. atque in huiusce modi deo detestabile sacrificium omnes qui bellare uolebant dexterae manus suae manicas intingebant et idcirco inimicis sunt traditi.

LIBER VICESIMVS TERTIVS

I Anno ab incarnatione domini septingentesimo nono Leo Romanorum prouehitur imperator, qui uiginti quattuor imperauit annis. Suleiman uero dux Arabum noscitur, quibus tribus praefuit annis. hoc itaque anno Leo imperare coepit ex Germanicensibus deriuatus, genere Syrus, qui a Iustiniano imperatore cum prius regnaret transfertur in Mesembriam Thrace. porro posteriore imperii sui tempore cum ueniret una cum Bulgaribus, obuius ei fuit cum muneribus ouium quingentarum. placatus autem Iustinianus Spatharium protinus illum fecit, et habuit hunc sicuti germanum amicum. praeterea inuidia ducti quidam detraxerunt ei tamquam imperium appetenti. cum uero super hoc quaestio fieret, uelut insimulatores confusi sunt. sane huiusce modi sermo extunc ei dici coepit a multis. Iustinianus ergo licet manifeste laedere hunc noluerit, taedium quidem sibi contra eum inicitur et mittit eum in Alaniam cum pecuniis ad commouendos Alanos aduersus Abasgiam Saracenis retinentibus tam Abasgiam quam Lazicen et Hiberiam.

---

7 ex] ꞓt *D* 9 aſsúpto *D* 12 *subscriptum* ꞓxplic' lib xxii · incipit lib · xxiii ; *in D* 16 zuleimen *D* 17 cepit *D* 18 diriuatuſ *D* 20 poſterioreſ *D* 21 uulgarib; *D* quingentorú *D* 26 cepit *D*

at ille cum pergeret in Lazicam pecunias quidem reposuit apud Phasidem perpaucisque adsumptis indigenis abiit Apsiliam. et cum transisset Caucasios montes, uenit in Alaniam. Iustinianus uero uolens eum perdere, misit et tulit pecunias ex Phaside. Alani autem Spatharium cum omni honore suscipientes atque uerba ipsius audientes introierunt et praedati sunt Abasgiam.

II At uero dominus Abasgorum intimat Alanis dicens 'ut inuenio alium talem mentionarium Iustinianus non habuit, quem mittere debuisset et commouere uos contra nos uicinos uestros nisi hominem istum? fefellit enim uos et circa repromissionem quoque pecuniarum, mittens enim Iustinianus has abstulit. sed date nobis eum et praebemus uobis numismatum tria milia et prisca caritas nostra non soluatur.' uerum Alani dixerunt 'nos non propter pecunias oboediuimus ei sed propter imperatoris dilectionem.' iterumque Abasgi mittunt ad eos dicentes 'date nobis eum et tribuimus numismatum sex milia.' porro Alani uolentes discere regionem Abasgorum repromiserunt se accipere illa numismatum sex milia et dare Spatharium. Alani uero confessi sunt Spathario cuncta et dicunt 'quem ad modum uides uia quae in Romaniam ducit clausa est, et quomodo transeas non habes, sed potius callide agamus et polliceamur eis quod tradamus te et mittimus homines nostros cum eis et discimus clusuras eorum et irruimus et exterminabimus regiones ipsorum.'

III Apocrisarii uero Alanorum abeuntes in Abasgiam et repromittentes Spatharium prodere, plurima xenia perceperunt ab eis et plures missos denuo mittunt, simul etiam cum quantitatę auri ad recipiendum Spatharium. Alani uero Spathario aiunt 'homines isti quem ad modum et praediximus ad te recipiendum uenerunt. et Abasgia te praestolatur. et quoniam proximi sumus eis, negotiatores euntes ad illos non deficiunt. ergo ne prodas consilium nostrum. trademus te manifeste et cum nos moti recesserimus, mittimus occulte post tergum et

2 aſuptıſ *D* adıιt *D* 6 ıntroırunt *D* 13 preuemuſ *D* 14 karıtaſ *D* 15 obedıuımuſ *D* 16 Iteruq · *D* 26 abaſgagıà *D* 34 ergù *D*

illos quidem occidemus, te autem occultabimus donec coaceruetur populus noster et sic concorditer ingrediemur terram ipsorum.' quod et factum est. comprehenso denique Spathario cum hominibus eius missi Abasgorum uincientes eum abibant. dein retro uenientes Alani cum Hiotaxi domino suo occidunt Abasgos, Spatharium occultantes. et electis militibus motus est in Abasgiam et insperate clusuras ingressus multam in Abasgos praedam et exterminium operatus est.

IIII Quibus auditis Iustinianus et comperto quod etiam sine pecuniis praecepta sua sint acta mittit litteras ad Abasgos 'quia si saluum' inquiens 'Spatharium nostrum custodieritis et per uos illaesum transire permiseritis omnes excessus uestros uobis ignoscimus.' at illi cum gaudio his receptis miserunt denuo in Alaniam perhibentes 'dabimus uobis obsides filios nostros et date nobis Spatharium ut mittamus eum ad Iustinianum.' uerum Spatharius hoc admittere noluit asserens 'ualet mihi deus aperire ostium exeundi. nam per Abasgiam non exeo.' post aliquod uero tempus cum exercitus Romanorum et Armeniorum ingressi essent in Lazicam et Archaeopolim expugnarent, Saracenorum audito aduentu recesserunt. separati uero ex eis usque ad ducentos ascenderunt in partes Apsiliae atque Caucasiorum montium depraedantes. Saracenis sane ad Lazicam uenientibus fuga lapsus Romanorum Armeniorumque populus Phasin remeans adiit. ducenti uero illi remeantes in Caucasiis stetere montibus latrocinantes et sui desperationem patientes.

V Quo comperto Alani arbitrati sunt multitudinem Romanorum in Caucasiis montibus esse gaudentesque aiunt Spathario 'Romani appropinquant, perge ad eos.' adsumptis ergo Spatharius Alanis quinquaginta transiuit cum cyclopedibus Maio mense Caucasios montes et inuenit eos. unde multum ganisus sciscitabatur ubinam esset populus? qui dixerunt 'Saracenis irruentibus in Romaniam reuersi sunt. nos autem non ualentes

---

2 ingrediamur (iam *in ras.*) *D* 3 deniq· miſſi abaſgorū ſpathario cū hominib; eiuſ uincienteſ *D* 6 eiectiſ *D* 11 quaſi | ſaluū *D* 16 ammittere *D* 17 hoſtiū *D* 18 aliquot *D* 19 archeopolim expugnar& *D* 24 remanenteſ *D* 28 aſuptiſ *D*

in Romaniam ire ad Alaniam uenimus.' et dixit ad eos 'quid faciemus modo?' qui dixerunt 'per regionem istam impossibile est transire nos.' at uero Spatharius ait 'non est possibile per aliam exire.' castrum ergo erat illic cognominatum Siderum. in quo loci seruator habebatur quidam Pharasmanius nomine sub dicione Saracenorum consistens, pacem cum Armeniis habens. mittit itaque Spatharius et significat ei dicens 'quam diu pacem cum Armeniis habes, paciscere et mecum et esto sub regno meo et da nobis auxilium descendendi ad mare et transcundi ad Trapezuntensium loca.' eo uero patrare hoc non proponente mittit Spatharius ex hominibus suis ad Armenios praecipiens eis ut facerent occultationem et 'cum exierint' inquit 'e castro ad laborem, capite ex eis quotquot potueritis portasque tenete ab his qui foris sunt donec et nos perueniamus,' quibus abeuntibus et facientibus occultationem cum populus esset ad laborem egressus, subito irruentes et portas tenuerunt et multos ceperunt.

Cum autem Pharasmanius in castro cum paucis mansisset, VI
peruenit etiam et Spatharius et praelocutus est cum Pharasmanio ut aperiret cum pace: noluit, sed coaceruauit bellum. uerum cum castrum munitum esset, capere id minime potuerunt. Marinus uero primus Apsiliensium cum didicisset quod castrum expugnaretur, timore detentus est existimans multum esse cum Spathario populum et sumptis secum trecentis abiit ad Spatharium dicens 'ego te saluum duco usque ad maritima.' at uero Pharasmanius uisa necessitate ad Spatharium dixit 'sume filium meum obsidem et profiteor imperio deseruire.' qui recepto nato eius dicit ei 'qualem seruum te ipsum perhibes quia inclusus cum sis loqueris nobis? impossibile nobis est discedere donec castrum capiamus.' tunc dicit Pharasmanius 'da mihi uerbum.' at uero Spatharius dedit ei uerbum nihil ei nocendi. sed cum triginta qui una secum ingrediebantur, praecepit dicens 'mox ut ingressi fuerimus, tenete portas et intro-

4 cognominatum — 5 loci *in fine uers. om.* *D* 6 ditione *D* 9 defcendi *D* 11 ad] et *D* 12 facer& *D* 16 lauorė *D* portȧ *D* 22 abſilenſiů *D* 30 pharafmaneſ *D* 32 praecepit *om.* *D*

eant omnes.' et hoc facto rediit missurus ignem in castrum. cum autem factum fuisset incendium uastum, exiere familiae, quicquid poterant gestare rapientes ex bonis suis et transactis aliis triginta diebus destruxit muros usque ad terram et motus descendit in Apsiliam cum Marino primo eorum susceptus ab Apsiliensibus cum ingenti honore. indeque abiens ad maritima remeauit et uenit ad Iustinianum.

VII Praeterea Iustiniano interempto et Philippico uisu oculorum orbato imperat Artemius qui prouexit eum praetorem orientalem. cum uero Theodosius imperasset et pulsus Artemius extitisset Romanorumque res publica esset confusa tam ex barbarorum incursu quam ex Iustiniani homicidiis et Philippici scelestis actibus hic Leo simulabatur et pro Artemio expugnabat, Theodosio aduersatus quin ut uerum dicatur ad se ipsum transferre imperium decertans, quod et fecit. habebat autem concordantem et concurrentem sibi Artauasdum Armeniacorum praetorem quem et generum sibi postquam regnauit Annae filiae suae conuinctum effecit promouens illum et constituens Curopalaten. interea Masalmas cum in Asia hiemasset, praestolabatur Leonis promissa, cumque nil a Leone recepisset et comperto quod illusus esset ab ipso adiens Abydum rursus transuexit populum copiosum in Thrace et contra regiam urbem commotus est scribens et ad Suleiman protosymbolum quo ueniret una cum praeparatis classibus.

VIII Porro nono decimo kalendarum Septembriarum obsidere coepit urbem Masalmas depopulatus et Thracoa quoque castella. circumuallato uero terreno muro foderunt in circuitu foueam prolixam et magnam et super eam sicci lapidis maceriam posuerunt. kalendis autem Septembribus primae indictionis ascendit impugnator Christi Suleiman cum stolo et Amireis suis, habens mirae magnitudinis naues et scaphas sumptus uehentes et dromones numero mille octingentos et fixit stationem a Magnaura usque ad Cyclouium. post duos sane dies

5 dapſı|hà *D* 6 addapſihenſib; *D* habıenſ *D* 16 artabaſ dú *D* 21 abıdú *D* 23 *et* 30 zuleımen *D* 26 cepıt *D* Thracoa *Anastasius*: thracea *DP* 30 amereıſ *D* 33 cıclouıú *D*

austro flante inde profecti nauigio uenerunt ad urbem et quidam eorum ad loca quae dicuntur Eutropii et Anthemii transmearunt, quidam autem ad partes Thrace a castello Galati et usque ad Clidium applicuerunt. uerum grandibus illis nauibus ex onere aggrauatis atque retardatis dorsicustodes usque ad uiginti scaphas remanserunt habentes centenos loricatos ad has custodiendas. praeterea serenitate, quae has in rheumate comprehendit effecta et Austro modicum flante ad exteriora impulsae sunt.

VIIII Imperator uero protinus igniferis nauibus contra eos directis ab Acropoli has diuina ope igne consumpsit et aliae quidem ex his ad ripae muros proiectae sunt, aliae uero una cum hominibus in profundum demersae sunt, porro aliae usque ad acutam et latam insulam consumptae portatae sunt. hinc ergo qui erant ex urbe fiduciam perceperunt, at hostes magno pauore concussi sunt humidi cognoscentes efficacissimam ignis operationem. uolebant enim eadem die uesperi ad ripae muros applicare stationem et temones supra pugnacula imponere, sed consilium eorum dissipauit omnipotens per intercessiones dei genetricis. eadem uero nocte imperator catenam a locis Galati secreto remouit, inimici autem aestimantes quod uolens eos decipere hanc remouerit imperator, non ausi sunt intrare usque ad ea quae dicuntur Galati uel applicare sed nauigantes ad sinum Sosthenii, illic munierunt nauigium suum. sane octauo idus Octobrias moritur Suleiman dux eorum et Amirae sumit officium Haumar filius Habdilbaziz. cum autem hiems in Thrace ualde grauis accessisset adeo ut terra non pareret a niue, quae in crystallum uersa esse uidebatur, multitudo equorum et camelorum ceterorumque animantium inimicorum mortua est.

X Porro uernali tempore uenit Suphian cum stolo qui fuerat Aegypti constructus habens naues frumentum ferentes quadrin-

3 ad] ea *D* 7 reumate *D* 8 auſtro] anguſto *D* 10 eoſ] eaſ *D* 11 acropuli *D* 13 in] im *D* 25 octuber *D* zuleimen *D* 26 ame|re *D* 28 parer& · atq · in criſtallu̇ *D* 30 mortuo *D* 31 ſuphiā *D*

gentas et dromones et comperta Romaici efficacia ignis transcurrit in Bithyniam et incontra transiens ad portum Boniagri applicuit. post paululum uenit et Gizid cum alio stolo qui fuerat constructus in Africa habens et ipse naues trecentas sexaginta et armamentum et sumptus, similiter et ipse cum eadem de humido igne didicisset, applicuit penes Saturon et Brian et usque ad Cartam portam. Aegyptii uero harum duarum classium apud se noctu consiliati nauium frumenta ferentium sublatis lintribus ad urbem confugerunt, imperatorem laudantes ita ut ab Heria usque ad urbem ligneum uideretur mare. comperiens autem per eos imperator de absconditis in sinu duabus classibus siphonibus igniferis constructis in dromones atque dieres hos inmittens contra duas classes direxit. deo autem cooperante per intercessiones intemeratae dei genetricis protinus demersi sunt inimici et adsumptis spoliis nostri et expensis eorum cum gaudio et triumpho reuersi sunt.

XI Adhuc autem Mardasan iterum a portis cum exercitu Arabum usque Nicaeam et Nicomediam discurrente principes regni qui in Libo et Sophone more Mardaitarum absconditi erant, simul et pedites in hos subito irruentes et diuersis damnis afficientes illinc fugere compulerunt. et de cetero modico meabilis freti aditu inuento ab urbe chelandia exeuntia plurimas expensas ferebant. similiter autem et piscatoriae nauiculae tam in insulis quam in locis circum muros ciuitatis positis capere pisces non prohibebantur. praeterea fame magna Arabibus innixa omnes moriebantur et animalia sua comedebant equos uidelicet asinos et camelos. aiunt autem quidam quod et homines mortuos quin et stercus suum in clibanum missum atque conspersum ederent. incubuit autem in eos et pestilens languor et innumerabiles ex eis perierunt. porro coaceruauit in eos bellum etiam Bulgarum gens et ut aiunt qui hoc certius norunt uiginti duo milia ex Arabibus occiderunt. et multa

1 cõ|pto *D* 2 bıthınıà *D* 4 habenſ et ıpſe *om.* *D* 5 armamtu *D* 6 poeneſ *D* 7 brıon *D* (-gyptı *D* 11 mare] manere *D* 15 aſuptıſ *D* 18 nıceà *D* 20 dampnıſ *D* 24 poſıtoſ *D* 28 clybanù *D* 29 &derent *D* 31 uulgarù *D*

tempore illo eis acciderunt atrocia ita ut experimento disceret quia deus et sanctissima uirgo deique mater hanc muniunt urbem et Christianorum imperatorem et non est omnimoda dimissio dei in his qui inuocant eum in ueritate licet ad modicum quid castigemur propter peccata nostra.

Anno imperii Leonis secundo dux Arabum habetur Hau- XII
mar, qui eis duobus praefuit annis. eodem quoque anno Sergius Protospatharius et praetor Siciliae audito quod Saraceni obsiderent regiam urbem, coronauit illic proprium imperatorem, uirum Constantinopolitanum ex hominibus suis filium Gregorii Onomaguli Tiberium mutato nomine uocitatum qui fecit promotiones et suos principes praedicti consilio Sergii. ast imperator his auditis mittit Paulum proprium suum Chartularium hunc patricium ordinatum et praetore Siciliae datis in auxilium ei Spathariis duobus et in seruitium eius perpaucis hominibus iussionibusque ad principes occidentis et sacra populo recitanda. qui cum noctu ingressi fuissent in dromonem uelocem, exierunt in partes Cyzici. a loco autem ad locum per terram perque mare itinere facto repente in Siciliam peruenerunt. cumque Syracusam introissent, audiuit Sergius et obstupuit et proprio excessu perpenso confugit ad propinquos Calabriae Langobardos. populus uero congregatus et sacra relecta per eam certus effectus quod et imperium staret et urbs promptior esset aduersus gentes nec non et enarrantibus illis quae super duobus stolis fuerant gesta, Leonem quidem imperatorem continuo laudauerunt, Basilium autem Onomagulum et principes qui ab illo profecti fuerant uinctos praetori tradiderunt. ipse uero Basilium quidem cum singulari praetore ipsius decollauit et capita eorum pusca condita per Spatharios imperatori transmisit, reliquorum autem quosdam uerberatos et tonsos quosdam uero naribus abscissis in auxilium destinauit. sicque factum est ut hinc in occidentalibus magna correctionis consti-

1 ılla *D'* 3 xp̀ianoru *D* dımıſſı *D* 6 ımperıı leonıſ ımperıı ſcđo *D* 8 *et* 14 ſycılıę *D* 11 tyberıum *D* 14 pathrıcıù *D* 18 cızıcı *D* 19 ınıtınere *D* 29 puſca *P:* puſca cuſca *D*, fusca *Anastasius, deinde* cuſtodıta · p ſpathata|rıoſ *D* 31 abſcıſıſ *D*

tutio fieret. porro Sergius uerbo impunitatis a praetore petito pariter et accepto exiuit ad eum et ita omnes pace potitae sunt Hesperiae partes.

XIII Interea Haumar cum optinuisset Arabes, praecepit Masalman redire. Saraceni ergo moti octauo decimo kalendarum Augustarum cum multa confusione reuersi sunt. cum enim iter ageret et classis eorum tempestas a deo per intercessiones dei matris incumbens in illos hos dispersit et alios quidem horum penes Proconesum et reliquas insulas, alios uero in uertigines et cetera demersit in aequora, residui quoque cum transirent Aegeum pelagus extemplo superuenit in eos terribilis indignatio dei: grando namque ignea descendens super eos aquam maris ebullire fecit et pice liquefacta simul cum hominibus naues in profundum inductae sunt, decem solis ex eis saluis et ipsis prouidentia dei saluatoris ad annuntiandum nobis nec non et Arabibus magnalia dei quae in illis effecta sunt, quas etiam nostrates inuenientes quinque harum comprehendere potuerunt, aliae uero quinque saluae in Syriam ductae sunt dei annuntiaturae potentiam.

XIIII Eodem uero anno terrae motu magno in Syria facto Haumar ciuitatibus uinum inhibuit et Christianos apostatare coegit. et apostatantes quidem sine tributo esse faciebat, at uero non consentientes interimebat ac per id multos martyres operatus est. sanxit autem testimonium Christiani aduersus Saracenum minime recipiendum. fecit autem et epistulam dogmaticam ad Leonem imperatorem, ratus impius ei persuadere quo a fide sua recederet.

Anno imperii sui tertio natus est Leoni principi filius nomine Constantinus, qui magis illo impius fuit et Antichristi praecursor. ceterum octauo kalendas Ianuarii Maria uxor Leonis coronata est in triclinio Augustaei et processit sola cum sollemni obsequio sine uiro suo ad magnam ecclesiam et ora-

5 octauo decima *D* 6 aug̀· *D* 9 proconeſů *D* 14 ſalue *D* 17 inuenteſ *D* 21 apoſtare *D* 23 multyreſ operatuſ *D* 25 eplam *D* 28 princi *D'* 30 kl iaǹ *D* 31 triclynio auguſtei *D* 32 ſollępni *D*

tione ante ingressum altaris effusa transiit ad baptisterium magnum uiro eius iam cum paucis familiaribus hominibus suis ingresso. ubi cum Germanus summus sacerdos Constantinum nequitiae ipsorum et imperii successorem baptizaret, dirum quiddam et foetidum a paruulo idem Constantino praesignans exhibuit argumentum cacans in sancto lauacro ut aiunt qui diligenter huius rei facti sunt inspectores ita ut Germanus sanctissimus prophetice diceret 'constat maximi Christianis et ecclesiae mali per eum efficiendi hoc signum esse futurum.' hunc itaque baptizatum prouinciarum atque senatus principes susceperunt. post diuina sane officia cum sollemni rursus obsequio Augusta Maria una cum baptizato filio reuersa est donatiuis erogatis ab ecclesia usque ad Aeneam portam.

Eodem etiam anno Niceta Xylinites scribit ad Artemium XV
Thessalonicae morantem quo pergeret ad Terbellim quatinus cum auxilio Bulgarico contra Leonem ueniret, qui obaudiens ad Terbellim abiit et dat ei exercitum et dat ei quinquaginta auri centenaria et his receptis Constantinopolim uenit. urbe sane id minime admittente Bulgares hunc Leoni tradiderunt et liberali honorati ab eo benignitate reuersi sunt. ast imperator hunc cum Xylinite peremit publico quoque fisco substantiam applicans Xylinitis, qui cum magister esset, substantiam multam possederat. Sissinium patricium cognomento Rendacium eo quod fuerit cum Artemio Bulgares capite punierunt et archiepiscopum Thessalonicensem Leoni principi tradiderunt qui decollatus est cum Artemio. similiter et Hisoen patricium et comitem Obsicii et Theoctistum primum a secretis et Nicetam et Anthracem et comitem Titichei ut amicos et concordes eius occidit, reliquos autem mutilatis naribus proscriptione damnatos in exilium misit.

---

2 magnam *D'* 5 a] et *D*, *deinde* paruule *d* 11 ſollèpnı *D* 12 reuerſuſ *D'* 13 ergo gratıſ ab *D* 14 nyceta xılınıteſ *D* 15 theſalonıce *D* 16 uulgarıco *D* ob | audıente *D* 19 amıttente uulgareſ *D* 21 xılınıte *D* 22 xılınıtı *D* 23 pathrıcıù *D* 24 cū *add. manus paullo recentior in marg. D* uulgareſ *D* 25 theſanıcen · | *D* 26 pathrıcıù *D* 29 dampnatoſ *D*

XVI Anno uero imperii Leonis quarto Gizid Arabum dux habetur filius Habdilmelic, qui eis quattuor praefuit annis. eodem quoque anno indictione tertia die Paschae redimitus est Constantinus a Leone patre suo in tribunalio decem et nouem accubituum Germano patriarcha faciente orationes secundum morem. hoc etiam anno mortuus est Haumar dux Arabum et oritur in Perside tyrannus et ipse nomine Gizid Moalabe et abierunt cum eo ex Perside multi. misso autem Gizid Masalma occidit eum et Persidem subdidit.

Anno imperii Leonis quinto apparuit quidam Syrus Pseudochristus et seduxit Hebraeos dicens se Christum.

Anno imperii sui sexto Leo coegit Hebraeos et Montanos baptizari. at uero Iudaei contra propositum baptizati diluebant baptismum et comedentes sancti muneris participabantur et contaminabant fidem. porro Montani diuinantes sibi et definientes diem domos introierunt errori suo deputatas et incenderunt semet ipsos.

XVII Anno imperii Leonis septimo Iudaeus quidam oriundus ex Laodicea maritimae Phoenicis maleficus ueniens ad Gizid et repromittit eum quadraginta annis retenturum Arabum principatum si uenerabiles quae in ecclesiis Christianorum in toto principatu suo imagines honorabantur, deponeret. huic itaque stolidus credens Gizid edictum generale contra sanctas imagines promulgauit sed gratia domini nostri Iesu Christi et intercessionibus incorruptae matris eius omniumque sanctorum eodem anno mortuus est Gizid pluribus adhuc nec audire uolentibus satanicum ipsius edictum. percepta uero amara ista et illicita nequamque doctrina Leo imperator multorum nobis causa malorum effectus est. porro cum inuenisset indisciplinationis huius consentaneum quendam Beser nomine, qui natus quidem ex Christianis fuerat sed captiuus in Syriam ductus refuga fidei, quae est in Christum, repertus est Arabum dogmata sectari apparuit. ante tempus uero non multum ab illorum ser-

---

5 pathrıarcha *D* 7 ım *D* 15 dıffımentef *D* 19 laudo|cıa *D* fenıce *D* 24 ıħu *D* 26 valentıb; *D* 27 precepta *D*

uitute liber effectus cum uenisset ad rem publicam Romanorum ob robur corporis et consensum prauae opinionis honoratus est ab eodem Leone qui et imperatori fautor in magni huius mali piaculo factus est. concordabat autem ei et episcopus Nacoliae, qui indisciplinationi eius operam dans consimili uita uiuebat cum ipso.

Anno uero imperii Leonis octauo mortuus est Gizid Arabnm dux qui succedit Eluelid huius filius et coepit aedificare XVIII
per ciuitates et regiones palatia et nouales facere et paradisos et aquas educere. mouit etiam aciem contra Romaniam multisque eorum qui secum erant amissis reuersus est.

Anno imperii sui nono coepit impius imperator Leo depositionis contra sanctas et uenerabiles imagines facere uerbum. quod cum didicisset Gregorius papa Romanus tributa Romanae urbis prohibuit et Italiae scribens ad Leonem epistulam dogmaticam non oportere imperatorem de fide facere uerbum et nouitate uiolare antiqua dogmata ecclesiae catholicae quae a sanctis patribus sunt praedicata.

Anno imperii Leonis decimo mouit exercitum Masalmas contra Romaniam et Caesaream Cappadociae et cepit eam. Muhauias uero filius Eluelid aciem mouit contra Romaniam et cum deambulasset reuersus est.

In ipso anno aestiuo tempore uapor ut ex camino ignis XVIIII
uisus est ebullire inter Theram ct Therasiam insulas ex profundo maris per aliquot dies, quo paulatim incrassato et dilatato igniti aestus incendio totus fumus igneus monstrabatur. porro crassitudine terrenae substantiae petrinos pumices grandes ut cumulos quosdam transmisit per totam minorem Asiam et Lesbum Abydum et maritima Macedoniae ita ut tota superficies maris huius pumicibus supernatantibus esset repleta. in medio autem tanti ignis insula ex terrae congerie facta insulae

---

1 rėpublica *D* 2 confenfu *D* 3 magn *D* 8 eluelid | huiuf filiuf *Dp:* Hifam huiuf frater *P* cepit *D* 10 multof eorū *D* 12 cepit *D* 14 romana *D* 15 epſam *D* 18 pathrib; *D* 20 Romaniam & *om.* *D* cappđdotię *D* 24 theraf & therafiaf *D* 25 incraffatuf *D* 27 petrinaf *D* 29 abidum *D* 31 infule ex *D*

quae Sacra dicitur copulata est nondum prius existens. uerum sicut praedictae Thera scilicet et Therasia insulae quondam ebullierunt ita et ipsa nunc temporibus uidelicet impugnatoris dei Leonis qui diuinam iram contra se pro se fore opinatus impudentius contra sanctas et uenerabiles imagines proelium excitauit collegam et auxiliatorem habens Beser dei abnegatorem et in irrationabilitate sibi simillimum. ambo quippe ineruditione erant et indisciplinatione referti, ex qua multa malorum genera ueniunt. turbae autem quae in regia erant urbe ualde tristes super nouis doctrinis effectae meditabantur in eum insurgere et quosdam regios homines occiderunt domini deponentes icona quae super magnam aeneam portam posita cernebatur adeo ut multi eorum pro ueritate punirentur membrorum detruncationibus et flagris et exiliis et rerum iacturis maximeque illi qui nobilitate ac uerbo clari esse uidebantur ita ut etiam eruditionum scholas et piam eruditionem a sanctae memoriae Constantino Magno huc usque seruatam extingueret. cuius uidelicet cum aliis quoque multis bonis destructor Leo factus est eius cuius et Saraceni sensus existens.

XX In his ergo zelo diuino moti tumultuantur contra eum magna congressione nauales exercitus concitati tam Helladici quam hi qui Cycladum fuerant insularum. Agallianus autem turmarcha Helladicorum erat militiae dux simul et Stephanus qui et regiae adproximantes urbi quarto decimo kalendas Maias decimae indictionis superantur congressi cum Byzantiis ibi confecto igne nauibus concrematis et alii quidem horum demerguntur inter quos et Agallianus armatus se ipsum praecipitauit. porro superstitibus ad imperatorem confluentibus Cosmas et Stephanus abscisis capitibus puniuntur. crescit itaque malitia impius Leo et consentanei huius contra pietatem extendendo persecutionem.

XXI Per aestiuum uero solstitium huius decimae indictionis post

2 thera] thrace *D* *therafia *D* 8 difciplinatione *D* 9 regio *D'* 12 iconà *D* 16 eruditionib; fcolaf *D* 21 naualif *D* concinata *D* 22 quam hi qui *om.* *D* 23 turmacha *D* 24 kl maì · *D* 25 bizantuf fibi *D*

nequam de contribulibus acceptam uictoriam contra Bithyniensium Nicaeam proelium construunt Sarazenorum Amiraei duo Amer scilicet in milibus quindecim expeditorum praecurrens et insperate circumdans ciuitatem et Muhauias subsequens in aliis octoginta quinque milibus quae post multam obsidionem et particularem euersionem murorum hanc quidem non optinuerunt, bene acceptis sanctorum precibus patrum ad deum directis et sanctificatione faciente uenerabilis templi ubi in colendis suis characteribus eriguntur et usque nunc ab his qui eis similis sensus sunt honorantur.

Praeterea Constantinus quidam strator Artabasdi uidens XXII
imaginem dei genetricis stantem, apprehensum lapidem aduersus eam proiecit et contriuit et cum cecidisset, calcauit. et uidet in somnis astantem sibi dominam nostram et dicentem 'nosti quam fortem in me causam fueris operatus, uere contra caput tuum hoc fecisti.' postera uero die cum Saraceni aduersus murum congressionem facerent et ageretur bellum, currens ad murum ut fortis miles infelix ille eicitur a lapide transmisso ex mangano et contritum est caput eius et facies dignam impietatis suae retributionem percipiens.

Praedaque multa et exuuiis Saraceni collectis reuersi sunt XXIII
ostendente deo in hoc etiam impio illi quod non propter pietatem ut ille diffamabat de contribulibus triumphauerit sed propter diuinum et ineffabile quoddam iudicium retundens ac remouens huius modi Arabicam fortitudinem a sanctorum patrum ciuitate intercessionibus illorum propter diligentissimos characteres ipsorum qui honorantur in ea in redargutionem quoque ac inexpugnabile tyranni iudicium et pie agentium certitudinem. non enim solum circa uenerabilium affectiuam imaginum adorationem errabat impius sed et circa intercessiones castissimae dei genetricis omniumque sanctorum quorum et reliquias scelestissimus ut magistri eius Arabes abomina-

---

1 biſthinienſium *D* 2 niceam *D* amarei *D* 4 imperate *D* 5 octingenta *D* 9 caracterib; *D* 11 prętea *D* artauaſdi *D* 14 noſtram *om.* *D* 15 operatū *D* 16 capud *D* 19 facienſ *D* 21 prędamq· multā *D* 27 caractereſ *D*

batur. ex hoc igitur tempore impudenter beato Germano patriarchae Constantinopolitano derogabat accusans omnes antecessores suos principes atque pontifices atque populos Christianos quasi idololatrae fuerint, super adoratione sanctarum ac uenerabilium iconum, non capiens idiota infidelitate captus de affectuali adoratione sermonem.

XXIIII Anno imperii Leonis undecimo, eodem anno Muhauias capto Ateus castro reuersus est. anno imperii Leonis duodecimo mouit exercitum filius Chaiani principis Chazariae contra Mediam et Armeniam inuentumque in Arabia Gardachum Arabum praetorem trucidauit et multitudinem quae simul cum eo erat et depopulatus Armeniorum atque Medorum regiones rediit metum incutiens Arabibus multum.

Anno imperii Leonis tertio decimo castra mouit Masalmas aduersus humum Turcorum et in uicem congressi ex utraque parte cadunt in proelio metuque perterritus Masalmas fugiens per montes Chazariae reuersus est.

Eodem uero anno furens Leo imperator contra rectam fidem adducto beato Germano coepit eum blandis sermonibus delinire. at uero beatus summusque sacerdos dixit ad eum 'depositionem sanctarum imaginum audimus quidem futuram sed non tempore imperii tui.' cum autem ille cogeret eum dicere sub cuius imperio, ait 'sub Cononis.' at ille 're' inquit 'uera ex baptismo Conon mihi nomen est.' at ille dixit 'absit domine, ut per imperium tuum malum istud perficiatur. Antichristi enim praecursor est qui hoc adimpleturus est et incarnatae diuinae dispensationis euersor.' in his ergo saeuus tyrannus insaniens beato minas praetendebat instar Herodis quondam percussoris. reducebat autem ad memoriam eius patriarcha sponsiones eius ante imperium factas qualiter sibi deum dederit uadem in nullo commoturum ecclesiam dei a suis apostolicis et diuinitus traditis ritibus.

---

1 pathrıarchę *D* 2 accuſat *D* 4 ıdolatrıę *D* 5 ıcoυarum (o *corr. ex* a) *D* 8 eſt *om.* *D* undecımo· *D'* 9 gazarıę *D* 11 multıdınè *D* 18 furıenſ *D* 19 cepıt *D* 29 pręcurſorı *D* 31 moturù *D*

Sed nec sic confusus est miser, obseruans autem atque submittens quosdam sermones satagebat sicubi hunc inueniret contra imperium suum agentem quatinus nt coniuratorem et non ueluti confessorem a throno deponeret habens in hoc comparticipem Anastasium discipulum et syncellum eius cui spopondit utpote impietatis suae consentaneo throni eum adulterum successorem futurum. quem beatus non ignorans sic peruerse affectantem imitatus deum suum ac si ad alium Iscariotem sapienter et mansuete eorum quae proditionis sunt memoriam faciebat. quia uero inconuertibiliter eum uidebat errare conuersus ad eum calcantem aliquando posteriora stolae suae cum ad imperatorem ingrederetur ait 'ne festines, nam non effugiet a te tempus ingrediendi Dihippin.' at ille super sermone tristatus cum aliis qui hunc audierant praesagium ignorabat quod cum in finem post qnindecim annos percepisset, tertio uidelicet imperii Constantini persecutoris anno indictionis duodecimae omnibus credere persuasit ex diuina gratia fuisse ingrato prophetice dictum. Constantinus enim post cognati sui Artabasdi rebellionem cum imperium optinuisset, hunc Anastasium caesum et eum aliis inimicis in hippodrominm per Dihippium ingressum, nudum super asinum uerso uultu sedentem pompauit eo quod sibi una cum aliis inimicis mala fuerit imprecatus et Artabasdum coronauerit sicut in suo indicabitur loco. XXV

Et Byzantii quidem propngnator pro dogmatibus pietatis sacer hic et egregius pollebat Germanus ceu contra bestias pugnans aduersus Therionymum hunc Leonem et fautores eius. in seniori uero Roma Gregorius sacratissimus uir apostolicus et Petri nerticis apostolorum consessor uerbo et actu coruscans qui remouit Romam et Italiam nec non et omnia tam rei publicae quam ecclesiastica iura in Hesperiis ab oboedientia XXVI

---

2 ſumittenſ *D* 5 ſıncellů *D* 6 utpute *D* 8 hıſcarıoteu *D* 9 prodıtıoneſ *D'* 13 dıppın *DP, Anastasius* 15 pręcepıſſet *D* 20 yppodromıů p dup | pıů *D* 25 bızantıı *D* 26 egreıuſ *D* 27 pheronımů *D* (*et similia P, Bongarsianus, Anastasius*), *emendauit ex Theophane Gruterus* 29 conſenſor *D* 31 eccſaſtıcę *D* eſperıſ *D* obedıentıa *D*

Leonis et imperii sub ipso constituti. porro in Syria penes Damascum Iohannes Mansur presbyter et monachus cognomento Chrysoroas doctor optimus uita et uerbo praefulsit. uerum Leo Germanum utpote sub se constitutum a throno pellit. Gregorius autem per epistulas eum quae multis sunt notae manifeste redarguit. sed et Iohannes hunc cum orientis episcopis anathematibus subdit. porro septimo idus Ianuarias tertiae decimae indictionis tertia feria impius Leo silentium contra sanctas ac uenerabiles celebrauit iconas in tribunalio decem et nouem accubituum aduocato quoque et sanctissimo patriarcha Germano ratus posse se illi persuadere quo subscriberet contra sanctas iconas. sed et fortis Christi seruus nullatenus acquiescens detestabili cacodoxiae ipsius cum uerbum ueritatis recte direxisset abrenuntiauit summum sacerdotium tradens pallium et post multos sermones didascalicos dicens 'si ego sum Ionas, mitte me in mare. absque uniuersali quippe synodo innouare fidem impossibile mihi est secundum apostolicam doctrinam et paternam traditionem o imperator.' et abiens ad locum qui dicitur Platanium in parentali domo sua quieti operam dedit summo sacerdotio functus annis quattuordecim, mensibus quinque et diebus septem.

XXVII Porro undecimo kalendas Februarias creant falsi nominis Anastasium discipulum et syncellum eiusdem beati Germani consentientem Leonis impietati propter amorem principatus mundani hunc in se ut episcopum Constantinopoleos prouehentes. sane Gregorius sacratissimus praesul Romanus quem ad modum praedixi Anastasium una cum libellis abiecit Leonem per epistulas tamquam impie agentem redarguens et Romam cum tota Italia ab illius imperio recedere faciens. insaniens ergo tyrannus contra uenerabiles imagines persecutionem extendit. porro multi clerici ac monachi et religiosi laici pro recto periclitati sunt uerbo.

2 manſor *add. DP*, mansur *Bongarsianus et Anastasius*, *om. Theophanes* 3 crhıſoroaſ *D* 4 Leo *om. D* utpute *D* 5 *et* 28 ępłaſ *D* 6 ſ& et *D* 7 ıđ ıa ı̍ · *D* 11 pathrıarcho *D* 12 ſ& *D* 16 ıconaſ *D* 18 doctrınam *om. D* 20 ſuo *D* quattordecım *D* 22 kl febr · *D* 23 ſıncellů *D* 24 leoſ *D* 27 prędıxıt *D* 31 relıoſı *D*

Anno uero imperii Leonis quarto decimo, hoc anno mouit XXVIII
Masalmas exercitum contra Romaniam et cum uenisset in Cappadociam dolo cepit Chartasianum castrum.

Anno imperii Leonis quinto decimo Masalmas castra mouit aduersus Turciam et cum peruenisset usque Caspias portas, metuens inde reuersus est.

Anno imperii sui sexto decimo Leo imperator filiam Chaiani Scytharum arbitri filio suo Constantino cum hanc Christianam fecisset, matrimonio sociauit nominans eam Eirenen. quae cum sacras litteras didicisset, pietati dans operam claruit hos impietatis redarguens.

Muhauias uero filius Eluelid aciem direxit contra Romaniam et ueniens usque in Paphlagoniam rediit cum praeda multa. ast imperator contra papam ante recessum Romae ac Italiae saeuiebat constructumque stolum magnum direxit aduersus eos Manen praetorem Cybireotensium caput in eis constituens. tunc impugnator dei peramplius saeuiens cum Arabico sensu teneretur tributa capitalia tertiae parti Siciliae seu Calabriae populis superimposuit, ea uero quae dicuntur patrimonia sanctorum principum apostolorum, quae ab olim ecclesiis auri dimidium et tria conferebant talenta, publicae rationi exsolui praecepit: considerare etiam ac describere natos mares iubens ut Pharao quondam eos qui erant ex Hebraeis, quod nec ipsi magistri eius Arabes in Christianos qui in eis sunt oris fecisse noscuntur.

Anno imperii Leonis septimo decimo facta est mortalitas XXVIIII
in Syria multique perierunt.

Anno imperii Leonis octauo decimo Zacharias Romanus praesul habetur. eodemque anno Theodorus Mansur in exilium missus est apud climata eremi et factum est signum in caelo igneum resplendens et Muhauias Asiam depopulatus est.

---

1 quarto — mouit *in ras. in D* 8 ſcypharū arbitruſ *D* 12 eluelid *DP* (*sed P 'a manu emendatrice'*): Hisami *Anastasius et Bongarsianus* 13 ın pephlagonıā *D* 16 cybıregıotenſiū *D* 19 populis *scripsi:* populı *D* 30 heremı *D*

Anno imperii Leonis nono decimo mouit exercitum Suleiman aduersus Armeniorum regionem et nihil profecit.

Anno imperii Leonis uicesimo primo Suleiman multis in captiuitatem ex Asia ductis quendam quoque Pergamenum pariter duxit captiuum qui dicebat se Tiberium esse filium Iustiniani. hunc Eluelid in honore filii sui atque in imperatorium terrorem cum imperatorio atque decenti honore militiisque ac bandis et sceptris in Hierosolymam mittit et totam Syriam circumduci cum multo iubet honore ad uisionem cunctorum.

XXX Anno imperii Leonis uicesimo secundo mouit exercitum Suleiman contra Romaniam et depopulatus est castrum quod dicitur Sidirum et Eustathium filium Mariani patricii captiuum duxit.

Anno imperii Leonis uicesimo tertio mense Maio indictionis octauae mouit exercitum Suleiman contra Romaniam cum nonaginta milibus et magistratibus quattuor, quorum Gamer dux erat insidians in denis milibus latrunculis Asianae partibus terrae, cuius socii erant Melic et Batal cum uiginti milibus equitum circa Acrohinum debacchantes et post hos Suleiman cum sexaginta milibus circa Cappadocum Tyanem progressus, quorum alii per Asiam et Cappadociam multo excidio uirorum ac mulierum atque iumentorum perpetrato illaesi reuersi sunt. hi uero qui cum Melic et Batal apud Acrohinum erant expugnati a Leone seu Constantino superati sunt et plures ex his armis ipsis cum duobus principibus periere, octingenti uero pugnatores qui ex illis ad sex milia institerant, Sinadem confugiunt et salui remanentes Suleiman sociati sunt: in Syriam repedarunt inglorii. eodem etiam anno et in Africa

---

1 *et* 13 *et* 17 *et* 21 *et* 29 zuleımen *D* 2 *ante* aduerſuſ *add.* filiuſ Iſam *uulgo* 4 uicesimo ſeptimo (ſeptimo *crasum*) zuleimen *D* 5 ex Aſia *om. D* 6 tyberiù *D* 7 heluelid *D* imperatorù *D* 8 militiſq · *D* 9 & ſpeptriſ · in hirma *D* 10 cunctarù *D* 14 euſtachiù *D* filium *om. D* pathricii *D* 20 melich *D* 21 equitib; *D* achroi|nù debachanteſ *D* 22 cum *om. D* tyane *D* 25 chromon *D* 29 ſyna|dè *D*

multi ab eis perditioni cum praetore Damasceno nomine patuerunt.

XXXI Anno imperii Leonis nequissimi Syri uicesimo quarto incensi sunt fori apud Damascum a Raticensibus, qui patibulo sunt affixi. eodem quoque anno terrae motus factus est magnus atque terribilis Constantinopolim septimo kalendas Nouembres indictionis nonae feria quarta hora octaua. et corruerunt ecclesiae ac monasteria populusque multus extinctus est. cecidit autem et simulacrum, quod stabat super Attali portam Magni Constantini una cum ipso Attalo et titulus Arcadii qui supra Xerolophi columna stabat, et simulacrum maioris Theodosii quod supra portam Auream uidebatur, nec non et terreni urbis muri et ciuitates ac uillae in Thrace et Nicomedia in Bythinia et Praenetus et Nicaea in qua una salua remansit ecclesia. fugit autem et mare terminos suos in quibusdam locis et perdurauit terrae motus mensibus duodecim. ast imperator allocutus est populum dicens 'uos non ualetis aedificare muros sed nos praecepimus administratoribus et ipsi exigent in regulam per singulos aureos nummum argenteum unum.' quo imperator accepto aedificauit muros. et ita facta est consuetudo dandi binas siliquas administratoribus cum annus esset a conditione quidem mundi iuxta Romanos ab Adam sextus millesimus quadragesimus octauus, secundum Aegyptios uero seu Alexandrinos sextus millesimus ducentesimus tricesimus secundus, a Philippo secundum Macedones millesimus sexagesimus tertius.

XXXII Regnauit ergo Leo ab octauo kalendas Aprilis quintae decimae indictionis usque ad quarto decimo kalendas Iulii nonae indictionis cum regnasset annis uiginti quattuor mensibus duobus diebus uiginti quinque. similiter et Constantinus filius

3 nequiſ *D'* 5 afixi *D* 6 kl nouēbr· *D* 7 octauo *D* 9 *et* 11 ſimulachrù *D* 9 atali *D* 10 atalo *D* archadii *D* 11 ſxerolophi colùnà *D* theddoſii *D* 13 bythinia *D* 14 nicea *D* 19 aureù *D* *post* nùmù *add.* annoſ *in marg. manus aeque antiqua in D* 20 imperator] imperiù *D* ędificabit *D* 21 aminiſtratorib; *D* 22 ſex *D* 23 quadrageſimuſ — 25 milleſimuſ *om. D* 27 kl aprilıarù *D* 28 quartodecim kl iulii | no indictioniſ *D*

eius, imperii et impietatis ipsius successor ab eodem quarto decimo kalendas Iulii nonae indictionis usque ad octauo decimo kalendas Octobres quartae decimae indictionis cum regnasset et ipse annis triginta quattuor mensibus tribus diebus duobus. taliter ergo ut praediximus eodem anno nonae indictionis mortuus est Leo una cum animae simul et corporis morte et imperat Constantinus filius eius. et quidem quaecumque sub Leone impio Christianis euenerunt siue circa orthodoxam fidem siue super ciuilibus dispositionibus siue super turpis lucri quaestu et auaritia per Siciliam Calabriam et Cretam adinuenta pariter et imposita siue in Italiae apostasia propter huius cacodoxian siue in fame ac pestilentia gentiumque pressuris ut particularia taceam in praecedentibus ostenduntur capitulis. dignum autem est de cetero et impii filii eius tamquam deo qui omnia perspicit contemplante ueraciter et non superflue ad utilitatem posteris et miseris qui nunc in cacodoxia illius decipiuntur ludibria exequi, quae ab hac decima indictione ipsius imperii anni primi usque ad quartam decimam indictionem mortis illius impie gessit.

XXXIII Hic enim perniciosissimus et agrestis ferus tyrannice nec legitime abusus imperio primo quidem a deo et intemerata matre ipsius ac omnibus sanctis abscedit magicis maleficiis et luxuriis cruentisque sacrificiis et caballinis stercoribus atque lotio delectatus mollitiebus quoque ac daemonum inuocationibus gaudens atque omnibus animas corrumpentibus adinuentionibus a tenera aetate conuiuens. quia uero paternum principatum cum malitia suscepit non modicam in breui tempore demonstrat nequitiam ita ut ab omnibus ob impudentiam confestim odio haberetur et Artauasdo Curopalati et comiti Obsequii qui Annam sororem suam uxorem duxerat uis pro capessendo imperio imponeretur.

Eodem quoque anno Eluelid interfecit Christianos captiuos

2 kł *D* 3 kł octobr *D* 10 chalabrià *D* 11 apoſtaſię *D* 12 cacodoxià *D* 15 conteplante *D* 17 ludıbrı ex|equı *D* 20 pnıtıoſıſ|ſımuſ *D* extyrannıce *D* 28 demonſtat *D'* 29 artauaſdè ‖ curopalatn *ut uid. D'* 30 uis] uı *D*

in omni ciuitate inter quos et Eustathius filius Mariani patricii martyr uerus ostensus est in Carris Mesopotamiae ubi et reliquiae ipsius sanitates per dei gratiam operantur et multi alii per sanguinem consummati sunt.

LIBER VICESIMVS QVARTVS

Anno ab incarnatione domini septingentesimo tricesimo I
tertio CONSTANTINVS persecutor legum a patribus traditarum imperat diuinis iudiciis et multitudine culparum exigente nostrarum qui cum quinto kalendas Iulii ad partes egressus Obsicii aduersus Arabes esset, uenit ad ciuitatem quae dicitur Craso. cum autem praedictus Artauasdus Dorylaei cum Obsiaco populo esset, suspicabantur ad in uicem. mittens autem Constantinus ad eum petebat sibi dirigi filios eius, quos quasi desiderabat utpote nepotes suos uidere. intentio autem eius erat comprehendendi eos et retrudendi. at ille cum intellexisset fraudem, immensurabilem malitiam eius sciens sui desperationem incurrit populumque alloquens et persuadens impetu aduersus illum cum omni multitudine properauit et Beser quidem patricium, qui sensus erat Saracenorum sectator quique praecesserat, romphaeis interfecerunt. at uero Constantinus misero equo forte strato reperto cum ascendisset eum fugiens uenit Amorium. et cum ad orientalium thema, cuius praetor tunc Lancinus erat, cucurrisset, circumuenitur ab illis, quos magnis subleuans pollicitationibus ad Sisinnatium mittit confestim, qui praetor erat tunc Thracensium thematis et persuadet illis auxiliare sibi.

Hinc ergo atrocissimae pugnae et conflictus subditis gene- II
rantur cum imperator appellaretur uterque. praeterea scribit Artauasdus ad Theophanen patricium et magistrum, qui ex

1 marını pathrıcıı *D* 2 charran *D* 4 *subscriptum* EXPLIC' LIBER · XXIII · INCIPIT LIBER · XXIIII; *in D* 8 exıente *D* 9 kl *D* 11 doryleı *D* 12 ſuſpıcıebantur ab *D* 13 dırıgı *D* 15 retruendı *D* 19 *et* 29 pathrıcıù *D* 20 ròpheıſ *D* 22 uenıt *om. D* 24 ſıſſınnacıù *D*

persona principis in urbe remanserat, per Athanasium Silentiarium quae gesta sunt; qui cum Artauasdo faueret, coacervato populo apud Catechumenia magnae ecclesiae et per litteras et per iam dictum Athanasium persuasit omnibus credere quod imperator mortuus fuerit. Artauasdus autem a thematibus pronuntiatus est imperator. tunc omnis populus cum Athanasio falsi nominis patriarcha anathemati et detestationi submiserunt Constantinum ut arrogantem et aduersarium dei atque ipsius caedem amplectabiliter admiserunt tamquam a malo maximo liberati, Artauasdum uero imperatorem praedicauerunt ut orthodoxum, et diuinorum dogmatum propugnatorem. mox ergo Monotes mittit in partes Thracenses ad Nicephorum filium suum praetorem Thracensium, quo ad custodiam urbis minaret illic exercitum constitutum. obseratis ergo portis murorum et uigiliis positis filios Constantini comprehensos caesos ac tonsos in custodia posuit.

III Cum autem Artauasdus cum Obsequiis esset urbem ingressus uenit Constantinus Chrysopolim cum duobus thematibus Thracensium scilicet ac orientalium. et cum nihil agere ualuisset, reuersus apud Amorium hiemauit. Artauasdus autem per totam urbem sacras erexit imagines. interea barbari sentientes horum aduersus in uicem iurgium, multam praedam in Romania perpetrarunt hos Suleiman praetore ducente. porro Anastasius pseudopatriarcha tenens honoranda et uiuifica ligna iurauit populo dicens 'per eum qui in ipsis affixus est sic mihi dixit Constantinus imperator asseuerans: ne existimes filium dei esse eum quem peperit Maria quique dicitur Christus, sed purum hominem. Maria enim eum peperit sicut me peperit mater mea Maria.' et tunc omnis populus maledixit ei.

IIII Anno uero imperii Constantini secundo, qui triginta quinque Romanorum imperium tenuit annos, mortuus est Eluelid Arabum dux. hic sanctissima Antiochena ecclesia per annos

---

3 catecumenıa *D* 4 & perſuaſıt *D* 7 anaſtaſıo *D* pathrıarcha *D* 8 ſ̀umıſerunt *D* 15 uıgılıſ *D* 16 uıt *in* poſuıt *in ras. in D* 17 cù *D* 18 crıſopolım *D* tracenſıù *D* 22 aduersus] adſenſuſ *D* 23 zuleımen *D* 26 fılıum *om. D* 32 anthıocena *D*

quadraginta uiduata manente, prohibentibus fieri patriarcham Arabibus, in eadem habens quendam amantissimum monachum Syrum nomine Stephanum agrestiorem quidem sed religiosum, iubet in oriente positis Christianis, si uellent permitti sibi patriarcham habere, ipsum eligerent Stephanum. qui diuinitus hoc fieri arbitrantes consecrant eum in sede Theupoleos. et ex tunc et usque nunc discurrit sine prohibitione huius modi fieri. eodem anno optinuit Gizid filius Abdimelech Arabum principatum, ad quem Constantinus quidem Andream Spatharium, Artauasdus autem Gregorium logothetam transmiserunt auxilium quaerentes utrimque. porro pluuiae defectus et terrae motus per loca facta sunt ita ut montes unirentur ad in uicem per eremum Sabae et castella sub terram inmergerentur absorpta.

Eodem uero anno Cosmas Alexandriae patriarcha una cum V
tota ciuitate a Monothelitarum cacodoxia rediit ad orthodoxiam, cum tenuisset a Cyro qui sub Heraclio Alexandriae patriarcha fuit. porro exercitum mouit Gamer cum Arabum multitudine contra Romaniam et multis in captiuitatem abductis reuersus est. et apparuit signum in caelo ad Aquilonem mense Iunio. Hali autem Petrum sanctissimum metropolitam Damasci lingua mutilari praecepit tamquam arguentem palam Arabum ac Manichaeorum cognationem et exulem penes felicem Arabiam fecit, ubi et moritur martyrio pro Christo percepto, cum expressius diuinas missas pronuntiasset sicut huius rei narratores aiunt, qui se propriis auditibus super hoc satisfactos esse fatentur.

Huius aemulator et homonymus Petrus apud Maiumam VI
eiusdem temporibus ostensus est pro Christo martyr ultroneus. languore si quidem detentus primores Arabum aduocauit utpote assuefactos sibi cum chartularius esset et publica tributa facta ratione conferret, et ait ad illos ‘mercedem quidem pro mei

7 nunc *om.* *D* 8 habdılmelıc · *D* 10 arthauaſduſ *D* 11 utrıq · *D* 12 factı *D* 13 heremū ſabe *D* caſtellā *D* abſorta *D* 21 Halı *D*, Thalid *uulgo* 23 felıcē eudemonē *D* 28 omonym; *D* 31 charthularıuſ *D* 32 meıſ *D*

uisitatione a deo recipiatis licet infideles amici sitis, testamenti uero mei testes uos esse uolo cum sit tale: omnis qui non credit in patrem et filium et spiritum sanctum consubstantialem et diuinam in monade trinitatem mortuus est anima et aeterno est dignus tormento. talis est et Muhammad pseudopropheta uester et Antichristi praecursor. discedite ergo si mihi creditis testanti uobis hodie caelum et terram ab illius fabulatione. consulo enim uobis ne cruciemini simul cum illo.' cum autem haec et his plura cum eis de deo ratiocinatus dissereret, audientes illi stupore seu uesania detenti longanimiter uisi sunt ferre ex languore hunc praeter sensum esse putantes, cum autem ex infirmitate conualuisset, maiori coepit uoce clamare 'anathema Muhammad et fabuloso scripto eius et cunctis qui credunt ei.' tunc per gladium animaduersionem perpessus martyr ostensus est. hunc declamationibus sermonum honorauit sanctus pater noster Iohannes qui bene cognomiuatus est Chrysoroas propter auream et fulgidam spiritus gratiam, quae in ipso tam in uerbo quam in uitae actu effloruit. quem uidelicet Constantinus impius imperator annuo propter eminentem orthodoxiam eius anathemati submittebat et pro Mansur quod auitum nomen eius quodque redemptus interpretatur, sensu Iudaico nouum ecclesiae magistrum Manzeron mutato nomine uocitabat.

VII Eodemque anno Gizid Cyprios in Syriam transtulit. Artauasdus autem Nicetam filium suum monostrategum promotum ad thema direxit Armeniacorum. porro Nicephorum aeque filium suum coronauit per Anastasium patriarcham. mense uero Maio cum Artauasdus ad partes Obsicii egressus fuisset et milites elegisset totam Asiam cepit depopulans eam. quo Constantinus comperto motus est contra ipsum. cum uero ad eum in partes Sardeorum a Celbiano redeuntem uenisset et cum illo bellum iniisset, uertit eum, insequitur eos usque Cyzicum. at ille cum Cyzicum peruenisset, dromonem ingres-

---

2 uolo *om.* *D* 4 monadè *D* 10 ſtopore *D* 11 langore *D* 12 cepıt *D* 20 anathematıſ ſumıttebat *D* 22 mazeron *D* 23 cıprıoſ *D* 25 nıcephoruſ *D* 26 anaſthaſıu̇ *D* 32 kızıcu̇ *bis* *D*

sus in ciuitate saluatur. praeterea mense Augusto eiusdem undecimae indictionis Nicetas monostrategus filius Artauasdi cum intulisset Constantino apud Modrinem ac Cysseum bellum terga uertens aufugit, et quendam Tiridatem Armenium fortissimum militem et consobrinum Artauasdi cum aliis multis electis principibus interfecit. utriusque uero partis casus haud modicus factus est Armeniorum scilicet et Armeniacorum impugnantium aduersus orientales atque Thracesios Constantini propugnatores. ceterum antiquus hostis diabolus contra Christianos temporibus istis talem excitauit saeuitiam et mactationem alternam ut filii etiam contra parentes et fratres contra fratres commouerentur non parcentes a caede et immisericorditer incenderentur alternae stationes ac domus.

VIII

Inter haec autem et huiusce modi Stephanus papa Romanus multa mala ab Astulfo rege Langobardorum perpessus ad Francos confugit sub Pipino qui maior domus erat et primas in omnium dispositione rerum Francorum gentis quibus uidelicet olim moris erat dominum id est regem suum secundum genus principari et nil agere uel disponere quam irrationabiliter edere et bibere domique morari et kalendis Maii praesidere coram tota gente et salutare illos et salutari ab illis et obsequia solita impensa percipere et illis dona rependere et sic secum usque ad Maium alium habitare, habere autem maiorem domus consilio suo et gentis omnia ordinantem negotia. dicebantur sane ex genere illo descendentes Cristatae quod interpretatur Trichorachati, pilos enim habebant natos in spina uelutί porci.

VIIII

Praedictus itaque Stephanus ui pressus et crudelitate Astulfi coactus simul etiam ab ipso adhortatus ire in Franciam et facere quodcumque posset ueniens Pipinum prouehit, uirum in omnibus probatissimum, qui praeerat tunc quoque rebus post regem et debellauerat Arabes qui ab Africa in Hispaniam

1 menſe | menſe aug̀ *D* artabaſdı *D* 3 cıſſeù *D* 4 quıdà patrıcıù terdatè *D* 5 arthauaſdı *D* 12 ad cede *D* 14 papa] pp̀ *D* 16 prımuſ *D* 20 kl maì *D* 25 deſcendente chrıſtate· *D* 32 affrıca *D*

transmeauerant quique tenuerant usque nunc eandem Hispaniam et properauerant proeliari nihilo minus contra Francos. quibus econtra idem cum multitudine Pipinus resistens occidit quidem principem etiam eorum. Habderachman filius Muhauiae principatum huius tenebat gentis, interfecit autem simul et multitudinem haud facile numerabilem iuxta Rodanum fluuium. et admirationi habetur et amatur a gente non solum propter hoc sed et propter alia praecipua gesta et praeficitur genti non ignobiliter primus soluente scilicet eum a periurio in regem commisso eodem Stephano qui et totondit decessorem eius regem et in monasterio cum honore et requie circumscripsit. hic Pipinus duos filios habuit Karolum et Karlomannum fratrem eius.

X Anno imperii Constantini tertio apparuit signum ad Aquilonem et cinis descendit per loca factusque est terrae motus magnus in Caspiis portis. occisus etiam est Gizid ab Arabibus, qui praefuit anno uno tenetque principatum Hizid Lipsos. is pecuniis multis erogatis optinuit Damascum et dextras accepit ut principaretur. porro Constantinus Septembrio mense duodecimae indictionis descendens ad partes Chalcedonis remeauit ad Thraceas partes cum Sisinnius praetor Thracesiorum ante per Abydum remeasset terrenumque urbis murum obsideret. at uero ueniens imperator ad Charsii portam discurrit usque ad Auream portam semet ipsum turbis ostentans et iterum reuersus et castra metatus est apud sanctum Mamam. ciues autem angustari coeperunt annonis deficientibus. quocirca ab Artauasdo misso Athanasio a secretis et Artauasdo domestico suo ad deferendos sumptus in scaphis inuenit hos classis Ci-

---

2 probauerant *D* 3 *et* 12 pıppınuſ *D* 4 eorum *om. D* habdırrahmen · fılıù mahaue quı *D et similia P, emendauit ex Anastasio Gruterus* 5 & multıne haų *D* 7 ammıratıone *D* 9 ſoluenteſ *D'* peıurıo *D* 11 ſcrıpſıt *D* 16 magnuſ *in fine uers. om. D* 17 Hizid Lipsos is *Bongarsianus et Anastasius:* hıſcè fılıuſ habdılmelıc · Iſ *D et similia P* (*sed P a manu secunda*) 18 erggatıſ *D'* 21 ſıſcınnıuſ *D* 22 p auıdù *D* 26 ceperunt *D* 27 ab Artauaſdo *om. D* 28 ın *ſcaphıſ (*fuitne* e?) *D* cıbyoretenſıù *D*

bioretensium et classis Abydi et hos comprehensos ad imperatorem duxit qui frumentum quidem populis suis donauit, Athanasium autem et Artauasdum oculis confestim priuauit.

Post haec nero probauit Artauasdus a terra portas aperire XI et proelium cum Constantino inire, uerum facta congressione fugati sunt Artauasdii et multi mortui sunt inter quos et Monutes. constructis autem Artauasdus dieribus cacabo ferentibus ignem misit ad sanctum Mamam non nullos contra classem Cibioretensium. cum autem uenissent ad sanctum Mamam, exeuntes Cibioretenses pepulerunt illos. facta est autem in urbe ualida fames ita ut uenundaretur modius hordei duodecim numismatibus, leguminis uero quindecim, milii ac lupini numismatibus octo, olei autem numismate uno librae quinque, sextarius uini dimidio. cumque populus necaretur, coactus est Artauasdus dimittere illos e ciuitate foras exeundi. uerum obseruatis faciebus quosdam eorum prohibebat, unde quidam eorum emundauerunt uultus suos et muliebri circumamicti sunt ueste, ast alii monastico schemate atque cilicino uestimento contegebantur et ita latere poterant et exire.

Nicetas autem monostrategus coaceruato populo suo a XII Modrina disperso uenit usque Chrysopolim et cum reuerteretur transmeans imperator persecutus est post terga ipsorum et cum uenisset ad eum apud Nicomediam, manu cepit eum cum curatore qui fuerat dudum Marcellianorum episcopus, quem et decollari continuo iussit, monostrategum uero uinctum patri per murum monstrabat. porro quarto nonas Nouembrias repente proeliatus post meridiem per terrenum murum urbem captauit. at uero Artauasdus una cum Bactannio patricio ingressus nauem ad praesens exisse uisus est in Opsicin et abiens ad castrum Puzane semet inclusit. quibus imperator

3 arthauaſdù *D* 5 cum *om. D* 6 artauaſdı *D* monueteſ *D* 7 caccauo *D* 8 claſſım cybıore|tenſiù *D* 10 cıbyoretenſeſ *D* 15 obseruatis *Gruterus ex Theophane:* obſacratıſ *corr. in* obſeratıſ *in D*, obſecratıſ *P*, obseratis *Anastasius* 18 ſcemate *D* 25 contınuo *d:* prçcıpuo *D* 26 no ì noũēbrıſ *D* 28 aptauıt *D* 29 nauè · adprçhenſuſ exıſſe *D*

manu captis Artauasdum cum duobus filiis eius priuauit oculis, Bactannium autem in uiuario decollauit et huius caput in Milio suspendit diebus tribus. post triginta uero annos mali memor et immisericors imperator praecepit huius uxorem in monasterium Choras pergere — illic enim sepultus erat — et huius ossa effodere atque in sepulcra, quae dicuntur Pelagii, in pallio suo portare una cum biothanatis mortuis iacere. o
XIII inhumanitatem! multos autem et alios ex primoribus qui auxiliati fuerunt Artauasdo peremit innumerabilesque oculis et alios manibus seu pedibus ablatis debilitauit. praecepit autem externis militibus qui secum ingressi sunt, introire domos et rapere familiares ciuium res. multa quoque et alia quin et innumera mala urbi monstrauit. cumque hippodromium celebraret, introduxit Artauasdum una cum filiis eius et amicis ligatum per Dihippium in circum simul cum Anastasio falsi nominis patriarcha percusso publice et in asino uerso uultu sedente quos omnes per Dihippium in circum pompauit. uerum Anastasium utpote consentaneum suum in throno sacerdotii rursus locauit, deterrens et seruituti subiciens. Sisinnium uero patricium et praetorem Thracesiorum, qui multum cum eo cucurrerat et pro ipso certauerat eiusque consobrinus esse noscebatur, post quadraginta dies caecauit dei nimirum iudicio. qui enim auxiliatur impio incidet in manus eius secundum quod scriptum est.

XIIII Anno uero imperii Constantini quarto Marhuam dux Arabum noscitur, qui principatus est eis annis sex. hoc quoque anno cometes magnus in Syria uisus est et seditionem concitauit Thebiath contra Marhuam et Dachat Aruritensem, quos Marhuam captos occidit in terminis Emesae cum multitudine bellatorum id est milium decem. eodem etiam anno prece Christianorum orientis permisit Marhuam consecrari Theophy-

---

2 bactangi *D* capud im *D* 5 erat *om. D* 6 ſepulchra *D* pelagi *D* 7 in pallio ſuo portare *om. D* 15 *et* 17 diyppium *D* 17 popauit *D* 18 ſacerdotii *om. D* 19 ſiſſinniu *D* 20 pathriciu *D* 29 emeſe *D* 31 theophilactu pbrm hedeſinu pathriarcha *D*

laetum presbyterum Edessenum patriarcham Antiochiae Stephano dormiente et hunc litteris catholicis honorari praecepit Arabibus. donis enim spiritualibus adornatus erat, et maxime pudicitia. **** apud Enimetzi autem centum et uiginti Chalbenos in ligno suspendit. porro Habas qui multum Christianorum sanguinem fudit, et multa depopulatus et depraedatus est loca, occisus est in carcere. cum enim quidam a Marhuam ad hoc missus esset Aethiops, uenit et impleto folle uiua calce introiuit ad eum folleque ad totum caput ac nares eius imposito suffocauit illum, iustam adinueniens malefico Habas poenam, magicis enim deceptionibus ac daemonum inuocationibus multa contra Christianos fabricatus est mala. hic etiam sanguini communicauit Gizid.

Anno imperii Constantini quinto Suleiman coaceruatis mi- XV
litiis rursus cum Marhuam bellum aggreditur, et amissis populi septem milibus superatur et fugatus penes Palmyram saluatur et deinceps in Perside. seditionem quoque concitauerunt Emeseni et Heliopolitae ac Damasceni ciuitates Marhuam obserantes, qui filio quidem suo contra Dachae cum uirtute misso ipse uenit Emesam, quam in quattuor mensibus cepit, Dachae autem a Perside cum plurimo potentatu ueniebat. at uero Marhuam agressus eum in Mesopotamia cum multos collegarum interfecisset, hunc comprehensum interfecit. in his Constantinus Germaniciam cepit aciem dirigens contra Syriam et Dulichiam aditu reperto propter Arabum mutuam pugnam, uerbo sane Arabes inermes dimittens qui erant in ipsis. adsumpsit autem et cognatos suos ex materna linea descendentes et Byzantii collocauit una cum multis Syris Monophysitis haereticis, ex quibus plures in Thrace usque nunc

---

1 ſtephanū *D* 4 Apud enī & ziaū · centū *D* *lacunam indicauit Gruterus* 6 ſanguine *D* pepolulatuſ *D'* 7 occidit in *D* 7 *et* 22 marhuan *D* 8 ethiopſ *D* 9 capud *D* 10 pęnà *D* 14 zuleimen *D* aggredietur *D* ammiſiſ *D* 16 militib; *D* poeneſ *D* 17 im *D* 18 methſini · et heliopolite *D* 20 emethſan *D* 23 multiſ *D* 26 inhermeſ *D* 27 aſupſit *D* 28 bizantii *D* monophiſitiſ *D*

habitant, et iuxta Petrum Cnaphea trinitatem in trisagio crucifigunt. porro a quarto idus Augustas usque ad octauo kalendas Septembrias tenebrae factae sunt nebulosae. tunc Marhuam uictor Emesa capta interficit omnes cognatos et liberos Hiscem, expugnatque muros Heliopoleos et Damasci et Hierosolymorum, trucidans multos potentes et truncans residuos.

XVI Anno uero Constantini sexto factus est terrae motus magnus in Palaestina et circa Iordanem et totam Syriam mense Ianuario hora quarta et multa milia quin et innumerabilia mortua sunt ecclesiaeque ac monasteria corruerunt et maxime penes eremum sanctae ciuitatis. eodem uero anno pestilens mors a Sicilia et Calabria incipiens ueluti quidam ignis depascens ad Monobasiam et Helladem atque interiacentes insulas uenit, per totam quartam decimam indictionem flagellans impium Constantinum et cohibens ab insania, quam aduersus sanctas ecclesias et uenerabiles imagines irritabat. uerum ille ut Pharao quondam incorrectus permansit. sane pestilentia haec bubonis discurrens quinta decima indictione regiam
XVII peruenit ad urbem. coeperunt autem subito inuisibiliter fieri tam in hominum uestimentis et in sacratis ecclesiarum indumentis quam et in uelis cruciculae plurimae ueluti ex oleo designatae. facta est ergo hinc tristitia et defectio animi multa propter dubium huiusce modi signum. uenit nihilo minus et diuinitus indignatio dissipans incessanter non solum urbis ciues sed et in omnibus suburbanis eius degentes. factae uero sunt et phantasiae in multos hominum qui in exstasi facti existimabant se cum peregrinis quibusdam ut putabant et trucibus faciebus comitari et eos qui in itinere sibi obuii fiebant se quasi amicos salutare ac colloqui, notatis uero his quae dicebantur ab eis haec postea referebant. contemplabantur autem eosdem et domos ingredi et alios quidem ex

---

1 cnapea & 2 ıđ aug̀ · *D* kl ſeptƀ · *D* 4 marhuan *D* emetſa *D* lıberoſ hıſcē *sic D* 6 hıeroſolımarū *D* 8 phaleſtına *D* ıordanen *D* 11 poeneſ heremū *D* 15 coıbenſ *D* 17 quandà *D* 18 bùboııſ *D* 19 ceperunt *D* 24 dıſcıpanſ *D* 25 ın *om. D'*, *deinde* omnıbuſ *om. D* 26 ım multoſ *D* extaſı *D*

domo deserere, porro alios uulnerare. contigit autem ut eorum quae dicta sunt ab eis plurima [ut] uiderent fieri.

Praeterea uernali tempore primae indictionis magis extensa XVIII
est, aestiuo autem prorsus incendit ita ut integrae quoque domus penitus clauderentur nec essent qui deberent mortuos sepelire. ex necessitate itaque multa excogitatum est quo super animalia tabulae sternerentur et ita super has impositi mortui deferrentur. pari modo et in plaustris alii supra positi asportabantur. cum autem repleta fuissent uniuersa tam scilicet urbana quam suburbana monumenta, et cisternae quoque sine aqua et lacus et plurimae uineae nec non et interiores horti qui intra ueteres muros erant, ad huius modi capessendam sepulturam effossi sunt et ita uix omnia haec ad tantam necessitatem sufficere ualuerunt. omni autem domo tali calamitate corrupta propter depositionem quae impie facta est ab imperantibus in sacras imagines, confestim nimirum Agarenorum classis ab Alexandria uenit in Cyprum, ubi erat et Romaicus stolus. at uero praetor Cibioretarum irruens in eos extimplo in portu Ceramea et retenta portus fauce cum essent triginta dromones tres solos exsiluisse fatentur.

Anno uero imperii Constantini septimo occiditur Gregorius XVIIII
ab Aruritensibus et uicit Marhuam, ut praetuli. anno imperii Constantini octauo motus est in exterioribus orientis partibus Persidis populus, qui dicuntur Chorosanitae Maurophori contra Marhuam et omnem cognationem eius, qui principati sunt ab ipso Muhammad pseudopropheta usque ad eundem Marhuam id est contra eos qui dicuntur filii Maiha. his enim post interemptionem Gizid debellantibus et constringentibus in uicem hi qui dicebantur filii Hiszem et Halim cognati et ipsi pseudoprophetae sed absconditi atque fugaces existentes in minori Arabia congregati tenente in eis primatum Ibraim filius

---

4 prorſ *D'* 6 excoıtatú *D'* 8 deferentur *D* 12 ortı *D* 14 uoluerunt *D'* 16 ſacraſ *in ras. in D* 17 claſſıſ *om. D'* 18 cybıoretorú *D* 19 extíplo *sic D* 20 exıluſſe *D* 22 arıruten-ſıb; et euıcıt marhuan *D* 25 marhuan *D* 29 hıſcé *sic D* 31 hıbrahí· *D*

Euelid, mittunt libertum suum quendam Hamuslim dictum in Chorosam ad quosdam ibidem praeminentes contra Marhuam sibi suffragari petentes. qui collecti apud Cactaban quendam consiliantur et concitaut seruos in dominos proprios et occidunt multos nocte una, quorum armis equis et pecuniis locupletati facti sunt potentiores.

XX Diuiduntur autem in tribus duas Haisinos scilicet et Hiamanites, quorum potentiores intuens Hamuslim esse Hiemanites concitat contra Haisinos et interfectis eis uenit in Persidem cum Cactaban et expugnans Hibindaren capit cum uictoria cunctos, uirorum scilicet ferme milia centum. et ueniens ad Hibinubera, hostiliter cum ducentis milibus proficiscentem et illum dissoluit, ueniensque ad Marhuam apud Zaban fluuium habentem trecenta milia debellat eum et multitudinem infinitam occidit ex eis. eratque uisu mirabile, cum secundum scripturam unus persequeretur mille et duo transmouerent dena milia. quos cum ita poteutialiter uincentes Marhuam intuitus extitisset, adiit Charran et cum fluuium transmeasset, incidit pontem ex nauibus factum et adsumptis secum omnibus pecuniis ac domo sua cum quattuor milibus uiris uernaculis suis, fuga lapsus est in Aegyptum.

XXI Anno imperii Constantini nono persecutionem patitur Marhuam a Maurophoris et comprehensus ab eis occiditur bello gesto grauissimo. praeerat autem eis Salich filius Halim, qui unus ex praelatis profugis erat, qui et destinauerant Hamuslim, reliqui uero congregati contra Samariam et Trachonitidem regionem sorte principatum distribuerunt Abubalas scilicet et post illum fratri eius Habdalla filius Muhammad et post hunc Eburiaffar et Syriae quidem summam praeturam, taxaue-

---

2 *et* 13 marhuan *D* 2 fuffrarı *D'* 3 chactaban* (*fuit* t *ut uid.*) *D* 4 occıdıt *D* 10 chactaban *D* Hıbındaren capıt *P*, *Anastasius*, *Theophanes:* hıbın prohf al haré · capıt *Dp* 12 Hıbın ubı erat hoftılıter *DP*, *em. ex Anastasio Gruterus* 16 pfequıtur *D* 19 afuptıf *D* 25 amuflım *D* 26 tracontıde *D* 28 muhamad *D* eburıaffar *D:* ebugıaffar *P* (*sed 'ab interpolatura'*), Ifebinmusae *uulgo*

runt Habdallam tenere filium Halim, fratrem uero Salim: ipsum autem Salim Aegypto praeesse. porro Habdallam fratrem Abubalas ab illo habere sortem principatus super Mesopotamiam statuerunt. ipse sane Abubalas, qui et omnium primas habebatur, in Perside sedit translato quoque principatu sub se Persarum, qui ei auxiliati fuerant a Damasco. hi uero qui saluati fuerant tam uidelicet filii quam cognati Marhuam uenientes ab Aegypto in Africam indeque transmeantes fretum angusti maris ad Oceanum positi quod dicitur Septe quodque definit inter Libyam et Europam. Europae Hispaniam habitauerunt usque ad praesens tempus habentes quosdam qui ibidem habitasse antea noscebantur a Muhauia illuc traiecti nauigio cum essent eius cognati et ipsius religionis. perdurauit autem excidium sub Muhauia sex annis. durati sunt omnium illustrium ciuitatum in Syria usque ad Antiochiam uiri eo quod hanc in refugium habere innumerique Arabum ab eo perierunt, oppido enim erat circumspectus circa ciuilia, erat autem Automatistarum id est Epicureorum haereseos ex gentilibus qui habitabant Carram impietatem assumens.

Porro octauo kalendarum Februariarum eiusdem tertiae XXII
indictionis natus est imperatori Constantino filius quem nominauit Leonem ex Chaiani Chazariae filia.

Anno uero eodem factus est terrae motus in Syria et ingens ac terribilis casus, unde ciuitatum aliae quidem penitus exterminatae sunt aliae uero mediocriter, aliae autem a montanis ad subiecta campestria cum muris et habitationibus suis integrae migrauerunt et saluae quasi ad miliaria sex uel etiam modicum quid ultra. denique asseuerauerunt hi qui propriis uisibus terram Mesopotamiae contemplati sunt, in longitudine disruptam fuisse ad miliaria duo et ex profundo eius ascendisse aliam terram nimis albam et arenosam, de cuius medio

---

1 *et* 2 habdallan *D*   2 *et* 4 abulabaſ *D*   5 ſedıſ *D*   7 marhuam *D*   9 dıffınıt *D*   10 lybıam *D*   12 *et* 14 mahauıa *D*   14 duratı — 19 aſſumenſ *huc usque omissa ex D addidi* (*uidentur etiam in P legi*)   18 epycnreorum *D*   19 charran *D*   aſumenſ *D*   20 octauo *om. D*   30 dırruptá *D*

ascendit ut aiunt animal mulinum incontaminatum loquens humana uoce et praenuntians gentis incursionem ab eremo aduersus Arabes. quod et factum est. praeterea sequenti anno quartae indictionis sollemnitate sanctae Pentecostes coronauit Constantinus imperator Leonem filium suum imperatorem per Anastasium patriarcham consentaneum suum.

XXIII Anno uero imperii Constantini decimo Muhammad fit Arabum dux, qui eis quinque praefuit annis. eodem quoque anno simultates Chalcideni aduersus Maurophoros Persas concitauerunt et interempta sunt ex eis in montanis Emesae per illos quatuor milia. id ipsum uero factum est et per Arabiam in Haisinos ab eisdem Persis. cum autem caput Marhuam myrrha conditum fuisset allatum plures a simultatibus cessauerunt.

Anno imperii sui undecimo Constantinus Theodosopolim et Melitenen cepit et captiuos duxit Armenios. Theodorus quoque filius Bigarii minoris Arabiae oriundus obeunte sanctissimo Theophylacto Antiochiae patriarcha praeficitur, qui sex praefuit annis ecclesiae.

Anno imperii sui duodecimo Constantinus impius imperator elatus sensu multa contra ecclesiam et orthodoxam fidem meditans et silentia per dies singulos faciens populum ad sensum suum flexit infeliciter consectandum praeuius futurae impietatis existens.

XXIIII Anno imperii Constantini tertio decimo Anastasius, qui sceleste throno Constantinopolitano praefuit, mortuus est simul corpore et anima miserabili passione, quae dicitur chordapsos, fatigatus, cum stercus per os euomuisset, dignam exsoluens uindictam pro audacia scilicet quam contra deum contraque magistrum suum exhibuit. eodem quoque anno et Constantinus impius contra sanctas ac uenerabiles imagines concilium iniquum trecentorum triginta et octo episcoporum congregauit

---

2 heremo *D* 3 Pretea *D* 4 ſollepnıtate *D* 6 pathrıarchã *D* 10 hemedſe *D* 11 In ıpſıſ uero *D* 12 caıſınoſ *D* capud marhuã myrra *D* 17 bagarn *D* 18 theophılacto *D* 22 populũ aſſenſũ *D* 27 chordapsos *scripsi:* chordapſo *D* 28 em|muıſſ& *D'* 32 & octo epõ|rũ *in ras. in D*

in palatio Hieriae, quorum primi erant Ephesenus filius Absimari et Pastillas Pergensis, qui apud se quae sibi uisa sunt dogmatizarunt nullo praesente ex catholicis sedibus Romana scilicet uel Antiochena Alexandrina siue Hierosolymitana, a quarto idus Februarias incipientes perdurauerunt usque ad sexto idus Augustas eiusdem septimae indictionis, qui cum in Blachernas dei genetricis hostes conuenissent, ascendit Constantinus imperator in ambonem tenens Constantinum monachum qui fuit Sylei episcopus et cum orasset uoce magna pronuntiauit dicens 'Constantino uniuersali patriarchae multos annos.' et dein ascendit imperator cum Constantino scelerato praesule ac reliquis episcopis forum et exclamauerunt diuulgantes suam cacodoxam haeresin in conspectu totius plebis anathematizantes Germanum sanctissimum patriarcham et Gregorium Cyprium et Iohannem Chrysoroan Damascenum nepotem Mansur, uiros sanctos et reuerendos magistros.

Anno uero imperii Constantini quarto decimo Muhammad, XXV
qui Abubalas, mortuus est cum quinque praefuisset annis. eratque Habdallas frater eius in Macha loco blasphemiae ipsorum. scribit ergo ad Hamuslim, qui erat in Perside, conseruandum sibi locum principatus sicuti sorte sibi fuerat deputatus. qui cum didicisset Habdallam filium Halim fratrem uero Salim summum praetorem Syriae principatum sibi affectantem et uenientem ad optinendam Persidem aduersantemque Persis et fauentem his qui erant Syriae quique auxiliabantur ei concitatis exercitibus suis aggreditur eum apud Nisibin et uicto eo Hamuslim multos peremit. erant enim plures ex his Sclaui et Antiocheni. ast Habdallas solus saluus remanens post paucos dies petiit uerbum accipere ab altero Habdalla fratre Muhammad ueniente studio multo in Persidem a Maccha, quo in domuncula putrefacta retruso effodiri fundamenta praecipiens hunc

1 primaſ *D* 3 nollu *corr. in* nollo *in D* 4 anthiocena *D* hirmitana *D* 6 id aug *D* 9 & *om. D* 10 conſtantini uniuerſaliſ *D* 13 hereſim *D* 14 patriarcham *om. D* georgiu cypru *D* 15 chryſora *D* 18 abulabaſ *D* 19 maccha *D* 20 amuſlim *D* 22 uero ali *D* 26 nitzibin *D* 27 abu|muſli *D* erat *D* 30 machca *D* 31 putrefacte *D*

clam interfecit. porro Hamuslim furentem aduersus Arabes Syriae pro eo quod in Maurophoros insurrexerint et multos in Palaestina Emesa et maritima ceperint atque in eos irruere meditantem cohibuit cum exercitibus. at ille iratus Habdallae ad interiorem .Persidem cum multitudine properauit. quem cum uehementer ille metueret, accersit eum suasoriis uerbis et precibus atque ipsis execrabilibus principis ipsorum symbolis destinatis uirga uidelicet atque sandaliis pseudoprophetae Muhammad expetens ut ad se uia unius diei deuerteretur quatinus ei decentes gratiarum actiones referret. at ille deceptus uenit cum centum milibus equitum unitusque illi occiditur ab eo propriis manibus: sicque principatus Habdallae confertur qui uno et uiginti Arabibus praefuit annis.

XXVI Anno imperii sui quinto decimo Constantinus Syros et Armenios quos a Theodosopoli et Melitana duxerat, in Thracem emigrauit ex quibus etiam Paulicianorum est haeresis dilatata. similiter et in urbe paucis prae mortalitate factis habitatoribus eius duxit una cum familiis tam ex insulis et Hellade quam ex inferioribus partibus sicque urbem habitare fecit quam et condensam reddidit. eodem quoque anno quaesiere Bulgares pacta propter castra quae constructa fuerant. ast imperatore apocrisarium eorum dehonestante exierunt hostiliter et usque ad longum murum uenerunt et multo excidio perpetrato illaesi reuersi sunt.

XXVII Anno imperii Constantini sexto decimo terrae motus haud modicus factus est in Palaestina et Syria septimo idus Martias et exul factus est Theodorus Antiochiae patriarcha inuidia de- * rogatus Arabum quod crebro imperatori Constantino causas eorum per litteras indicaret et de cetero Halim hunc exulem misit in Moabitidem regionem patriam suam praecepitque idem Halim non construendas nouas ecclesias nec crucem uidendam sed neque de fide a Christiano cum Arabibus dogmatizandum. porro exercitum mouit idem contra Romaniam cum octoginta

---

1 abumusli furientem *D* 3 emedsa *D* 4 coibuit *D* 5 psida *D* 10 deferr& *D* 15 melitana *D* 21 uulgares *D* 26 id *D* 29 *et* 31 ali *D* 31 non *om.* *D* 32 ** de (*fuitne* ee?)

milibus et ueniens in Cappadociam audiuit Constantinum aduersus se uenientem armatum et territus inefficax repedauit nihil depopulatus nisi quod paucis Armeniis ad se confluentibus adsumptis reuersus est.

Anno imperii Constantini decimo septimo Habdallas tributorum rationem Christianis ampliauit adeo ut omnes monachos et inclausos atque Cionitas, qui deo placere bene noscebantur, sub tributis redigeret. signauit autem et ecclesiarum cimiliarchia et adduxit Hebraeos ad uenundandum illa et emerunt ea liberti.

Anno imperii sui octauo decimo Constantinus Sclauinas XXVIII
penes Macedoniam positas captiuauit et reliquos subiugauit.

Eodem uero anno quidam ex Maurophoris Persis cum magicae religionis essent deceptione detenti diaboli, uenundata substantia sua nudi supra muros ascendentes proiciebant semet ipsos ita ut se uolare in caelum arbitrarentur, qui nihil ratione dignum sortis illius habentes artus conterebant ad ima demersi, quorum sedecim eos dumtaxat qui in errore praeminebant Habdallas per Salim interfecit in Beroea et Chalcide.

Anno imperii Constantini nono decimo inuidia Christianos prohibuerunt Arabes a publicis chartothesiis ad modicum tempus. sed rursus coacti committunt eis eadem ipsa eo quod non possint ipsi scribere calculationes aciesque direxerunt multas et Paullum praetorem Armeniacorum bellum agentes apud Melam peremerunt cum exercitus multitudine nec non et quadraginta duos insignes uiros uinctos duxerunt et capita multa. imperator autem exercitum mouit in Bulgariam et uenienti in Veregaban ad clusuram obuiam ei Bulgares aduenerunt et multos exercitus eius trucidauerunt, in quibus et Leonem patricium et praetorem Thracesiorum et alium Leonem logothetam *τοῦ δρόμου*

4 aſúptıſ *D* 7 cionitas esse inclausos qui habitarent incolumnię *'additum Palatino'* 10 emerent *D* 11 ſclauınıa *D* 16 uolaret *D* 19 alì *D* 21 puplıcıſ *D* 23 calculatıonıb; *D* multoſ *D* 24 paulù *D* 27 uulgarıá *D* uenıenſ *D* 28 uulgareſ *D* 29 pathrıcıù *D* 30 tracefıorù *D* *τοῦ δρόμου Theophanes:* tudromu *D*, todromn *P*

et populum multum et acceperunt arma eorum. et sic inhoneste reuersi sunt.

XXVIIII Anno imperii Constantini uicesimo factus est error Paschae et orthodoxi quidem in oriente octauo idus Aprilis Pascha celebrauerunt at uero erronei haeretici idus Aprilis. eodem anno translatum est caput sancti Iohannis praecursoris atque Baptistae a monasterio Spelaei in templum suum in Emesensium ciuitate situm, cum esset illustre. et descensus aedificatus est ubi usque hodie a fidelibus adoratum omni suauitatis corporali scilicet ac spirituali honoratur odore et emanans effundit omnibus sanitates qui fide flagrantes occurrunt.

Eodemque anno docites clarissima in oriente apparuit per decem dies et iterum ad occidentem diebus uiginti et uno. quidam uero Syrus Theodorus nomine Libanites circa regionem Heliopoleos quae est ad Libanum aduersus Arabes insurrexit et cum bellum mouisset in eos ceciderunt ex utriusque multi, nouissime uero terga et ipse uertens effugit et Libanitae qui cum ipso erant omnes sunt interempti. factae autem sunt et in Africa seditiones et bella solari eclipsi facta octauo decimo kalendas Septembrias feria sexta hora decima. porro insurrexerunt quidam ex Maurophoris apud Dabeco dicentes filium protosymboli deum ut nutritorem suum et protulerunt dogmata huius modi et introierunt Maurophori domum erroris sui et occiderunt clauigeros nomina sexaginta et exierunt quidam in Barason et captiuauerunt multos et pecunias innumerosas sumpsere.

XXX Anno imperii Constantini uicesimo primo seditionem concitauerunt Cassiotae contra Maurophoros propter mulieres. manserant enim ex eis in domo, in qua tres fratres manebant et uoluerunt uxores eorum in pelagus iacere, surgentes autem tres fratres occiderunt et obruerunt illos sed et coaceruati occiderunt etiam reliquos et cum misisset Selichus militias frau-

1 ınhoſte *D* 4 ıd apr̄l *D* 6 capud *D* 7 ſpeleı *D* 9 honoratum et adoratum *uulgo* 11 fraglanteſ *D* 20 affrıca *D* 21 kl̄ *D* 23 protoſımbolı *D* 25 nomıne *d* 31 ualuerunt *D* palaguſ *D*

dulenter uenere super illos et comprehensis eis patibulo suspenderunt tres fratres et multos alios occiderunt. porro festiuitate Paschali ingressus est ad sanctam collectam in catholica ecclesia cumque metropolitanus episcopus astaret et exclamaret more solito deo dicens 'plebs enim tua et ecclesia tua supplicat' eduxerunt eum et concluserunt eum in carcere et alius compleuit sanctam collectam et factus est timor magnus et nisi metropolita moralitate ac humilibus uerbis mitigasset eum malum profecto ingens hora consummatum fuisset: erat autem beatissimus Anastasius.

Eodem quoque anno et Constantinus persecutor Andream memorabilem monachum, qui dicebatur Calybites, apud Blachernas flagris in hippodromio sancti Mamae peremit redarguentem impietatem eius et Valentinianistam ac Ciuilianum appellantem eum quem et in rheuma maris iactari praecepit nisi sorores eius hunc rapientes in emporio Leucadii sepelissent.

Anno imperii Constantini uicesimo secundo apparuit docetes XXXI
in oriente et interfectus est filius Phatimae. at uero Bulgares insurgentes occiderunt dominos suos a Sciram deriuatos et statuerunt uirum insensatum nomine Teletzin triginta cum esset annorum. multi praeterea Sclaui fugientes ad imperatorem confluxerunt, quos constituit super Arthamam. porro sexto decimo kalendas Iulii exiuit imperator in Thracem misso quoque nauigio per Euxinum pontum usque ad octingenta chelandia ferentia duodenos equos. at uero Teletzis audita contra se per terram et mare facta commotione adsumpsit in auxilium ex adiacentibus sibi nationibus uiginti milia et his in munitionibus constitutis se cautum et intrepidum reddidit. ast imperator cum uenisset, castra metatus est in campo Anchiali et pridie kalendas Iulii primae indictionis feria quinta Teletzis

---

4 me | metropolıtanuſ *D* 5 plepſ *D* 8 mortalıtate *D* 10 hıc *om. D* 12 calıbıteſ *D* 13 yppodromıo *D* mame *D* 14 ımpıetatē *in ras. in D* 15 reuma marı *D* 16 emperıo *D* 18 phatıme *D* uulgaerſ *D* 19 dırıuatoſ *D* 22 artanan *D* 23 kl *D* thracen *D* 24 u *in* uſq. *corr. ex* a *in D* 26 terrā | quā p *D* aſu-pſıt *D* 30 kl ıulı *D*

cum multitudine gentium apparuit ueniens ineuntesque bellum concidunt diutius in uicem, uerum Teletzis terga uertens effugit. porro pugna tenuit ab hora quinta usque ad uespertinam et multitudines Bulgarum numerosae peremptae sunt, multi uero ex eis capti multique imperatori subditi facti sunt.

XXXII Ast imperator huiusce modi elatus uictoria publicauit hanc coram urbe cum exercitibus ingressus armatus et laudibus a plebibus celeberrimis diffamatus, et xylopanduris constrictos trahens Bulgares captos, quos extra portam Auream decollari praecepit a ciuibus. Teletzin uero tumultuantes Bulgares una cum principibus eius interfecerunt et constituerunt Sabinum generum Comersii quondam domini sui. qui uidelicet Sabinus cum mox ad imperatorem misisset et pacem fieri exquisisset, conuentu Bulgares facto restiterunt robuste Sabino dicentes ei 'Bulgaria per te ut cernimus redigetur in seruitutem Romanis.' factaque simultate fugit Sabinus in castrum Mesembriae et ad imperatorem se contulit, statuerunt autem Bulgares alium sibi dominum Paganum nomine.

XXXIII Anno imperii Constantini uicesimo tertio Turci uero egressi sunt a Caspiis portis et occiderunt in Armenia multos et praeda sumpta non pauca reuersi sunt. Cosmas autem quidam episcopus erat Epiphaniae, quae est ciuitas Apamiae Syriae, porro quibusdam ex ciuibus Epiphaniae ad Theodorum patriarcham Antiochenum accusationem contra eundem Cosmam super diminutione sacrorum uasorum facientibus cum ille minime potuisset haec restituere, discessit ab orthodoxa fide eo consentaneus Constantino in haeresi sacris aduersatus imaginibus, quem communi sententia Theodorus Antiochenus patriarcha et Theodorus Hierosolymitanus atque Cosmas Alexandrinus cum episcopis sibi subiectis die sanctae Pentecostes post lectionem sancti euangelii consonanter anathematizauerunt singuli in sua ciuitate.

---

4 uulgarū *D* 6 puplicauit *D* 8 exilo pandurif *D* 9 *et* 10 *et* 14 *et* 17 uulgaref *D* 14 reftituerunt *D* 15 uulgaria *D* 22 *et* 23 epyphaniȩ *D* 24 eundā *D* 27 facra aduerfa *D* 29 hirmitanuf *D* 31 conftanter *D* fuā ciuitatē *D*

XXXIIII Eodem quoque anno a kalendis Octobribus factum est gelu magnum et amarissimum non solum in terra nostra uerum etiam in oriente et multo magis in septemtrionali parte ut pelagus ponti usque ad centum miliaria prae glaciei rigore in lapidis duritiam fuerit uersum habens cubitos a superficie in profundum triginta cunctis nimirum regionibus ab ipsa Lycia usque ad Danubium et Cuphe fluuium Danastri quoque et Danapri atque Necropela nec non et reliquas ripas et usque ad Mesembriam et Mediam similiter patientibus, cumque huiusce modi gelu niue fuisset coopertum, super alios uiginti cubitos creuit ita ut mare aridae conformaretur et pedibus calcaretur in superficie glaciei a Chazaria et Bulgaria quin et reliquis adiacentibus nationibus tam ab hominibus quam ab agrestibus et mansuefactis animantibus.

XXXV Februario uero mense ipsius secundae indictionis huiusce modi gelu per iussionem dei in multas ac diuersas in speciem montium factas concisiones diuiso hae prae ui uentorum in Daphnusiam et Hieron descendentes taliter per angustum peruenerunt ad urbem et usque ad Propontidem et insulas et Abydum omnes maritimos toros ac ripas replentes, quarum uidelicet concisionum inspectores et nos ipsi extitimus descendentes super unam earum cum quibusdam quoque triginta coaetaneis nostris et super illam iocantes. habebat autem et animalia campestria et mansueta mortua. omnis enim quicumque uellet a Sophianis usque ad urbem et a Chrysopoli usque ad sanctum Mamam et ad ea quae dicuntur Galati per aridam sine prohibitione pergebat. et una quidem ex eis ad Acropoleos scalam disrupta contriuit eam, alia uero ingentis molis ad murum collisa hunc magno impulsu concussit adeo ut interiores quoque domus salo conparticiparentur.

XXXVI Porro in tria disrupta cinxit urbem a Manganis scilicet

---

1 kl *D* 2 magnuſ & amarıſſımuſ *D* 3 & *om. D* magıſ et ſeptétrıonalı parte pelaguſ *D* 4 mılıa trıa pre *D* 5 lapıſ *D* ac *D* 6 lıcchıa *D* 7 danaſprı quoq· *D* 10 uıgıntı *iterat D'* 12 uulgarıa *D* 18 dapnuſıá *D* 20 abıdù *D* 21 deſcedenteſ *P* 25 chryſopoli' *D* 28 acropoleaſ *D* 28 *et* 31 dırrupta *D*

usque ad Bosporum quinque, cuius altitudo muros excessit. omnes autem urbis tam uiri quam feminae, simul et pueri horum uisioni dantes indesinenter operam perseuerabant et cum lamentis ac lacrimis domum reuertebantur ignorantes quid ad id fari quiuissent.

Ceterum anno eodem mense Martio stellae repente de caelo cadentes apparuere ita ut omnes qui hoc uiderunt instantis saeculi consummationem esse putarent. siccitas quoque multa effecta est adeo ut exsiccarentur etiam fontes. ast imperator accersito patriarcha dicit ei 'modo quid nos laedet si dixerimus *θεοτόκον χριστοτόκον*?' at ille hunc amplexatus ait 'miserere domine ne ad contagionem tuam ueniat iste sermo, nonne uides qualiter diuulgetur et anathematizetur Nestorius a tota ecclesia?' qui respondens ait 'ego discere uolens interrogaui. uerum usque ad te sermo.'

XXXVII Anno imperii Constantini uicesimo quarto exierunt iterum Turci ad Caspias portas et Hiberiam quibus cum Arabibus bellum ineuntibus ex utrisque perierunt multi. Habdallas uero huiusce modi calliditate deposuit a principatu Hise Ibin Musae, in quem ut superius dictum est tertia sors tenendi post eum cecidit. uidens enim eum dolore capitis hemicranice laborantem et scotomi plenitudinem patientem persuadet quod curandus foret, si ex aliqua confectione ptarmica in nares eius insufflaretur a medico suo Mose nomine diacono Antiochenorum ecclesiae quem iam muneribus fecerat acerrimum conficere medicamen quod simul et narcoticum foret uehementer, qui uidelicet Hise cum paruisset Habdallae, suscepit per nares confectionem et repletus in omnibus circa caput cunctisque sensibus una cum hegemonicis operationibus defraudatus sine uoce porro iacebat. aduocatis itaque Habdallas ducibus ac primoribus gentis 'quid uobis' inquit 'uidetur super futuro rege

1 bofphorum *D* 4 reuerterentur *D* 11 theoto con xpotocon *D* 12 cogitationē *D* 17 auarib; *D* 19 hiſ eibin muze *D* 21 emicranice (*prior* c *in ras*) *D* 22 *in* ſcotomi i *in ras. in D* 24 moyſe *D* 27 habdalle *D* 28 capud *D* 29 egemoniciſ *D* 31 inquid *D*

uestro?' at illi concorditer abnegato eo dextras dedere filio eius Habdallae Muhammad qui nuncupabatur Madi. porro Hise absque sensu domum reportauerunt. hunc autem post tertium diem conualescentem excusationibus fictis consolabatur centum auri talentis iniuriam recompensans.

Eodem etiam anno misit Paganus dominus Bulgariae ad XXXVIII
imperatorem postulans ut cum eo facie ad faciem iungeretur. et accepto uerbo descendit ad eum cum Bohiladis suis. cumque imperator una cum Sabino sederet, suscepit eos et exprobrauit inordinationem eorum et odium habitum in Sabinum feceruntque pacem ut putabatur. ast imperator mittens clam in Bulgariam cepit Seuerorum principem Sclauinum, qui multa in Thrace fecerat mala. comprehensus autem est et Christianus, qui ex Christianis magarites et primus scamarorum effectus est, quem apud sanctum Thomam manibus et pedibus detruncantes adduxere medicos qui hunc uiuum inciderunt a thorace pubetenus ad hominis cognoscendam positionem atque structuram et sic eum tradiderunt igni. actutum praeterea imperator exiens ab urbe cum sine custodia inuenisset ob deceptoriam pacem clusuras, ingressus est Bulgariam usque ad Tzicas et misso igne in cortes quas repperit cum timore reuersus est cum nil forte patrasset.

Anno imperii sui uicesimo quinto duodecimo kalendas XXXVIIII
Decembrias indictionis quartae furens impius et scelestus imperator aduersus omnes timentes deum nouum protomartyrem Stephanum abstrahi praecepit, cum esset inclausus apud sanctum Auxentium in proximo monte Damastri. quem hi qui eruditionis eius fructum percipiebant et unius cum eo ac similis erant sensus, scholarii quoque ac reliquis ordinibus deputati accipientes pedemque ipsius rudente ligantes traxerunt a praetorio usque ad ea quae sunt Pelagii, ubi et discerpentes eum proiecerunt honorabiles ipsius reliquias in biothana-

2 hab|dalla *D* 3 ıſe *D* 6 uulgarıę *D* 11 pacem *om. D* 12 *et* 20 uulgaria *D* 23 quınto *in ras. in D* kl *D* 26 ſtephanum *om. D* 29 ſcolaru *D* 31 pelagı *P et Anastasius*, palagı *D* 32 bıathanatoru *D*

torum locum eo quod multos monuerit et adduxerit ad monasticam uitam, atque contemnere regias dignitates atque pecunias persuaserit. reuerendus quippe uir omnibus erat pro eo quod fere sexaginta fecerit annos in claustris et uirtutibus multis effulserit. multos autem principes ac milites accusatos quod imagines adorarent diuersis poenis et amarissimis uerberibus tradidit. ius iurandum etiam generale ab omnibus sub imperio suo degentibus exegit ne quispiam adoraret icona, cum quibus et Constantinum falsi nominis patriarcham super ambonem ascendere et exaltare pretiosa ligna et iurare fecit quod non esset ex eis qui imagines adorarent. cui mox persuasit ut ex monacho Stephanites efficeretur et carnibus uesceretur atque citharoedos ad mensam admitti regiam pateretur sed non in longum ultio hunc homicidae tradidit poenis.

XXXX Denique duodecimo kalendarum Februariarum quartae indictionis motus est contra Bulgares et direxit ad Achelon duo milia sexcenta chelandia construens ea et armans ex cunctis thematibus. quae cum in oris stationem fixissent, flante Aquilone contrita sunt paene omnia. et necatus est populus multus ita ut imperator extendere retia et sic mortuos educere ac sepelire praeceperit. porro sexto decimo kalendas Septembrias eiusdem quartae indictionis publice diffamauit et dehonestauit habitum monachorum in hippodromio praecipiens unum quemque monachum manu tenere mulierem et taliter eos transire per hippodromium sputis et iniuriis ab omni populo cumulatos. similiter et octauo kalendas Septembrias ducti sunt ad ludos circenses insignes principes decem et nouem et pompati sunt quasi mala contra imperatorem consiliati fuerint, non ueraciter accusati sed quia inuidebat eis eo quod essent formosi atque robusti et ab omnibus collaudati, quibusdam uero ex eis et ob religionem eo quod ad praedictum inclausum issent et passiones eius publice diuulgarent, quos et

2 contẽpnere *D* 6 *et* 14 pęnıſ *D* 8 ıconá *D* 9 conſtantınuſ *D* 13 cytharedoſ *D* 15 klarú *D* 16 uulgareſ *D* 18 orıſ *Fabrettius:* torıſ *D* 19 poene *D* 21 *et* 26 kl *D* 22 dıffauıt *D'* 23 yppodromıo *D* 24 alıter *D* 25 yppodromıú *D* 28 fuerunt (ınt *in ras.*) *D*

interfecit. quorum praecipui sunt Constantinus patricius et XXXXI
dudum logotheta Dromi id est cursus, cuique nomen inposuit Podopagurum et huius frater Strategius Spatharius et domesticus excubituum, Antiochus logotheta Dromi factus et praetor Siciliae, Dauid Spatharius et comes Obsequii, Theophylactus protospatharius et praetor Thrace, Christophorus Spatharius, Constantinus Spatharius et primus imperialium stratorum filius patricii Bardanis, Theophylactus candidatus et alii quos cum in hippodromii ludos palam traduci et ab omni populo conspui et maledici fecisset, sententiam dedit et illos quidem duos fratres, Constantinum aio atque Strategium intra uenationis saepta capitis animaduersione puniuit multo super eos facto uniuersae plebis lamento adeo ut cum didicisset imperator indignaretur et praefectum Procopium caederet et ab administratione depelleret tanquam id fieri permittentem. ceteros autem omnes oculis priuatos in exilium destinauit, quos et per singulos mittens cum esset omni crudelitate plenus ad loca in quibus degebant centenis flagris uapulare iubebat. porro tertio kalendas Septembrias eiusdem quartae indictionis insaniens idem maliuocus aduersus aequiuocum suum et consentaneum patriarcham et inuentis quibusdam clericis et monachis instruxit illos ut dicerent 'audiuimus patriarcham cum Podopaguro aduersus imperatorem loquentem' et misit eos ad patriarchium ut arguerent eum. cumque ille negaret, fecit illos ad pretiosa ligna iurare fatentes 'a patriarcha maledicta haec audiuimus.' inter haec ergo misit et bulla signauit patriarchium et hunc exilio relegauit apud Hiberiam et rursus apud principem insulam.

Anno imperii Constantini uicesimo sexto Habdallas filius XXXXII
Hali mortuus est ruente super se turre in qua custodiebatur. Habdallas autem cum Amirae fungeretur honore, multa mala

1 patrıchıuſ *D* 4 Anthıochuſ *D* praetor] prędıctor *D* 5 theophılactuſ *D* 6 xp̄oforuſ *D* 8 theophılactuſ *D* 9 yppodromıı *D* 12 ſepta *D* 13 plebı *D* 15 depellere *D* 19 kl *D* 24 pathrıarchıu̇ *D* 29 Habdallas Ibin Hali *Anastasius et Theophanes et ut uisum est Grutero ante corr. P* 31 amere *D*

Christianis sub principatu suo degentibus demonstrauit. si quidem et cruces ecclesiarum abstulit et uigilias nocturnas celebrare sed et litteras discere prohibebat. hi uero qui dicuntur apud illos Aruritae, quod interpretantur mulatores, contra Palmyretensem eremum insurrexerunt. sed illorum quidem malitia in ecclesias dei utpote infidelium manifesta, is autem qui Christianis ineffabilibus dei iudiciis imperabat — fortassis ut Israel quondam ille uaesanus Achab — multo peiora quam Arabum sit insania sub imperio suo positis orthodoxis episcopis uidelicet monachis et laicis praelatis atque subiectis ostendit ubique intercessiones sanctae uirginis et dei genetricis ac omnium sanctorum in scriptis ut inutiles ac sine scripto repellens, per quas nobis emanat omne suffragium et sanctas reliquias eorum effossas eiciens et inuisas uidelicet reddens sicubi cuiusquam insignis audiebantur ad animarum sanitatem et corporum reiacere uel sicut moris est a pie agentibus honorari, mox ergo mortem aduersus huius modi tamquam impie gerentes minabatur, sin autem, proscriptiones ac exilia et tormenta, deo uero gratissimum lipsanum utpote quidam thesaurus possessoribus habitus auferebatur inuisum de cetero efficiendum.

XXXXIII Tale quid et in pretiosissimum laudabilis matris Euphemiae profanus hic imperator lipsanum gessit in profundum id una cum loculo iaciens, non ferens uidere unguenti eam ex se super omnem populum suauitatem reddentem et arguentem eius aduersus intercessiones sanctorum deliramenta. sed deus qui custodit ossa sibi placentium secundum diuina eloquia illaesum hoc conseruauit rursus ostensurus illud apud Lemnum insulam. per nocturnam enim uisionem iacens eleuandum praecepit et conseruandum. sub Constantino uero et Eirene piis imperatoribus indictione quarta cum decenti honorificentia rediit ad templum suum quod ipse quidem tamquam inimicus ecclesiarum commune fecit armamentarium sterquiliniumque fore decreuit: illi repurgatum hoc iterum sacrauerunt, ad redargutionem quidem huius impietatis ostensionem autem horum pietatis. hoc

---

5 heremú *D* 8 hıſrˡ *D* 20 poſſeſſıorıb; *D* 21 matris] martyrıſ *D* heuphe|mıe *D* 27 lımuum *D* 29 hıerene *D* 34 pıetateſ *D*

autem obstupendum et scriptura dignum miraculum post uiginti duos annos iniqui principis mortis una cum piissimis imperatoribus et Tarasio sanctissimo patriarcha nos et uidimus et cum eis amplexi fuimus licet indigni magnam gratiam promerentes.

Porro sexto decimo kalendas Decembrias eiusdem quintae XXXXIIII
iudictionis decreto imperatoris promouetur Nicetas eunuchus e Sclauis ortus irregulariter patriarcha Constantinopoleos. et facta est siccitas ita ut nec ros de caelo caderet defecitque ab urbe penitus aqua et otiosae remauserunt tam cisternae quam lauacra quin potius et fontalia fluenta quae prius iugiter effluebant. quod intuens imperator coepit renouare aquae ductum Valentiniani, qui cum usque ad Heraclium perdurasset, ab Auaribus est destructus. electis ergo ex diuersis locis artificibus ab Asia quidem duxit et Ponto aedificatores mille et linitores ducentos, a Graecia uero et insulis testacearios quingentos, porro ex ipsa Thrace operarios quinque milia et tegulas facientes ducentos. et praeposuit eis principes executores operum ac patricium unum, sicque opere consummato aqua introiuit in urbem.

Ceterum eadem quinta prouehit indictione sui sensus XXXXV
praetores et operarios nequitia sua condignos Michaelem uidelicet Melissenum in themato orientalium et Michaelem Lachanodracontem in Thracesiis, super Buccellarios uero Manin a mania id est insania nominatum. sed quis idoneus ad enarrandum scelerata horum piacula? quae partim suis a nobis constringentur in locis. omnia enim seu singula horum opera si conscriberentur quae ad curationem imperautis effecta sunt nec ipsum arbitror ut proprie cum Euangelista dicatur, capere mundum eos qui scribendi sunt libros.

Anno uero imperii Constantini uicesimo septimo Constan- XXXXVI
tinus falsi nominis patriarcha ductus est nonis Octobribus

---

6 kł ſeptēbriaſ *D* 7 exclauiſ *D* 9 siccitas] ciuitaſ *D* 11 lauachra *D* 12 cepit *D* 13 pdurarafſ& *D* 16 teſta carioſ *D* 22 *et* 23 michahelem *D* 27 conſtringetur *D* 29 mundú caper& *D* 32 *ante* falſi *add.* uero *D* nono octobriaſ · *D*

sextae indictionis a principe in insulam, quem et cecidit tyrannus, quod uadere non ualeret. iussit autem eum in phorio portari et euntem sedere in gremio ecclesiae magnae eratque a secretis cum eo ferens chartae tomum, in quo erant ascripti huius excessus. omni ergo populo ciuitatis ex praecepto regio illic aggreto et uidente legebatur charta in audientiam totius populi: per singula capitula percutiebat a secretis faciem eius Niceta patriarcha in confessione sedente ac intuente. post haec uero cum imposuissent eum in ambonem et rectum stare fecissent, accepit Nicetas chartam et misit episcopos et ablato super humerali eius anathematizarunt eum et hunc Scotiopsin cognominantes ab ecclesia abstraxerunt gradientem retrorsum. postera uero die cum ludi circenses agerentur, raserunt faciem eius et barbam denudauerunt capitis ac superciliorum pilis ablatis et indutum hunc laneo breui ac sine manicis uestimento sedere fecerunt oblique super asinum sagma ferentem et ipsius tenere caudam et duxerunt per Dihippium in hippodromium cuncto populo et uulgo mala imprecante illi et conspuente. trahebat autem asinum Constantinus nepos ipsius naso reciso. cumque uenisset ad uulgus, descenderunt et conspuerunt et puluerem proiecerunt super eum. et cum adduxissent eum ad consistorium, deiecerunt de asino et calcauerunt super collum eius. et collocatus contra uulgus audiebat ab illis ludicra uerba usque ad absolutionem ludorum equestrium.

XXXXVII Eodem quoque mense missis impius imperator patriciis significat ei dicens ‘quid dicis de fide nostra et concilio quod fecimus?’ qui sensibus ad uanitatem conuersis respondebat ‘bene’ inquiens ‘et credis et bene concilium operatus es’ putans se ob hoc illum rursus placare. at illi confestim respondentes dixerunt ‘nos hoc audire noluimus ab ore polluto tuo, ex hoc

1 a] ac *D* 2 euadere *D* phorto *D* 4 thomǔ *D* 9 hac *D* 10 caràt *D* 11 fcotu|obfın *D* 12 abftruxerunt ab ęcclam *D* 13 cerfenfuf *D* 17 dupiu *D* yppodromu *D* 18 *sub* et 6 *puncta a manu posteriore (atramento minus nigro) posita, quorum in utroque latere extremi sub* lo *et* u *sunt, sed uix eis* et uulgo *delere uoluit librarius in D* 19 nafa *D* 24 abfolutione *D* 30 nolumuf *D*

ergo uade in tenebras et in anathema.' et sic accepta sententia descendit ad claustra ferarum et decollatus est et caput quidem ei per aures ligantes tribus diebus in Milio suspenderunt ad ostentationem plebis, corpus uero eius pede resti ligato traxerunt per plateam usque ad loca Pelagii et sociandum biothanatis iactauerunt. similiter et caput eius post tres dies illuc delatum proiecerunt. o irrationabilitatem et crudelitatem atque inmisericordiam inmitissimae bestiae! non est ueritus miser sanctum lauacrum. duos enim filios eius ex tertia coniuge ipsius in ulnas suas susceperat. si quidem semper feralis moribus et inmansuetus esse probatur.

Ab hoc autem anno ampliori est insania usus, mittens XXXXVIII quippe deposuit Petrum nobilem styliten a Metra, quem uinum cum dogmatibus eius cedere renuisset ligatis pedibus eius in praedictum Pelagii locum inclusit et hunc quoque per plateam tractum proici iussit. alios etiam in saccis uinciens et lapidibus aggrauans in pelagus iactari praecipiebat, oculos eruens nares abscindens flagellis excorians et omnem tormenti speciem aduersus eos qui pie agebant excogitans. et in urbe quidem per se ipsum haec et consentaneos suos Antonium aio patricium et scholarum domesticum ac Petrum magistrum atque per populum singulorum ordinum qui a se fuerant ad talia eruditus agebat, in exteris uero thematibus per iam dictos praetores. ipse namque citharae sonitu delectabatur atque conuiuiis turpibus sermonibus et saltationibus eos qui sibi adhaerebant incessanter erudiens et sicubi quisquam corruens uel dolens solitam Christianis uocem emitteret dicens 'dei genetrix iuua' aut uigilias agens deprehenderetur aut ecclesiis assuetus aut cum religione uiuens aut non passim iuramentis abutens ut inimicus imperatorum damnabatur et inmemorabilis nominabatur.

Monasteria uero quae in gloriam dei et refugia saluan- XXXXVIIII

2 *et* 6 capud *D* 13 nobilem *om. D* ſtiliten *D* 14 rennuiſſ& *D* 15 palagii *D* incluſit *om. D* 16 tractatū *D* 18 abſcidenſ *D* 20 pathriciu *D* 21 ſcolarū *D* 23 agebant *D* 24 cythare ſonitū *D* 27 uoce *D* 30 damp|nabatur *D*

dorum effecta sunt domos fore communes fautoribus suis militibus sanciebat. denique coenobium Dalmatii, quod inter optima Byzantii erat coenobia, militibus in habitaculum tribuit. ea quae dicuntur Callistrati et Dii ac Maximini monasteria nec non et alias sacras monachorum ac uirginum domos a fundamentis destruxit. eos uero qui post monasticam subire uitam ex insignibus militibus uel senatoribus studuerant et maxime illos qui sibi adhaeserant et complices libidinis suae ac nefandorum actuum fuerant morti subdebat suspectui habens confusionem, quae sibi pronuntiationibus fieret propalantium se. unde et Strategium Podopaguri fratrem cum esset urbanus specie assumpsit. amabat enim talibus adhaerere propter luxurias suas. cum autem sensisset eum moleste tulisse infandas in uiros insanias suas et beato Stephano inclauso sancti Auxentii has manifeste reddidisse salutisque remedia suscepisse, hunc quasi insidiatorem suum diffamans una cum inclauso ut praedictum est interfecit. fecit autem abundare ornatas species in urbe, nouus enim Midas factus aurum coaceruauit et agricolas denudauit et ob tributorum exactionem cogebantur homines largas dei geniminum munificentias facile seu uili pretio uenundare. eodemque anno Nicetas falsi nominis patriarcha iconas ex musiuo factas, quae in patriarchio secreti minoris erant, erasit et imagines magni secreti quae sculptae in ligno erant, deposuit et ceterarum imaginum facies deliniuit, sed et in Abramiaeo similiter fecit.

L Anno imperii sui uicesimo octauo coronauit imperator Eudociam uxorem suam cum esset trigamus et haec tertia esset coniux, in tribunalio decem et nouem accubituum kalendis Aprilibus, filios uero suos ex ipsa procreatos Christophorum scilicet et Nicephorum postera die qua sanctum celebratum est Pascha Caesares ordinauit patriarcha orationem fa-

---

2 cęnobium *D* 3 bizantii erant *D* militib; *iterat D'* 4 kallistrati *D* 5 alios sacros *D* 6 post] p *D* 7 ex signib; *D* 9 mortis *D* 14 uiro• (*fuit* s) *D* 17 habundare hornas *D* 19 agriculos *D* 22 musio *D* 25 abramieo *D* 28 kl apri · *D* 29 xpforu *D*

ciente et imperatoribus super eos chlamydes et Caesaricias imponentibus galeas. pari modo et Nicetam nouissimum fratrem eorum nobilissimo facto superposuit ei chlamydem et auream coronam et ita processerunt iactantibus imperatoribus hypatiam et trimisia et bemisia et numismata noua usque ad magnam ecclesiam.

LI Anno imperii Constantini uicesimo nono ingressa est urbem Eirene ab Athenis ueniens dromonibus et chelandiis plurimis adornatis sericis palliis et proceribus urbis cum uxoribus obuiam occurrentibus et praecedentibus eam. cumque patriarcha uenisset ad palatium in ecclesiam Phari, facta sunt ad eandem Eirenen Leonis imperatoris sponsalia et sexto decimo kalendas Ianuarias coronata est in triclinio Augustaei imperatrix Eirene. quae cum ad oratorium sancti Stephani situm in Daphne abiiset, accepit nuptiarum coronam una cum filio Constantini praelato uidelicet imperatore Leone.

Hoc etiam anno facta est commutatio in Syria uiri ad uirum et feminae ad feminam et pueri similiter ad puerum et praecepit Habdallas radi barbas eorum et fieri caulamaucos cubiti unius et semis.

LII Anno imperii Constantini tricesimo mouit exercitum Banaeas contra Romaniam et multos captiuos abduxit et Romani quartam Armeniam ingressi despoliauerunt eam. praeterea moritur Salech et translata est Germanicia in Palaestinam.

Eodem anno imitatus Lachanodraco magistrum suum omnem monachum et monacham in themate Thracesiorum commorantes apud Ephesum congregauit et eductis eis in campum dixit ad eos ‘qui uult imperatori ac nobis oboedire alba induatur ueste et hac hora sumat uxorem. ast qui hoc facere parui penderint, priuati luminibus in Cypro exilio damnabuntur.’

---

1 clamydeſ *D* 3 clamydē aureā | et coronā *D* 5 emiſia *D* 8 hierene *D* 12 heirenem *D* 13 kl *D* triclynio auguſtei *D* 14 heirene *D* 17 in Syria *om. D* 19 caulamaucoſ *P et Anastasius:* caula maucaſ *D*, camelaucoſ *cod. Pithoei* 20 cubitu *D* 24 tranſlata *D* 26 traceſiorū *D* 29 hanc *D* 30 dampnabantur *D*

tumque opus cum uerbo pariter consummatum est et multi eodem die martyres sunt ostensi multi, uero deficientes et eneruati perierunt quos et familiares sibi Draco faciebat. praeterea indictione nona, mense Ianuario natus est imperatori Leoni et Eirene filius, qui nominatus est Constantinus dum adhuc uiueret Constantinus auus eius.

LIII Anno imperii Constantini tricesimo primo mouit exercitum Banacas contra Romaniam et cum descendisset ab Isauria in castrum Syces obsedit illud. quod cum audisset imperator, scripsit ad Michaelem praetorem orientalium et ad Manin Buccellariorum et Bardam Armeniacorum praetores, qui cum uenissent, tenuerunt egressum eorum, quia erat clusura ualde difficilis ad meandum. stolus autem Cibireotorum cum Petrone Spathario praetore suo ueniens applicuit in portu praedicti castri. quod cum Banacas uidisset sui desperatus fiduciam rursus assumit suosque alacres reddit et ascendens ad equestres exercitus magnis et repentinis uocibus cum omnibus suis clamorem dedit sicque illos territos fugat multisque peremptis depraedatus est omnia circa regiones illas et cum spoliis multis reuersus est.

LIIII Eodem quoque anno misso Thracesiorum praetore Lachanodraco Leone notario suo et Leone exmonacho uenundauit omnia monasteria uirorum scilicet ac mulierum et omnia uasa sacrata et libros et pecora et quaeque patrimoniorum erant eorum et horum pretia principi detulit, quotquot autem monachicos et paternos libros repperit igne conbussit et sicubi lipsanum sancti quis habens apparuisset ad custodiam et hoc quoque nihilo minus igni tradebat, cum uero qui habebat illud ut impie agentem puniebat et multos quidem monachorum uerberibus interfecit, quosdam etiam gladiis trucidauit. praeterea innumerabiles oculorum uisibus exorbauit et quorundam quidem barbas cera et oleo perunguens succendebat ignem et ita tam facies eorum quam capita concremabat. porro alios post

1 conſumatū *D* 5 hıerene *D* 8 hıſauria *D* 10 mıchahelē *D* 12 quı | erant *D* 13 cybereotorū *D* 21 prętor *D* 22 uenuudabıt *D* 24 lıberoſ *D* 26 lypſanū *D* 28 nıchılo *D*

multos cruciatus etiam exiliis destinabat et postremo non deseruit in toto themate sibi subiecto hominem unum monastico schemate circumamictum. quod cum didicisset imperator, bonum semper exosum habens scripsit ei gratis dicens ‘inueni te uirum secundum cor meum, qui facis omnes uoluntates meas.’ hunc ergo imitantes et ceteri similia perpetrabant.

LV Anno imperii Constantini tricesimo secundo misit Habdallas in Africam Mualabitum cum exercitu multo. et ingressus est Alfadalbadinar in Romaniam et cepit captiuos quingentos. Mopsuestenses obuiam eis occurrentes et bellum exagitantes occiderunt ex Arabibus mille. ast Habdallas abiens Hierosolymam ieiunauit et praecepit inscribi Christianos et Hebraeos in manibus et idcirco multi Christianorum per mare in Romaniam confugerunt. anno imperii sui tricesimo tertio mouit Constantinus mense Maio, duodecimae indictionis stolum chelandiorum duorum milium contra Bulgariam. et ingressus et ipse in rubea chelandia motus est ad intrandum Danubium amnem derelictis quoque praetoribus equestrium thematum extra clusuras, si fortasse possent Bulgaribus in se intuitum intentionis figentibus introire Bulgariam. cum autem uenisset usque ad Barnas, formidauit et redire meditabatur. sed et Bulgares uidentes ac simili pauore metuentes miserunt Boilam et Tzigaton petentes pacem. quos cum uidisset imperator, gauisus est et pacem fecit praestito uicissim iureiurando quatinus neque Bulgares exirent contra Romaniam neque imperator studeret in Bulgariam intrare. et factis super hoc ex utraque parte scriptis ad in uicem reuersus est imperator et urbem adiit taxatis derelictis ex omnibus thematibus in castris quae condidit.

LVI Octobri uero mense undecimae indictionis nuntium susce-

1 cruciatoſ *D* deſtinatoſ *D* 2 ſcemate *D* 8 affricā *D* 9 alphadalbadinar (ph *in ras.*) *D* 10 mápſiſtenſeſ *D et similia P et Anastasius*, Μομψιστεῖς *Theophanes* 11 hierosolimā *D* 12 criſtianoſ et hebreoſ *D* 13 pmanere *DP*, *Anastasius*, *em. ex Theophane Gruterus* 16 uulgariā *D* et ingreſſuſ *D* 19 uulgarib; *D* 20 *et* 26 uulgariā *D* 21 formidabit *D* 21 *et* 25 uulgareſ *D* 30 nunciū *D*

pit a Bulgaria ab occultis amicis suis, quod mitteret dominus Bulgariae duodecim milia ex populo et Boiladem ad captiuandam Berzitiam et adducendum eos in Bulgariam. qui ne innotesceret quod contra Bulgares moueretur — uenerant enim ad eum legati domini Bulgariae — cum adhuc hi essent in urbe simulauit se aduersus Arabes mouere. et transmearunt tam uexilla quam supellectiles ministerii regii apparatus. cum autem apocrisarios dimisisset, per exploratores comperto eorum egressu, assumpto exercitu festinus iter arripuit et coaceruatis thematum taxatis et Thracesianis et unitis ordinibus optimatibus fecit eos octoginta milia. et pergens in locum, qui dicitur Lithosoria, nullius tubae clangore sonante irruerunt super illos et uertens eos fecit uictoriam magnam et cum multis exuuiis et captiuis reuersus est triumphum sui tropaei penes urbem ostentans et obsequiis constipatus incedens bellumque hoc nobile nuncupans eo quod nemo sibi restiterit nec mactatio in hoc aut effusio Christiani facta fuerit sanguinis.

LVII Anno imperii sui tricesimo quarto Constantinus soluens Bulgarum pacem construxit iterum stolum multum et intromissis in eum equitum duodecim milibus direxit praetores classium omnes in illo, ipse uero timens mansit cum equestri militia. cum autem usque Mesembriam uenissent et hanc fuissent ingressi, ualenter Aquilone uento spirante omnia paene contrita sunt et multi perierunt et rediit cum nil utilitatis attulisset. porro Telerygus dominus Bulgariae comperto quod per familiares suos consilia sua cognosceret scribit ei dicens 'uellem effugere et uenire ad te, transmitte ergo mihi uerbum securitatis et quos habeas hic amicos, ut hoc eis credam et mecum occurrant.' at ille leuitate usus scripsit ei. qui cum haec didicisset per medium omnes recidit. quod audiens Constantinus aliquamdiu canos suos euulsit.

LVIII Anno imperii sui tricesimo quinto imperator mense Augu-

---

1 uulgaria *D* 2 *et* 5 *et* 25 uulgarię *D* 3 uulgariam *D* 7 ſupellectilſ *D* 8 copto *D* 14 triumphuſ *D* tropea *D* 16 hac *D* 19 uulgarú *D* 23 aquilo *D* poene *D* 25 telerygus *D* per *om.* *D*

sto tertiae decimae indictionis exiuit contra Bulgares, qui atrociter in cruribus diuinitus est percussus, quae Graece ἄνθραξ appellatur et hinc febre ualidissima et medicis propter nimium incendium ignota detentus Arcadiopolim rediit a subiectis super humeros in lecto delatus et ueniens Selymbriam nauem ingressus est, cumque ad rotundum peruenisset castellum, miserabiliter in chelandio moritur clamans et dicens 'uiuens adhuc igni sum inextinguibili traditus' sanctamque uirginem et dei genetricem laudari expostulans cum sine foedere ipsius fuerit inimicus. regnauit autem imperator post patris sui mortem annis triginta quattuor mensibus duobus diebus uiginti sex et ita uitam dissoluit sanguinibus multis infectus et daemonum inuocationibus ac sacrificiis, persecutionibus quoque sanctarum ecclesiarum rectaeque ac inmaculatae fidei nec non et monachorum peremptionibus et uiolationibus monasteriorum malisque uariis supercrescens non minus quam Diocletianus uel antiqui tyranni.

Praeterea eodem anno et eodem mense moritur et Hab- LVIIII
dallas Arabum dux. cum enim ambo hi uelut acerrimae bestiae diuturnis temporibus ac similiter hominum genus depasti sint mortui sunt prouidentia dei et optinent principatum Leo et Madi filii eorum.

Porro eodem anno Adelgisus Langobardorum rex ad regiam ueniens urbem imperatori se profugus contulit.

LIBER VICESIMVS QVINTVS

Anno ab incarnatione domini septingentesimo sexagesimo I
octauo Leo filius Constantini imperat et Madi dux Arabum qui nouem his praefuit annis. Leo uero imperator coepit expandi in pecunias quae sibi fuerant a patre dimissae, placuitque tam optimatibus quam populo, et uisus est ad breue tem-

1 uulgareſ *D* 2 anthrax *D* 5 ſylibriu *D* 9 federe *D* 21 ſunt *D*
24 EXPLIC' LIB · XXIIII · INCIPIT LIBER · XXV · *subscriptum in D* 28 cepit *D*
30 optimateſ *D* populu *D*

pus pius esse, sanctaeque dei genetricis ac monachorum amicus, unde et Metropolitanos ex monachis in primis sedibus collocauit militiasque per themata fecit multas et ordines in urbe ampliauit. quam ob rem thematum principes moti ingressi sunt omnes cum multitudine populi copiosa petentes Constantinum filium eius imperatorem. at ille ut moris est principibus renuntiauit eis 'filius' inquit 'meus unicus est mihi et idcirco uereor hoc facere, ne forte contingat mihi quod humanum est et cum adhuc sit paruulus morti eum tradatis et alium promoueatis.' at illi cum iuramentis profitebantur se illi satisfacturos minime regnaturum praeter filium eius etiam si eum mori deus uoluisset. hoc autem a dominica die qua Palmarum sollemnitas agitur usque ad feriam quintam hebdomadae maioris populo in hippodromio coaceruato petente sancta parasceue iussit iurare illos.

II Et iurauit omnis populus in honorandis et uiuificis lignis tam scilicet ex thematibus et senatu quam ex interioribus ordinibus et ciuibus omnibus et ergasteriacis imperatorem non admittendi exceptis Leone seu Constantino ac semine ipsorum, et fecerunt scripta quem ad modum iurauerunt propriae manus. et in crastinum sabbato scilicet sancto exiuit imperator in tribunalium decem et nouem accubituum et prouexit nobilissimum Eudocimum fratrem suum. nam Anthimum uiuens pater eius prouexerat. et processit imperator cum reliquis Caesaribus et tribus nobilissimis ac nouo Constantino ad magnam ecclesiam et mutato indumento sicut imperatoribus moris est ambonem ascendit cum filio suo simul et patriarcha et ingressus omnis populus posuerunt scripta sua in sancta mensa. tunc imperator allocutus est populum sic 'en fratres petitionem uestram adimpleo et dono uobis filium meum in imperatorem, ecce ab ecclesia et de manu Christi suscipite.' at illi magna uoce clamauerunt dicentes 'fideiussor noster esto filii dei quoniam de manu tua suscipimus dominum Constan-

3 themate *D*   7 inquid *D*   10 illum *D*   12 dominico *D*   13 soll e-pnitaſ agatur *D*   ebdomade *D*   14 yppodromio *D*   15 paraſ|cephę *D*   23 uiuens] ueuienſ *D*   29 populum *om.* *D*

tinum imperatorem ad custodiendum eum et commoriendum pro eo.'

III Et in crastinum quando uidelicet magnus et dominicus dies Paschae celebratus est octauo kalendarum Maiarum quartae decimae indictionis aurorae crepusculo exiens imperator una cum patriarcha in hippodromium delato altario omni populo contemplante, patriarcha fecit orationem et coronauit imperatorem filium suum, et ita processit ad magnam ecclesiam uterque imperator cum duobus Caesaribus nobilissimis. processit autem et imperatrix Eirene cum praecessissent imperatores, sceptris obsequentibus per scholas antelatis et ascendentibus per aeneae portae ascensum in catechumenia ecclesiae, non exiens in plateam Emboli. mense uero Maio eiusdem indictionis accusatus est Nicephorus Caesar et frater imperatoris quod insidias construxisset aduersus eum cum Spathariis quibusdam atque stratoribus aliisque hominibus regiis, et facto imperator silentio apud Magnauram exposuit populo quae de se erant dicta. qui unanimiter exclamauerunt ut uterque recederet e medio, non memorantes [semper periuri] se patri eorum iurasse non admissuros post mortem eius iniuriam pati natos eius. ast imperator rebelles caesos et tonsos exilio apud Chersonem deportatos fore decreuit et climata illa sub custodia et munimine conseruanda.

IIII Anno imperii Leonis secundo confugit Telerygus Bulgariae dominus ad imperatorem, qui fecit eum patricium iungens illi et uxoris suae Eirenae consobrinam. cum autem baptizatum eum ex sancta quoque piscina suscepisset, magnifice honorauit pariter et amauit.

Anno imperii Leonis tertio sedit Ithumamas apud Dabechum et seditionem commouit. Leo autem imperator militias Romanorum direxit et ingressa sunt Syriam centum milia,

4 dieſ *om.* *D* 6 yppodromiū *D* 10 *et* 26 heirene *D* 11 ſcolaſ *D* 12 catecumenia *D* 19 periuri] peiori *D*, peiurii *Anastasius*, peiuri *P*, '*lectio non bona*' *Gruterus*, *glossam deleui* 22 cerſonè *D* 24 terlergyguſ uulgarū domini *D* 25 pathricium *D* 29 ithimamaſ *D* dabecon *D*

quibus duces erant Michael Lachanodracon Thracesiorum, Artauasdus Armenius orientalium, Tatzatius Buccellariorum et Basterotzes Armeniacorum et Gregorius Obsicianensium praetores et circumdauerunt Germaniciam ubi erat Isbaalithius Madi et apprehenderunt omnes camelos eius et futurum erat ut caperent etiam Germaniciam nisi muneribus persuasisset Lachanodraconi Isbaali et recessisset a castro et exiuit in praedam regionis et captiuatis haereticis Iacobitis Syris iterum ad castrum reuersus est. et misso Ithumamas exercitu a Dabecho et Amiradibus bellum cum Romanis fecerunt. et ceciderunt Amirades quinque et Arabum sex milia ut ferunt et sexta feria redierunt. egressi enim fuerant a dominico die. praeterea imperator facta *μαίωμα* in Sophianis sedit in solio cum filio suo et ita diuulgauerunt praetores triumphos quos sumpserant. transtulit autem haereticos Syros in Thracem et locauit eos illic.

V Anno imperii Leonis quarto furore accensus Madi Arabum dux mittit Asan cum uirtute multa Maurophorum scilicet Syriae ac Mesopotamiae et descendit usque Dorylaeum, uerum imperator praecepit praetoribus ne debellarent eos publico bello sed munirent ciuitates et populum introducerent ad earum custodiam destinatis et principibus magnis per singulas ciuitates, ipsique sumerent electorum militum terna milia et insequerentur eos ne dispergerent cursus. et incenderent ipsi primitus tam pabula equorum quam escas ubicumque fuissent inuentae. cum autem residerent Dorylaei diebus quindecim et defecissent sibi quae uictui sunt necessaria, exilia eorum effecta sunt animalia multaque in eis praeda patrata est. et reuersi obsederunt Amorium die uno, quod cum uidissent munitum et multam habere armaturam, reuersi sunt nihil proficientes.

---

1 mıchahel *D* arthuaduſ *D* 2 tatzateſ *D* 4 erat Iſbaalthıuſ Madı *P et Anastasius*, erat baalıthıuſ madı · *D* 7 lacho|no dracon hıſ haalı *D*, *deinde* & receſıſſ& *in ras. in D* 9 hıthu|mamaſ *D* dabeco *D* 12 ıngreſı *D* 13 maıoma *D* 14 ſùpſerat *D* 16 ıllue *D'* 19 doryleum *D* 23 ıpſoſq · *D* 25 papula *D'* 26 dorylei *D* 29 obſıderunt *D*

Anno imperii Leonis quinto uenit Madi Arabum dux Da- VI
bechum cum multo potentatu atque apparatu et misso filio suo in Romaniam ipse redit ad sanctam ciuitatem et misit Mucthesian, qui dicebatur Zelotes et dat ei potestatem apostatas faciendi Christianorum seruos et desolandi ecclesias sanctas, et uenit usque Emesam et repromittit se non compellere ad magarizandum nisi eos qui ex infidelibus dudum fuissent, donec patefacti sunt Hebraei et Christiani. et statim coepit impie cruciare sicut nec Lysias olim uel Agricolaus multosque perdidit. sane feminae gratia Christi dei nostri uicerunt eius insaniam, et hae cum Nubitenses essent archidiaconi Emesae ac filii Esaiae multum cruciatae cum non cessissent impietati, millena quippe flagra recipientes et aliis multis cruciatibus attemptatae, coronam a Christo uictoriae perceperunt. peruenit autem et usque Damascum et multas ecclesias desertas fecit non intendens dato Christianis ab Arabibus uerbo.

Praeterea octauo idus Februarias mortuo Niceta de quo VII
praedictum est Constantinopoleos episcopo secunda ieiuniorum hebdomada die dominico Paullus honorabilis genere Cyprius uerbo et actu coruscans post plurimam propter haeresim, qua tenebatur, excusationem, ui multa compellente consecratur patriarcha Constantinopolitanus. media uero hebdomada die ieiuniorum tentus est Iacobus Protospatharius et Papias ac Strategius et Theophanes cubicularii et paracoemumeni, Leo quoque ac Thomas aeque cubicularii una cum aliis religiosis uiris eo quod uenerabiles imagines adorarent. tunc denudans absconditam malitiam suam Leo persecutoris filius et hos inmisericorditer caesos et tonsos perque medium urbis uinctos pompari fecit et in praetorio includi mandauit, inter quos etiam dictus moritur Theophanes confessor effectus et coronam martyrii consecutus, reliqui autem omnes post huius obitum

1 madecù *D* 5 cristianorù *D* 7 ad magarizandum *cod. Francisci Pithoei:* ad menzerigandu *D*, ad menzarizandum *P et Anastasius* 8 cepit *D* 11 hemese *D* 12 esaie *D* 17 id febr *D* 19 *et* 22 ebdomada *D* 19 paulus *D*ciprius *D* 21 pathri'archa *D* 24 paracemo|menus *D*

probati monachi sunt ostensi. ast Aaron ingressus in Armeniacorum thema obsedit Semaluos castellum aestate tota et Septembrio mense cepit illud in uerbo. miserat autem Ithumaman in Asiam cum quinquaginta milibus et occurrens Michael Lachanodraco cursu modico suo debellauit eum et iugulauit fratrem Ithumamae. eodem quoque mense quartae indictionis mortuus est Leo filius Constantini hoc modo. cum insaniret circa lapides, nimis adamauit coronam magnae ecclesiae et accipiens portauit eam. et exierunt carbunculi in capite eius et captus a ualida febre mortuus est, cum regnasset annis quinque, diebus sex exceptis.

VIII Anno ab incarnatione domini septingentesimo septuagesimo quarto Eirene piissima una cum filio suo Constantino gloriose imperium diuinitus accipit sexto idus Septembris indictionis quartae, quatinus mirabilis praedicaretur deus etiam in hoc per uiduam feminam et puerum orphanum depositurus inmensam contra se famulosque suos impietatem et aduersus cunctas ecclesias motam impugnatoris dei Constantini tyrannidem ut olim diaboli piscatorum et illitteratorum infirmitate. post quadraginta uero dies imperii sui cum filius eius decem esset annorum, consilium facientes quidam senatorum uoluerunt educere Nicephorum excaesarem et in imperatorem statuere. cum autem ad notitiam causa uenisset, tenti sunt Gregorius logotheta Dromi et Bardas dudum praetor Armeniacorum Constantinusque uicarii Spatharius et domesticus excubitorum, et Theophylactus Rangabe Drongarius duodecimae insulae et multi alii quos caesos et tonsos in diuersis locis exilio relegauit. porro uiri sui fratres Caesares ac nobilissimos tonsos sacerdotio fungi et populo communionem in festiuitate Christi natiuitatis porrigere fecit, in qua procedens imperatorio more publice cum puero retulit ecclesiae stemma quod fuerat a marito sublatum pulcherrime fabrefactum et pretiosis lapidibus

---

3 thumamã *D* 4 michahel dracon curſu *D* 6 theumame *D* meſe *D* 12 *super* ſeptuageſimo quarto *add.* LXXXI · *d* 13 heirene *D* 14 id *D* 15 deuſ *om. D* 16 orfanũ *D* 17 ſe *om. D* 19 ut] et *D* 26 theophılactuſ *D* 31 cũ cũ *D* ęccł *D*

uenustatum. promouit autem Helpidium praetorem in Sicilia, qui et ante illic praetor extiterat.

VIIII

Porro septimo decimo kalendarum Maiarum accusatus idem Helpidius, quod cum Caesaribus sentiret, et misso Theophilo Spathario praecepit ut compendio raperet et duceret eum, qui cum perrexisset, non dederunt illum Siculi. at illa huius uxorem et filios caesos et tonsos Praetorio misit custodiendos. Iunio autem mense omnia ulteriora themata destinauit ad clusuras custodiendi et obseruandi exitum Arabum, praeponens eis caput Iohannem sacellarium, qui erat eunuchus et domesticus eius. at uero Madi misit Cebir cum uirtute multa et occurrunt in locum nuncupatum Milum et inito bello superantur Arabes et occiduntur ex eis multi et ita cum confusione reuersi sunt. coeperunt praeterea piissimi principes fiducialiter agere et uerbum domini dilatari et qui uolebant saluari sine prohibitione mundo abrenuntiare et glorificatio dei exaltari ac monasteria recreari atque omne bonum manifestari. hoc etiam anno in longis Thrace muris homo quidam fodiens inuenit lapideam arcam, quam cum expurgasset et releuasset repperit uirum iacentem et litteras conglutinatas arcae continentes haec 'Christus nascetur ex Maria uirgine et credo in eum, sub Constantino et Eirene imperatoribus o sol iterum me uidebis.'

X

Anno Constantini et Eirenae secundo direxit Eirena Constantem sacellarium et Mamalum primicerium ad Carolum regem Francorum, quo filiam suam nuptu traderet imperatori Constantino filio suo. et facto placito ac iureiurando inter utrosque reliquerunt Helisaeum eunuchum atque notarium ad docendam illam Graecorum litteras simul et linguam sed et ut erudiret eam secundum mores Romanorum imperii. constructis autem classibus numerosis et electis ex thematibus populis ac principibus qui sufficerent, promouit Theodorum patricium eunu-

10 capud *D* ſaccellarıū *D* 14 ceperunt *D* 19 cum *om. D* 22 *et* 24 *bis* heırene *D* 23 uıdeuıſ *D* 25 conſtabın ſaccellarıū *D* et Mamalum primicerium *om. D* 26 nupto *D* 27 placıdo *D* 28 helıſeū *D* 29 ſed erudır& eā · ut *D*

chum uirum industrium et direxit in Siciliam aduersus Helpidium. cumque multa fierent bella, uicerunt hi qui circa Theodorum. quo uiso Helpidius timuit et sumptis quotquot habebat pecuniis ac Nicephoro transmeauit in Africam, et accepto securitatis uerbo ad Arabes confugit, quem illi susceptum, ut Romanorum retinebant imperatorem, coronantes eum incassum et ocreis et stemmate induentes.

XI Cum autem Romanorum in his populus uacaret, egreditur Madi filius Aaron cum potentatu et apparatu nimio tam Maurophororum quam totius Syriae et Mesopotamiae atque Deserti et uenit Chrysopolim derelicto Bunuso ad obsidendum Nacoliam et custodiendum dorsa sua. misit autem et Burnice in Asiam cum triginta milibus, qui cum debellasset Lachanodraconem cum themate Thracesiorum in loco Darino dicto cum et ipsi triginta milia essent, quinque milia interfecit. ast imperatrix misso Antonio domestico cum ordinibus optinuit Barim et concluserunt eos. confugit autem ad eos Tatzatius Buccellariorum praetor odio quod contra Stauracium habebat patricium et logothetam τοῦ δρόμου, eunuchum omnibus qui tunc uidebantur esse praeminentem et omnia disponentem. et dato eis consilio postulauerunt pacem. cum ad hoc exisset Stauracius et Petrus magister et Antonius domesticus non studuerunt subtiliter agere ut uerbum caute susciperent et filios primorum sed exeuntes inconsulte tenti sunt ab illis et compedibus uincti sunt et coactae sunt utraeque partes ad faciendam pacem et donauerunt in uicem Augusta uidelicet et Aaron xenia multa pacto firmato, ut per singulos annos eis censum tribueret. et facta pace discesserunt dimittentes etiam ciuitatem Nacoliae. tulit autem et Tatzatius uxorem suam, et omnem substantiam.

XII Anno imperii sui tertio pace facta cum Arabibus et aditu reperto Eirena mittit Stauracium patricium et logothetam Dromi cum uirtute multa contra Sclauinorum gentes. qui cum

4 affricā *D* 5 confugit *scripsi:* confluit *D* 8 uocar̄n& *D* 9 *et* 26 haron *D* maurophorū *D* 11 chrisopoli' *D* bunoſo *D* 12 burniche *D* 13 et lachano draconto· cū themata *D* 19 tudromo (*post.* o *corr. ex* u) *D* 22 magiſtruſ *D* 25 uterq· *D* 27 cenſuſ *D'*. 29 tatzateſ *D* 30 auditu *D* 31 heirene *D*

descendisset in Thessaliam et Graeciam, subiecit omnes et tributarios fecit imperio. introiuit autem et in Peloponnesum et multam captiuitatem et exuuias Romano imperio attulit.

Anno imperii Constantini ac Eirenae quarto rediit Stauracius de quo supra dictum est a Sclauis et triumpho manifestauit tropaea in hippodromio. mense autem Maio eiusdem septimae indictionis exiuit imperatrix Eirena una cum filio suo et uirtute copiosa in Thracem circumferens organa et cetera genera musicorum et uenit usque Beroeam et hanc aedificari iubens nominauit Eirenopolim. uenit autem et usque ad Philippopolim cum omni securitate et rediit cum construxisset etiam Anchialum.

Eodem quoque anno et Arabum dux Madi qui et Muhammad mortuus est et optinuit Moyses filius eius.

Porro pridie kalendarum Septembriarum eiusdem septimae XIII
indictionis Paulus almificus et sanctissimus patriarcha infirmatus thronum reliquit et descendens ad monasterium Flori monasticum suscepit habitum imperio ignorante. cum autem hoc didicisset imperatrix, uenit ad eum cum filio tristis et clamans 'cur' inquit 'hoc fecisti?' at ille cum lamentis multis ait ad eam 'utinam ne umquam sedissem in sacerdotii throno ecclesia dei tyrannidem patiente praesertim cum scissa sit a reliquis uniuersalibus sedibus et anathematizata.' quae demum adscitos patricios et senatus primores misit ad eum audire quae ab ipso dicebantur qui dixit ad illos 'nisi synodus uniuersalis fiat et error qui est in medio uestri corrigatur, salutem non habebitis.' at illi dixerunt ei 'et quare subscripsisti cum consecrareris non te consecratur umiconam?' ait autem 'et enim idcirco lamentis afficior et cucurri ad paenitentiam deprecaturus deum, ne sicut sacerdotem me cruciet qui tacuerim usque nunc et prae timore furoris uestri non praedicauerim ueritatem.' et in his obdormiuit in pace derelicto lamento multo tam imperio quam piis et religiosis rei publicae uiris. colen-

---

2 peloponnıſum *D* 4 *et* 7 heırene *D* 6 tropeo ın yppodromıo *D* 8 copıoſo *D* 10 heırenopolı *D* 13 quoquoq· *D* 16 pathrıarcha *D* 21 uquá *D* 24 aſcıatoſ *D* 29 currı *D* 31 uerıtate *D*

dus enim uir erat et supra mensuram misericors ac omni reuerentia dignus multamque fidem habebat tam res publica quam imperium erga illum. ex tunc ergo coepit dici et disputari super sanctis imaginibus sermo ab omnibus cum fiducia.

XIIII Anno imperii Eirenae cum filio quinto Arabum dux Moyses prouehitur, qui uno eis praefuit anno. hoc quoque anno collecto imperatrix Eirene omni populo apud Magnauran dixit ad eos 'scitis fratres quod fecerit Paulus patriarcha. et si quidem uixisset, non utique pateremur hunc dimittere sacerdotii thronum licet monasticum habitum induisset. quia uero, sicuti deo placuit, de uita migrauit, prouideamus hominem qui pascere nos possit et ecclesiam dei didascalicis seruare sermonibus.' qui unanimiter dixerunt non fore alium nisi Tarasium a secretis. at illa 'et nos' ait 'ipsum elegimus. sed resultat et dicit pro qua causa non suscipit electionem imperii et totius plebis.'

XV At ille respondit populo dicens 'immaculatae fidei nostrae Christianorum custodes et eorum qui in gloriam dei fiunt aemulatores fideles imperatores nostri tamquam omnium in beneplacitum eius et in commodum nostrum curam facientes et maxime nunc ecclesiastica negotia diligenter et sollicite considerantes, quo summus sacerdos in hac regia urbe sua constitueerer, in suae pietatis me animum sumpserunt et ut manifeste mihi diceretur, quod consiliati sunt, praeceperunt. cumque ad hoc me indignum esse pronuntiarem et nullum consensum efficerem utpote qui iugum huius sarcinae portare uel sufferre non possem iusserunt, me adduci ante faciem uestram pro eo quod et huius consilii unanimes et comprobatores effecti sitis. et nunc o uiri qui deum timetis et semper hunc in cordibus uestris habetis quique Christi inuocatione ueri uidelicet dei nostri nominamini Christiani, aio audite breui sermone ab exiguitate ac humilitate nostra rationem. ego quidem quicquid piis imperatoribus nostris et per omnia orthodoxis responderim et in conspectu uestro orationis meae

3 cepıt *D* 5 heırene *D* 7 hèırene *D* 18 quil quę *D* 32 ſermonıſ *D*

apologia respondebo. timore deprimor ad consentiendum huic XVI electioni et uereor a facie dei currere taliter et quomodolibet incircumspectus, ut non terribili damnationi succumbam. si enim diuinus Paulus apostolus, qui dei uoces audiuit caelumque habuit erudiens se et paradisi inspector effectus est, audiuitque arcana uerba, et portauit nomen domini coram gentibus et regibus dixit 'ne forte cum aliis praedicauerim, ipse reprobus efficiar' quo modo ergo ego qui in mundo conuersatus et cum laicis connumeratus in imperatoriis administrationibus militaui, sic absque iudicatione atque circumspectione possum insilire ad sacerdotii magnitudinem? horrendum conamen ad exiguitatem meam et temerarium studium. causa uero ti- XVII moris et refutationis meae haec est. aspicio enim et uideo ecclesiam quae super petram Christum deum nostrum fundata est scissam nunc et diuisam et nos alias atque aliter loquentes et aliter eos Christianos qui in oriente unius fidei nobiscum sunt sed et his concordantes occidentales, nos ab omnibus illis alienatos et a se per singulos dies anathematizatos. dira poena est anathema, procul a deo emitti et a regno caelorum expelli ducens in tenebras exteriores. nescit ecclesiae lex uel terminus sectam siue contentionem sed sicut nouit confiteri unum baptisma unam fidem, ita et concordiam unam in omni ecclesiastico negotio. nihil enim est in conspectu dei tam acceptum atque placabile quam ut unum simus et una efficiatur catholica ecclesia quem ad modum in sincerae fidei nostrae symbolo confitemur. et petimus nos fratres ut XVIII reor et uos, quoniam scio timorem uos dei habere, a piissimis et orthodoxis imperatoribus nostris synodum uniuersalem colligi ut efficiamur nos qui unius dei sumus, unum, et qui Trinitatis cultores existimus uniti et unanimes et collegae, et qui capitis nostri Christi sumus, efficiamur corpus unum compactum atque conexum, et qui sancti spiritus sumus, efficiamur non contra in uicem sed pro in uicem, et qui ueritatis existimus, efficiamur id ipsum sapientes atque dicentes, et non sit

---

1 reſpondeā (ā *in ras.*) *D* 5 paradyſi *D* 6 archana *D* 8 ego *om. D* 19 pęna *D* 22 confitere *D*

in nobis certamen siue dissensio, ut pax dei quae exuperat omnem sensum, muniat nos omnes. et si quidem iusserunt orthodoxiae propugnatores, imperatores uidelicet nostri, postulationi meae annuere, consentio et ego: sin autem, impossibile mihi est hoc facere, ne subiciar anathemati et inueniar condemnatus in die domini nostri et iustitiae iudicis, ubi neque imperator neque sacerdos neque principes neque hominum multitudo poterit eripere me. et quicquid placuerit uobis fratres, date apologiae meae immo uero adsertioni uestrae, reddite petitioni meae responsum.'

XVIIII Et libenter audierunt omnes quae dicta sunt consensum praebentes ut fieret synodus. at uero Tarasius rursus ad populum disputans ait 'Leo imperator subuertit imagines et quando synodus facta est, subuersas illas inuenit, et propter quod imperatoria manu subuersae sunt, iterum quaestionem habebat idem capitulum, quoniam antiquam consuetudinem in ecclesia traditam praesumpserunt sicut eis libitum fuit exterminare.' sed ueritas dei ut apostolice dicamus non est alligata. itaque octauo kalendas Ianuarias ipsius octauae indictionis consecratus est almus pater noster Tarasius patriarcha Constantinopolitanus, qui missis Romam synodicis suis et libello fidei suae receptus est ab Hadriano papa. mittens autem et imperatrix petiit ut litteras suas mitteret et homines qui inuenirentur in synodo. qui direxit Petrum uicedominum ecclesiae suae et Petrum Hegumenum sancti Sabae, uiros honorabiles ac omni uirtute adornatos. misit autem et Antiochiam et Alexandriam tam imperatrix quam patriarcha. adhuc namque pax quae facta fuerat cum Arabibus, non erat soluta. et duxerunt ab Antiochia quidem Iohannem magnum atque famosum uerbo et opere sanctitatis participem qui syncellus Antiocheni patriarchae fuit et Thomam Alexandrinum

3 orthodoxıeſ *D* 5 ınuenıer condèp|natuſ *D* 9 aſſertıonıſ *D* 10 petıonı *D* 12 preuenteſ *D* 15 queſtıone *D* 17 ecclam *D* 19 kl ıan̓ *D* 22 adrıano *D* 24 Petrum *om.* *D* 25 heugumenů *D* ſabe *D* 29 ſoluta; ⸫duxerunt *D* 30 uerba *D* ſıncelluſ *D* 31 patrıarcha *D*

uirum zelatorem et religiosissimum, qui et Thessalonicae magnae ciuitatis quae est in Illyrico factus archiepiscopus claruit.

Interea mortuo Moyse fit Arabum dux frater eius Aaron, qui uiginti et tribus eis praefuit annis et multa Christianis ostendit mala.

XX

Anno imperii sui sexto mittentes imperatores conuocanerunt omnes qui sub eorum erant potestate antistites peruenientibus quoque a Roma transmissis ab Hadriano litteris et hominibus ut praediximus et ab Antiochia et Alexandria et septimo idus Augusti nonae indictionis praesidentes in templo sanctorum apostolorum apud regiam urbem coeperunt sanctas scripturas relegere et obicere in uicem imperatoribus a catechumenis prospicientibus. ast populus scholariorum et excubituum atque ordinum ceterorum accensi a principibus suis cum haberent adhuc et magisterium quoque nequam doctoris sui, denudatis gladiis irruerunt in eos minitantes mortificare tam summum sacerdotem quam orthodoxos, episcopos scilicet et abbates. imperio uero per assistentes sibi familiares homines hos sedare nitente non acquieuerunt, quin potius exprobrauerunt. cum autem patriarcha surrexisset et tribunal cum episcopis et monachis fuisset ingressus, hi qui maligni sensus eorum erant episcopi, exierunt ad eos clamantes atque dicentes 'uicimus.' et gratia dei nemini nocuerunt furiosi illi et inhumani. et taliter dissoluta synodo abiit unus quisque ad propria.

XXI

Anno imperii sui septimo misso Eirene Stauracio patricio et logotheta in Thracem mense Septembrio initio decimae indictionis ad ulteriora themata persuasit eis sibi cooperari et depellere ab urbe impium populum quem nequissimus Constantinus instruxerat et erudierat. et cum se fingeret quod exercitum totum motura esset in orientales partes eo quod

---

1 thefalonice *D* 2 yllirico *D* 3 haron *D* 5 mala *om.* *D* 7 poteftate erant *D'* 8 adriano *D*, *deinde add.* pp *D*, *deinde in* litterif *post* i *corr. ex* a *in D* 10 aug *D* 11 ceperunt *D* 12 cathecuminif *D* 13 fcolariorū *D* 14 accenfi *Gruterus:* accufati *DP* 19 nitente] mittente *D* 26 heirene *D* 28 cooperi *D* 30 qđ exercitum motum motura *D*

Arabes fuissent egressi, exiit omnis regius apparatus atque suppellex usque ad Malagina et introeuntes hi qui exteriorum thematum erant, tenuerunt urbem. mittens autem ad illos significauit eis dicens: 'mittite mihi arma uestra, opus enim uobis non habeo.' at illi stulti diuinitus facti dederunt ea. tunc missis familiis eorum in naues, exules eos emisit ab urbe in propriam regionem unum quemque iubens abire in qua et genitus esset. et cum fecisset exercitum proprium et principes sibi obtemperantes, ipsa mense Maio iterum mittens per omnem locum conuocauit episcopos quo uenissent in Nicaeensium ciuitatem Bithyniae ad efficiendum illic concilium. et per totum aestiuum tempus congregati sunt omnes apud Nicaeam. si quidem eos qui ex Romae sedis et orientalium persona uenerant non dimiserat sed retentos secum habebat.

XXII Anno imperii Eirenae et Constantini octauo exiuit Tarasius archiepiscopus Constantinopoleos in Nicaeensium ciuitatem et celebrata est sancta et uniuersalis septima synodus episcoporum et recepit ecclesia catholica priscum ornamentum suum nihil nouum praedicans sed sanctorum et beatorum patrum dogmata immota custodiens et nouam haeresim abdicans tresque falsos nominatos patriarchas anathematizans Anastasium uidelicet Constantinum et Nicetam atque omnes consentaneos eorum. facta est autem prima conuentio ac sessio episcoporum in ecclesia catholica sanctae Sophiae Nicaenae ciuitatis quinto idus Octobrias indictionis undecimae. et Nouembrio mense ingressi sunt omnes regiam urbem et praesidentibus imperatoribus una cum episcopis in Magnaura lectus est tomus et subscripsit autem imperator et mater eius firmantes pietatem secundum antiqua dogmata opera sacerdotum et cum honore dimiserunt eos, et pace potita est ecclesia dei quamquam inimicus zizania sua in operatoribus suis seminare non cesset. sed ecclesia dei semper impugnata triumphat.

---

10 nocenſiu̇ *D* 11 bıthımıę *D* 12 nıceȧ *D* 15 heırene *D* 18 nıcenſıu̇ *D* 24 nıcene *D* 25 ıđ octobrı · *D* 27 thomuſ *D* 29 & cum *om. DP* honorı *DP*, *'locus non purus' Gruterus, uid. Theophanes apud Grut.*

Anno imperii sui nono Eirena imperatrix pace soluta faciendi cum Francis nuptialis contractus direxit Theophanen protospatharium et adduxit puellam ex Armeniacis nomine Mariam ab Amnia et iunxit eam Constantino imperatori filio suo, cum ipse multum contristaretur et nollet propter affectum quo erga Karoli filiam Francorum regis flagrabat, quam scilicet antea desponsauerat, et consummauerunt nuptias eius mense Nouembrio indictionis duodecimae. interea Eirene misit Iohannem sacellarium et logothetam in Langobardiam una cum Adelgiso dudum rege maioris Langobardiae, quem illi mutato nomine Theodotum dicebant ad ultionem inferendam si possent in Karolum, et quosdam subducendos ab illo. descenderunt ergo cum Theodoro patricio eunucho et praetore Siciliae et inito bello tentus et a Francis amare peremptus est. XXIII

Anno imperii Eirenes et Constantini decimo mouit diabolus liuore pietatis imperatorum homines qui instigauerunt matrem aduersus filium et filium contra matrem. inflexerunt enim eam quasi ex praesignantibus futura cognitionibus certi facti asserentes ei 'non est praedestinatum apud deum tenendi filium tuum imperium sed tuum est a deo tibi datum.' at illa ut mulier seducta praesertim cum amorem quoque principatus haberet, credidit ita esse et non recogitauit quod ipsi uolentes dispensare res id sub occasione praetenderent. ergo cum imperator iam uiginti esset annorum factus atque robustus ad modum et idoneus, uidebat se nihil potestatiue gerentem et tristabatur intuens e contrario Stauracium patricium et logothetam omnia possidere omnesque ad illum procedere et neminem ad se frequentare audere. tum consilio inito cum familiaribus perpaucis hominibus suis et Petro magistro et Theodoro patricio et Damiano aeque patricio firmauit quo comprehenderet eum et exulem in Siciliam destinaret ipseque teneret imperium cum matre sua. XXIIII

---

1 *et* 8 *et* 15 heırene 4 annıa *D* 7 dıſponſauerat *D* conſumauerunt *D* 9 ſaccellarıú *D* 11 theodacú *D* 12 ılloſ *D* 13 et *scripsi:* eſt *D* 23 dıſpenſaſ hæ reſ *D* 26 ſe contrarıo *D*

XXV Porro quinto idus Februarii odibilis factus est terrae motus ita ut non auderet quisquam domi dormire sed omnes in hortis et sub diuo tabernaculis factis et tentoriis extensum degebant. ast imperatrix una cum filio suo egressa est ad sanctum Mamam. cum autem Stauracio nuntiata fuisset praesignata res, commouet Augustam contra filium, quae comprehensos homines imperatoris omnes cecidit atque totondit una cum Iohanne protospathario et baiulo ipsius et exilio relegauit in inferioribus partibus usque in Siciliam, Petrum uero magistrum dehonestationibus submittens in domo sua sedere praecepit, similiter et Theodorum patricium. porro Damianum patricium caesum et tonsum in castrum Appolloniadem exulem fore constituit, percutiens autem et filium conuiciisque multis lacessens egit ne procederet per dies non paucas. coepit autem adiuramentis submittere iurare militiam ita dicentem 'quia quo usque tu uiuis non permittemus imperare filium tuum.' et iurabant omnes sic nemine contradicere super hoc audente.

XXVI Interea classis Arabum in Cyprum exiuit. quod praecognoscens imperatrix coaceruauit et ipsa omnia Romana nauigia et misit aduersus eos. cum autem usque Myra uterque praetor uenisset, deuertit a promuntorio Chelidoniorum et ingressus est in Attaliae sinum.

At uero Arabes moti a Cypro cum serenitas eos cepisset, circumferebantur in pelago, cumque terrae proximi cernerentur, uiderunt eos praetores et acie directa praeparati sunt ad bellandum. Theophilus autem Cibireotorum praetor cum uir esset robustus atque fortissimus, fisus et ante omnes egressus tentus est ab eis. qui cum ductus ad Aaron fuisset, ab eo uidendus adhortatus est ut proditor fieret et temporalia dona susciperet. qui cum hoc nullatenus admisisset perampliusque coactus nequaquam cessisset, gladii animaduersionem sustinens martyr optimus est ostensus.

XXVII Anno ab incarnatione domini septingentesimo octogesimo

---

1 ıd febr· *D* 3 ortıſ *D* 10 ſumıttenſ *D* 14 procedere *D* cepıt *D* 15 ſumıttere *D* dıcentente *D* 20 mıra *D* 21 celıdomoru *D* 26 cıbyreotoru *D* 28 haron *D*

tertio Eirene primo imperii sui anno mense Septembrio indictionis quartae decimae uenerunt qui adiurabant ad Armeniacorum thema, qui iurare minime consenserunt 'quia non imperabimur a filio tuo in uita tua. sed nec praeponimus' inquiunt 'nomen Eirene ante Constantini nomen sed Constantini et Eirene ut ab initio suscepimus.' misit autem iterum ad inflectendum eos Alexium Spatharium et drongarium uigiliae. at illi tenentes eum ut sibi praeesset prouexerunt, Nicephorum uero patricium et praetorem suum custodiae manciparunt, Constantinumque solum principem et imperatorem laudarunt et acclamarunt. hoc comperto reliquorum populi thematum praetoribus suis expulsis Constantinum tantum imperatorem et ipsi praedicabant. o maligni diaboli uersutias, quo modo per multa studet argumenta genus hominum perdere! qui enim ante quindecim annos terribili iureiurando iurauerunt et facta propriae manus scripta in sancto tribunali recondiderunt, iterum iurabant se a filio eius non imperandos in uita ipsius, et rursus hoc obliuioni tradentes Constantinum imperatorem bonae famae laudibus efferebant non perpendentes miseri quod non oporteat reciprocum fieri iuramentum. necessitas enim incumbit ut omnem reciprocam iurationem periurium subsequatur, periurium autem abnegatio dei.

Collecti autem Octobris mense quartae decimae indictionis XXVIII hi qui ex thematibus erant apud Atroam, exquisierunt omnes communi consilio Constantinum imperatorem uicesimum agentem annum, timens autem Eirene impetum populi absoluit eum. at illi hunc quidem imperatorem firmauerunt, huius autem matrem respuerunt. praeterea direxit protinus imperator Michahelem Lachanodracontem et Iohannem baiulum suum ac protospatharium et iuramentis submiserunt Armeniacos, ne susciperent Eirenen matrem suam in imperatricem, Alexium uero confirmauit in praetorem suum. et cum redisset imperator in urbem mense Decembrio, caesum et tonsum Stauracium exulem fecit apud Armeniacorum thema ad satisfactionem

1 *et* 5 *et* 6 *et* 26 *et* 31 heirene *D* 21 reciprocā comiu|iuratione periuriū *D* peiuriū *D* 30 ſumiſerunt *D*

eorum. in exilium nihilo minus et Aetium misit spadonem protospatharium et intimum eius et omnes domesticos eius spadones. hanc autem cum suauitate sua et affluentia locauit in palatio Eleutherii quod ipsa aedificauerat in quo et pecunias multas absconderat.

XXVIIII Factum uero est eodem mense incendium et concrematum est triclinium patriarchii quod dicitur Thomaites, et quaestorium et aliae domus usque ad Milium. ceterum Aprili mense Constantinus cum castra mouisset contra Bulgares, uenit ad castellum quod dicitur Probati ad riuum scilicet sancti Georgii et cum occurrisset Cardamo domino Bulgariae pusillo circa uesperam facto bello formidantes qui ex Romanorum erant parte per noctem fugerunt et inglorii redierunt, quin et Bulgares metuentes reuersi sunt.

XXX Anno imperii sui secundo mense Septembrio castra mouit imperator aduersus Arabes et profectus ab Amorio abiit Tarsum Ciliciae. cum autem uenisset ad inaquosas turres repedauit inanis mense Octobrio indictionis quintae decimae. porro octauo decimo kalendas Februarias rogatus imperator a propria matre, et a multis optimatibus pronuntiat eam iterum imperatricem et laude cum illo simul attollitur ut a primordio Constantini et Eirenes. et omnes quidem oboediunt, ast Armeniacorum thema pertinaciter instans ad hoc renititur et quaerit Alexium, qui paulo ante praetor in eis fuerat et ab imperatore tunc euocatus dignitate patricii honoratus, penes ipsum degere uidebatur. hunc ergo propter huius modi requisitionem et quosdam sermones super ipso dictos, quod uidelicet regnaturus esset, caedens ac tondens in praetorio posuit.

XXXI Iulio uero mense exercitum mouit aduersus Bulgares et construxit castrum Marcellorum et duodecimo kalendarum Augustarum exiuit Cardamus dominus Bulgariae cum omni uirtute sua et stetit in munitionibus. fiducia uero fretus et a pseudo-

1 etiù *D* 7 thomaiten *D* 9 *et* 14 *et* 29 uulgaref *D* 10 ad ri fcilicet *D* gregorii *D* 11 *et* 31 uulgarię *D* 13 et *prius om. D* 18 ananif *D'* 19 kl febr *D* 22 heirene *D* obędiunt *D* 22 erat *ante* dignitate *add. D* 28 tondenf imperatorio *D*

prophetis imperator eredere persuasus quod eius esset uictoria, incircumspecte ac inordinate bellum infert et ualido uincitur Marte fugatusque rediit in urbem multis amissis non solum communis populi sed primatum, inter quos et Michahel magister Lachanodracon et Bardas patricius ac Stephanus protospatharius extiterunt, Nicetas quoque ac Theognostus facti praetores et homines regii non pauci sed et Pancratius pseudopropheta et astronomus, qui et uicturum illum uaticinatus est. abstulerunt autem Bulgares etiam sarcinam pecunias equos et aulaea una cum uniuerso regio apparatu.

Cum autem ordines collecti essent in urbe, consiliati sunt XXXII
educere Nicephorum excaesarem et in imperatorem statuere. quo comperto Constantinus misit et eduxit utrosque filios Constantini aui sui ad sanctum Mamam et Nicephorum quidem oculis, Christophorum autem atque Nicetam Anthimumque ac Eudocium linguis priuauit, cum quibus et praedictum Alexium patricium luminibus exorbauit, oboediens maternis et praelati Stauracii patricii suadelis ei adseuerantium quod nisi hunc caecum redderet, in imperatorem eum forent electuri. facta est autem horum poena malorum mense Augusto, die sabbati, indictionis quintae decimae, hora nona. uerum tamen non in longum dei iustitia iniustam hanc actionem dimisit inultam. post quinquennium namque eodem mense et eadem sabbati die orbatus est oculis a propria matre Constantinus idem.

Anno imperii Contantini tertio audientes Armeniaci de XXXIII
Alexio patricio quod caecus fuerit factus, custodiae mancipauere praetorem suum Theodorum uidelicet Camulianum patricium. quo comperto imperator misit primum quidem ad eos non nullos, post sanctum uero Pascha ipse per se mouit exercitum contra eosdem Armeniacos una cum reliquis cunctis thematibus. et septimo kalendas Iunias primae indictionis die sancto Pentecostes cum proditos eos Armeniorum fraude qui

---

4 michahel magiſtrù lachono|dracon · et barda ſpatriciuſ · *D* 5 protoſpatariuſ *D* 7 pancraciuſ *D* 9 uulgareſ *D* aulea *D* 12 nicephori *D* 15 x̓pofori *D* nicete anthimiq · atq · aceudocimi · *D* 17 obediens *D* 18 aſenerantiù *D* 20 pęna *D* 24 eſt *om.* *D* 31 kl iun *D*

cum ipsis erant, debellasset atque uicisset, comprehendit illos et interfecit Andronicum spatharium et turmarcham eorum et Theophilum turmarcham atque Gregorium episcopum Sinope, reliquos uero rerum iacturis et sumptibus et proscriptionibus subdidit. porro mille uinctos exercitus ipsorum introduxit per Blachernarum portam in urbem, quorum faciebus atramento et punctionibus suprascripsit 'Armeniacus insidiator' et dispersit eos tam in Siciliam quam in ceteras insulas. Armenii sane proditores eorum nihil ab imperatore honoris seu liberalitatis assecuti castrum Camachan Arabibus tradiderunt.

XXXIIII Anno imperii Constantini quarto ceperunt Arabes Thebasan castrum sub uerbo propter quod et principes eius dimiserunt ad propria.

Anno imperii sui quinto Constantinus odio habens Mariam uxorem suam summissione matris suae principatum appetentis et quo ab omnibus reprehensibilis iudicaretur affectantis, coegit eam ut fieret monacha, quam cum inflexisset totondit mense Ianuario et Aprili mense mouit exercitum aduersus Arabes et mense Maio bellum iniens cum uno cursu ipsorum in loco qui dicitur Anusan uicit uertit et hos insecutus est usque ad amnem. et cum uenisset Ephesum et apud Deilocum orationes fecisset, commercium nundinarum, quod centum erat auri librarum, indulsit, ad famulatum sancti Iohannis apostoli. Augusto uero mense coronauit imperator Theodoten cubiculariam in Augustam, et desponsauit eam iuique.

XXXV Anno imperii sui sexto indictione prima celebrauit imperator Constantinus cum Theodote nuptiarum principia in palatio sancti Mamae per dies quadraginta prolongatarum. mense uero Aprili eiusdem indictionis nocturno tempore factus est terrae motus in insula Creta ualde terribilis, mense autem Maio factus est Constantinopoli nimis horribilis. Cardamus praeterea dominus Bulgariae denuntiauit imperatori dicens 'aut tribue mihi pacta aut ueniam usque ad auream portam, et demoliar

3 ſynopè *D* 4 & ſumptıbuſ *om.* *D* 7 & *posterius* *om.* *D*
19 ınhıenſ *D* 21 dıˀlocù *D* fecıſſent comertıù *D* 24 theodotè *D*
25 dıſponſauıt *D* 28 mame *D* 31 conſtantınopolì *D* 32 uulgarıę *D*

Thracem.' ast imperator posuit equina in mappa stercora et transmisit ei 'qualia' inquiens 'te decere pacta praeuidi, transmisi tibi. uerum quia senex, nolo ut fatigeris usque ad haec loca sed ego uenio usque Marcella et tu exi et quicquid iudicauerit deus.' et cum misisset imperator ad ulteriora themata, congessit populum suum et uenit usque Versiciniam et Cardamus usque ad lucum Abroleua, et cum formidaret, mansit in nemore. ast uero imperator confortato populo suo abiit usque ad lucum Abroleua inuitans eum per dies decem et septem. at ille non est ausus sed repedauit fugax ad sua.

Eodem quoque anno et Arabes uenerunt usque ad Amo- XXXVI
rium et cum nihil profecissent, reuersi sunt praeda in circumquaque regionibus facta. eodem autem anno Plato Saecudionis abbas se abscidit a communione Tarasii patriarchae pro eo quod imperatorem in communione receperit et institutori tondere uxorem eius Mariam et Ioseph monacho et abbati monasterii, quod appellatur Toncathara, coronare eum cum Theodote praeceperit. quod cum didicisset imperator, misso Bardanio patricio et scholarum domestico cum Iohanne comite Obsequii, Platonem introduxit in urbem, et retrusit intra claustra in templo principis militiae, quod est in palatio: reliquos uero monachos cum nepotibus eius percussos exilio relegarunt apud Thessalonicam, quibus auxiliabatur mater imperatoris, tanquam his qui filio suo resistebant, et confundebant.

Anno imperii sui septimo, mense uero Septembris egressus XXXVII
est imperator cum matre sua ut calefieret apud Prusam. Octobre uero mense natus est imperatori filius, quem nominauit Leonem, quae cum cognouisset imperator, derelicta matre apud thermas una cum ordine regio uniuerso atque principibus cursim in urbem regressus est. quapropter huius mater spatio reperto allocuta est et subtraxit muneribus ac repromissionibus agminum principes, ut deponeretur filius suus et ipsa singulariter imperaret, alios horum per se ipsam, alios

1 & *om.* *D* 6 uerſinicia *D* 7 abroleuà *D* 13 ſacudioniſ *D* 16 totondere *D* 17 apellatur *D* 19 ſcolarù *D* 23 taquà *D* 28 quae] Què *D*

uero per homines suos blandiens. et attraxit ad se omnes et praestolabatur congruum inuenire diem. interea Romae obeunte Hadriano papa consecratur Leo uir honorabilissimus et per omnia reuerendus.

XXXVIII Mense uero Martio exiuit imperator aduersus Arabes habens secum Stauracium patricium et ceteros amicos matris suae nec non et electam cateruam expeditorum uidelicet militum ex utrisque thematibus uiginti milia. uidentes autem hi qui circa Stauracium erant alacritatem populi et imperatoris timuerunt ne forte inito bello ille uinceret et ipsi adinuentis aduersus eum frustrarentur insidiis, ergo muneratis uigilibus persuaserunt eis mentiri perhibendo Saracenos fugisse. imperator itaque multum tristatus inefficax urbem ingressus est et kalendis Maiis mortuus est filius eius Leo et luxit eum uehementer.

XXXVIIII Porro sexto decimo kalendas Augustas ab equestri agone ad sanctum Maman transeunte transmearunt aduersus eum comprehendendum hi qui erant ex ordinibus quos mater imperatoris fuerat allocuta, quo ille cognito in chelandium suum ingressus est et transmeauit ad Pylas uolens ad orientalium thema confugere. erant autem cum eo et matris suae amici, quos ille sic esse ignorabat. praeterea exiuit ipse et mulier eius usque ad Tritonem. porro consilio inito amici matris eius qui cum ipso erant, dixerunt ad semet ipsos 'si coaceruatus fuerit ei populus, non iam dominio constringetur nec iam latere poterimus eum et perdet nos' materque ipsius congregatis in palatio Eleutherii eis qui ex ordinibus sibi fuerant collocati, introiuit palatium, et cum didicisset populi ad imperatorem concursum, timuit nimis et tractabat qualiter mitteret episcopos ad eum et acciperet uerbum et sederet in angulo. uerum scripsit occulte ad amicos suos qui cum eo erant quia 'nisi modum quemlibet feceritis et tradideritis eum, uerba quae habetis mecum, indicare habeo imperatori.' at illi metuentes tenuerunt eum ad preces et in chelandium inducto eo

3 adriano *D* 9 ſtauratıı̀ *D* 11 numeratuſ *D* 16 kł aug *D* 17 mamà* *D* 19 alloquuta *D* 28 colloquutı *P* 32 eum] eoſ *D*

sabbato mane uenerunt ad urbem et incluserunt eum in domo Purpurea, in qua et natus est, et circa horam nonam crudeliter et insanabiliter oculos eius euellunt ita ut hunc mors subsequens confestim extingueret consilio matris eius et consiliariorum ipsius.

Obtenebratus est autem sol per dies decem et septem et XXXX non dedit radios suos, ita ut oberrarent naues et ferrentur omnesque dicerent atque confiterentur, quod propter imperatoris obcaecationem sol obcaecatus radios suos retraxerit. et taliter de cetero imperat Eirene mater eius.

Eodem etiam anno et Romae cognati beatae memoriae Hadriani papae commouentes populum tumultuati sunt contra Leonem papam et tenentes caecauerunt eum, non tamen penitus lumen eius extinguere potuerunt. at ille confugit ad Karolum Francorum regem, qui ultus est inimicos eius amare et iterum restituit illum in sede sua. ceterum uicem Karolo recompensans coronauit in imperatorem in templo sancti apostoli Petri perungens oleo a capite usque ad pedes et circumdans imperatoria ueste atque corona octauo kalendas Ianuarias, indictionis nonae. igitur Romanis iterum imperat Eirene annis quinque.

Anno ab incarnatione domini septingentesimo nonagesimo XXXXI primo Eirene cum secundo imperare coepisset id est primo anno imperii sui confestim dirigit Dorotheum Egumenum Chrysopolitanum, et Constantinum Chartophylacem ecclesiae magnae ad Abimelech partes Cappadociae depopulantem atque Galatiae intercedens pro pace, quod tamen factum non est. et Octobris mense quidam rebelles in custodia positis in palatio τῶν Θεραπείας filiis impugnantis deum Constantini ad magnam confugere persuadent ecclesiam quasi petentes securitatem subsequentis indemnitatis suae quatinus per huius modi occasionem appellarent ex eis quemquam imperatorem. et multo

---

10 *et* 23 heirene *D* 12 adriani *D* multuati *D* 15 amatre *D* 16 recopensas *D* 19 kl ian · *D* 20 heirene anni *D* 23 cepiss& *D* 24 eugumenum (*D*) 25 crissopolitanu *D* chartophilacè *D* 26 habdil|melic *D* 29 *τῶν Θεραπείας Theophanes:* ton Herapiu *P*, ton thera|pia · *D* deum] di *D* 31 indèpnitatis *D*

populo ecclesiam concurrente ingressus Aetius eunuchus patricius et eduxit eos uerbo nemine ad illos attendente et exilio damnauerunt eos apud Athenas. duo autem patricii Stauracius scilicet et Aetius qui dilecti esse noscebantur imperatricis facti sunt in alterutrum hostes ita ut inimicitiam monstrarent manifeste ambo intentionem habentes post mortem eius cognatis suis imperium adquirendi.

XXXXII Anno imperii Eirenae secundo Abimelech exiuit contra Romaniam et misso expeditorum incursu descendit usque ad Magalina et praeoccupans in stabulis Stauracii equos imperatorio equitatu capto sine laesione reuersus est. et reliqui descenderunt usque Lydiam et multam consecuti sunt praedam. mense uero Martio septimae indictionis uoluit Akamirus Sclauinorum Belziciae princeps pulsatus ab Helladicis educere filios Constantini et ex eis promouere imperatorem. cum autem hoc cognouisset imperatrix Eirene, mittit ad patricium Constantinum Serantapichum et Theophylactum filium eius, qui spatharius erat et nepos suus et omnium oculos eruit et dissipauit consilium eorum contra se nequiter adinuentum.

XXXXIII Porro Paschalis festiuitatis feria secunda processit imperatrix a sanctis apostolis in curru aureo uecta, qui a quattuor equis albis trahebatur et a quattuor patriciis tenebatur, Bardano uidelicet praetore Thracesiorum, Sisinnio praetore Thraceae, Niceta domestico scholarum et Constantino Bohila, iactans liberaliter hypatian. mense uero Maio infirmata est imperatrix paene ad mortem et protenta est contentio eunuchorum Aetii et Stauracii. Aetius autem auxiliatus est Nicetae patricio et scholarum domestico et insecuntur seuere Stauracium, credere

1 *et* 4 etiuſ *D* 3 dãpnauerunt *D* ſtauratiuſ *D* 8 *et* 16 heirene *D* 8 habdilmelic *D* 10 ſtabiliſ *D* 14 beltitię *D* ab] ad *D* 17 ſerantapichum *DP Anastasius, Theophanes,* Thefferacontapechum *'e Francisci Pithoei libro' Bongarsius sed ut mihi uidetur ab ipso excogitatum et om. D* theophilactũ *D* 21 tecta· qui* (*fuit &*) a *D* 23 tracefiorũ *D* thrace *D* 24 *et* 28 ſcolarũ *D* 24 bouilo (o *corr. in* a) *D* 25 hipatian *D* 26 poene *D* eunuchorũ contentio *D* etii *D, deinde* & ſtauratii *om. D* 27 Aetius] Aiſ *D*

facientes imperatricem quod imperium appeteret: ita ut atrociter irata illi ascendens in palatium *τοῦ Ἱερείου* dixerit rebellionis et simultatis sollicitatorem eum esse et sibi sceleris acquisitorem. qui apologia facta muniebat se ipsum. insaniebat autem aduersus Aetium et Nicetam praedictos patricios.

Anno imperii Eirenae tertio, mense Februario indictionis XXXXIIII
octauae iam dictus Stauracius tyrannidem et simultatem in urbe regia construebat scholarios qui erant in ea et excubitores una cum primis eorum pecuniis ac muneribus assumens et placans, Eirene pia imperatrix silentio in Iustiniani triclinio facto prohibuit omnem qui militaret adhaerere Stauracio. et sic adepta sunt modicam tranquillitatem negotia. Aetius uero iam memoratus et Nicetas cum aliis quibusdam certatim aduersabantur Stauracio, qui corde perculsus sanguinem per os emisit spumosum ex partibus pectoris et pulmonis. hoc medici aspicientes mortale pronuntiauerunt, ast adulatores et imperiti non solum medici sed et quidam pseudomonachi et diuini iuramentis credere persuaserunt usque ad diem mortis eius quae facta est mense Iunio ipsius octauae indictionis quod uicturus et regnaturus esset, quibus ille innixus seditionem in Cappadociis construxit aduersus Aetium fieri, quam non meruit uiuens audire. post duos namque dies mortis eius super hoc nuntius uenit et in seditione comprehensi exiliis sunt et animaduersionibus subditi.

Anno imperii Eirenae quarto octauo kalendas Ianuarias XXXXV
indictionis nonae Karolus rex Francorum coronatus est a Leone papa et cum uoluisset contra Siciliam classibus proeliari, se paenituit, coniungi potius cum Eirene uolens legatis ad hoc sequenti directis anno indictione decima.

Martio uero mense nonae indictionis Eirene imperatrix Byzantiis ciuilia donauit tributa Abydique ac Hieri ea quae dicuntur commercia releuauit magnis super his et aliis multis beneficiis gratiarum actionibus freta.

---

2 *τοῦ Ἱερείου Theoph.:* ton hieriu *D* 4 apollogia *D* 5 *et* 21 etiu 6 herene *D* 8 scolarios *D* 10 *et* 25 *et* 28 *et* 30 beirene *D* 11 stauratio *D* 12 modica tranquillitate *D* 16 ast adolatos *D* 23 et seditioni *D* 25 kl ian *D* 31 bizantus *D* hierię *D* 32 cōmertia *D*

XXXXVI Anno imperii Eirenae quinto Aetius patricius liber a Stauracio factus et ideo securitate potitus imperium ad fratrem proprium transferre satagebat, quem et monostrategum fecit in Thrace simul et Macedonia ipse ulteriora themata tenens, orientales scilicet et Obsicin. cum ergo elatione refertus esset, eos principes qui subliniores erant dehonestans pro nihilo reputabat, qui et ualde maesti aduersus eos effecti simultatem contra imperatricem meditantes, hanc in opus duxerunt. peruenerunt autem apocrisarii a Karolo et Leone papa directi ad Eirenen piissimam postulantes ut iungeretur illi ad nuptias et uniret Eoa et Hesperia, quae profecto obaudisset nisi Aetius iste qui saepe dictus inhibuisset praeualens et imperium in proprium sicut praedictum est fratrem usurpans.

XXXXVII Sequenti autem anno qui est primus annus Nicephori pridie kalendas Nouembris indictionis undecimae quarta noctis hora, quae feria secunda lucescit, idem Nicephorus cum patricius esset et logotheta generalis, tyrannidem aduersus Eirenen piissimam concitauit deo quidem ineffabilibus ob nostrorum multitudinem peccatorum iudiciis indulgente, cooperantibus ei Niceta patricio ac domestico scholarum et Sisinnio patricio fratre ipsius, uiris periuris et fraudulentis Triphyliis. erant autem cum illis et Leo patricius Serantapichus et Gregorius patricius Musulacii et Theoctistus patricius et quaestor atque Petrus patricius seducentes quosdam a populo, qui erant ex ordinibus, cumque uenissent ad portam quae dicta est Chalce, custodesque falso ac subito decepissent, persuaserunt eis ut crederent quod ab ipsa fuerint destinati, quatenus eundem imperatorem Nicephorum appellarent eo quod Aetius patricius sibi uim inferret annuntiandum Leonem fratrem suum imperatorem, qui mendacio tanto credentes imperatorem pariter pronuntiauerunt eum qui erat tyrannus.

---

1 heirenę *D* 1 *et* 11 *et* 28 etıuſ *D* 9 karulo *D* 10 heirene *D* 11 eo *D* 16 luceſſit· ıd eſt *D* 17 heırenen *D* 20 ſcolarů *D* 21 periuris ac ſraudulentis Triphyliis *Bongarsianus et Anastasius et 'sic fere' P:* peıurıſ ac fraudulentıſ · et nıceta trıplıulıſ; *D et similia p* 22 Serantapıchuſ *DP, Anastasius, Theophanes:* Tesseracontopechus '*Pithoeanum exemplar*' (*uid. ad p.* 584, 17) 23 muſulatu *D*

XXXXVIII Taliter ergo ad magnum palatium idem patricii uenientes ingressi sunt illud indeque per totam urbem ignobiles et seruos dirigentes acclamationem fecerunt ante mediam noctem, et custodes in circuitu palatii, quod *τοῦ Ἐλευθερίου* nuncupatur, posuerunt ubi eam contigit esse. diluculo sane accersentes eam concluserunt in maiori palatio et ita processerunt ad magnam ecclesiam ad coronandum scelestum. conuenit interea uniuersa plenitudo urbis et omnes quae gerebantur moleste ferebant maledicentes coronanti et coronato cunctisque gratulantibus eis.

XXXXVIIII Equidem cum religione ac ratione uiuentes diuinum mirabantur iudicium qualiter eam permiserit quae pro recta fide more martyrum agonizauerat a subulco expelli praesertim cum ei deuotissimi eius praecipue adhaerere propter auaritiam proposuerint, Leo scilicet eunuchus patricius et saccellarius Sinopeos et deo perosi Triphylii atque patricii qui superius dicti sunt qui donis plurimis ab illa ditati sunt et cum ea saepe conuescentes et adulationibus cum iuramentis horribilibus certam reddentes omnibus mundi rebus se necessariorem reputare quam haberent erga illam beniuolentiam affirmabant, alii autem in ecstasi facti gestorum certitudinemque horum minime sentientes somnium se uidere putabant, alii autem qui dumtaxat perpendere bene sciebant praeteritam felicitatem beatificabant et futuram per tyrannidem infelicitatem lugebant maximeque hi qui maligni uoti tyranni experientiam quandam ante perceperant. porro uniuersos communiter possidebat caligo et sine consolatione mentis defectio ne per singula miserandae illius diei deformia uerba scribens protelem sermonem.

L Denique sequenti die sumptis quibusdam ex patriciis ascendit ad imperatricem custodiae mancipatam simulans ut ei moris erat falsam benignitatem per quam et plures decepit, et excusans se quod inuitus ad principatum conscenderit nec hunc umquam desiderauerit. maledicebat autem his qui pro-

---

4 *τοῦ Ἐλευθερίου Theoph.*: tontu eleutheiu *D* 6 accerſientef *D* 11 ęt quidem *D* 12 fide *om. D* 16 triphilii *D* 18 adolationib; *D* 21 extaſi *D*

uexerant se et illam insidiis appetiuerant, ut proditor dominum postquam cum ipso cenauerit, quos et imitatores illius existere testabatur. ostensis etiam nigris calciamentis amare se talibus uti praeter leges imperatorias affirmabat fiduciamque habere dolose monebat eam, et cum iuramentis de omni corporali requie, quam consequi dominam a seruo deceret nullamque arbitrari aerumnam casus illius exhortabatur, commonebat postremo nil occulere a se imperialium thesaurorum et damnabat auaritiae uitium, hos illam habere non ferens. languebat enim eo uehementer omnia deuorans omnemque in auro spem et fiduciam ponens.

LI At uero sapiens et deo dilecta Eirena quamuis congrueret ut passione tam repentina commutationis utpote mulier teneretur forti et sapienti prudentia dixit ad eum 'qui heri quidem seruus periurus fuerat, hodie uero sollers et seditiosus tyrannus ac impudens habetur. ego quidem o homo deum deputo et pridem cum essem orphana, exaltasse me, et dein super solium imperii licet essem indigna prouexisse me. causam uero depositionis mihimet applico et peccatis meis ascribo. in cunctis autem ac modis omnibus sit nomen domini benedictum, solius regis regum et domini dominorum. porro modum promotionis tuae deo reddo, quo excepto nil fieri credidi. uerum tamen delatas mihi contra te super dignitate qua nunc circumdaris auditiones non ignoras, quas ueras fuisse rerum finis ostendit, quasque si moleste tulissem, facile mihi erat interficiendi te. sed modo iuramentis tuis fidendo, modo tibi parcendo multos mihi deuotos parui pendi, deo quae mea sunt dans, per quem reges regnant et potentes optinent terram. sed et nunc cum sis pius et ab ipso prouectus, te ut imperatorem adoro et peto meae parcere infirmitati et concede mihi a me constructam Eleutherii domum in refocillationem incomparabilis calamitatis meae.'

LII At ille ait 'si hoc uis fieri tibi iura mihi per omnem diuinam uirtutem non absconsuram te quicquam ex thesauris

6 dıceret *D* 8 dāpnabat *D* 12 heırene *D* 15 peıuruſ *D* 16 habebatur *D* 17 orfana *D* 24 ıgnoranſ *D* 31 refocılatıonē *D*

imperii et adimpleo postulationem tuam et omnem tibi placationem et requiem facio. quae iurauit ei ad pretiosa et uiuifica ligna quia 'non mouebo a te usque ad obolum unum.' quod et fecit. uerum ille quod desiderabat adeptus protinus exilio relegauit eam penes insulam Principem in monasterio quod ipsa aedificauerat cum adhuc essent in urbe Karoli missi et quae agebantur aspicerent.

LIBER VICESIMVS SEXTVS

Anno ab incarnatione domini septingentesimo nonagesimo I quinto NICEPHORVS uorax cunctorum imperio percepto nec saltim parum quid ualuit hypocrisi tegere inditam malitiam et auaritiam suam sed quasi recisurus iustitiam nequam in Magnaura et iniustum constituit fore iudicium. intentio namque tyranno erat, ut ipsae res ostenderunt, non pauperibus iura tribuendi sed per hoc omnes qui magni erant inhonorandi et captiuandi et ad se quae cunctorum erant impie transferendi. quod et fecit. uidens autem omnes aduersus se contristatos et pauens ne forte memores Eirenae piae beneficiorum adsciscerent eam iterum ad imperium, Neuembrio mense hieme nimium imminente graui non est ipsius misertus inmisericors ille sed exilio deportari praecepit in insulam Lesbum et cautissime custodiri, quin et a nemine penitus contueri. porro pridie kalendas Maias mortuus est Niceta Triphylius, ut aiunt, a Nicephoro ueneno extinctus et nonis Maiis feria quinta, cum Nicephorus ad suburbana Chalcedonis exisset equumque mansuetum et mitissimum ascendisset, hunc ex dei prouidentia deiciens dextrum pedem ipsius contriuit.

At uero quarto decimo kalendas Augustas feria quarta hora II prima Bardanes patricius et praetor Orientalium qui cognomi-

---

3 mouebo] nocebo *DP Anastasius* ad *om.* *D'* obulū *D* 5 poenes *D* 7 *subscriptum* explicit | lib xxv; incipit liber xxvi; *in D* 14 os] tesiderunt *D* 18 heirene *D* asiscerent *D* 23 kl mai *D* 24 nonhis mais *D* 28 kl aug *D* quarta] · IIII · *D*

natus est Turcus, appellatus est imperator ab omnibus ultra sitis thematibus, qui multum renisus ut euaderet illos, minime ualuit et descendens usque ad Chrysopolim cum circuisset diebus octo et minime fuisset receptus, rediit usque ad Magalina, qui metuens deum et recogitans ne forte per se mactatio Christianorum efficeretur, misit ad Nicephorum et accepto uerbo in scriptis propriae manus eius in quo et Tarasius sanctissimus patriarcha et omnes patricii subscripserunt, quod illaesus et indemnis cum omnibus qui secum erant foret seruandus, sexto idus Septembrii media nocte clam fugiens descendit in ciuitatem Bithyniae in monasterium Heraclii et inuento chelandio, quod ab imperatore super hoc fuerat missum tonsus est et indutus stola monachica et ingressus illud abiit in insulam quae dicebatur Prima, in qua aedificauerat monasterium opinatus quod ueriturus foret terribile uerbum quod dederat sibi contemptibilis Nicephorus, et in nullo esset laedendus.

III At ille primo quidem denudat illum substantia eius et occasione accepta omnes thematum principes et habitatores, quosdam autem et de urbe regia captiuauit, exercitum autem priuatum roga deseruit. uerum quis sermo enarrare condigne sufficiet opera quae in diebus illis ab eo sunt gesta per indulgentiam dei propter commissa nostra? nona uero die Augusti mensis undecimae indictionis defuncta est imperatrix Eirene in exilio insulae Lesbi et translatum est corpus eius in insulam Principis in monasterium quod ipsa construxit.

IIII Anno imperii sui secundo Nicephorus coronauit Stauracium filium suum per Tarasium sanctissimum patriarcham in ambone maioris ecclesiae in imperatorem, cum esset inutilis ad tantam modis omnibus dignitatem tam scilicet aspectu quam robore simul et sensu. ceterum Nicephorus qui numquam usquam ueritatem seruauit Lycaonenses quosdam immo uero Lycanthropos concordes et consentaneos ad Proten insulam mittens iussit eos noctu hanc ascendere et praedictum quasi se igno-

---

3 crifopoli *D* 9 indepnif *D* 10 defcendif *D'* 11 ciuitate bithinię *D* 14 quae] qui *D* qua] quo *D* 15 dederat] erat *D* 22 aug mfe *D* 24 heirene *D* 31 lycantropof *D*

rante luminibus priuare Bardanem et post facinus ad ecclesiam fugere. quo facto tam patriarcha et senatus quam omnes deum ttmentes acriter doluerunt. ast imperator nequissimus Nicephorus cum iuramentis omnes primores Lycaonenses simulatus exquirebat in eos, ut putabatur, ulturus, omnia secundum ostentationem et nihil secundum deum iugiter agens. erat enim illuc praecipue cum reliquis praeuaricationibus et huiusce modi quoque mentis idioma per quod uidelicet et ante imperium multos seduxit, uerum tamen in ridiculum habebatur hoc eius liquido scientibus studium ita ut impudentia multa semper caligosa et polluta facies eius tunc inaccessibilis fieret per dies septem eo dolose intra cubiculum imperatorium eiulante. nam et naturaliter ei muliebres aderant lacrimae quas multis prauis et pseudochristianis inesse procul dubio constat quamquam plurimos non latuerit.

Mense uero Augusto cum aduersus Arabes exisset, occur- V
rit eis apud Crason Phrygiae et inito bello superatur multisque amissis propemodum et ipse uiuus foret capiendus nisi principum quidam fortissimi hunc a necessitate uix saluare praeualuissent. anno imperii Nicephori tertio simultate facta in Perside descendit Arabum dux pacificaturus eos. Nicephorus autem spatio reperto aedificauit Ancyram Galatiae et Thebasan et Andrasum. misit etiam et cursus, qui reuertuntur nihil proficientes sed e contra potius plurimos amittentes.

Anno imperii Nicephori quarto mouit exercitum Aaron dux VI
Arabum aduersus Romaniam in uirtute graui trecentorum uidelicet milium tam a Maurophoris quam Syria et Palaestina et Libya coaceruata et cum uenisset Tyana, aedificauit domum blasphemiae suae et obsidens cepit tunc Heraclium castrum quod erat ualde munitum et Thebasan et Malacopean et Sideropelum et Andrasum. misit autem cursum sexaginta milium bellatorum et descendit usque ad Ancyram et hac uisa reuersus est. ast imperator Nicephorus metu et impossibilitate detentus

1 bar|danū *D* 12 heıulante *D* 17 thraſon phrıgię *D* 21 pſida *D* 23 andaraſū *D* 25 haron *D* 27 phaleſtına & lybıa *D* 30 malocepean *D* 31 anandaraſū *D*

exiuit et ipse in desperatione fortia infortunii demonstraturus. et multis tropaeis factis misit ad Aaron Metropolitam Synadorum et Petrum Hegumenum Gylei et Gregorium oeconomum Amastrae, postulans fieri pacem et multum disputantibus eis firmauerunt pacem ut per unum quemque annum tribueret illis tricena milia numismatum et tria numismata in tributa capitis imperatoris et tria filii eius, quibus acceptis Aaron iucundatus est et exultauit plus quam si dena milia suscepisset talenta, tamquam subegisset Romanorum imperium. porro conuenit inter eos ut castra quae destructa fuerant non reaedificanda, cumque Arabes reuersi fuissent, construxit eadem continuo castra et praemuniuit, quo comperto Aaron misit iterum et recepit Thebasan, missoque stolo in Cyprum ecclesias destruxit Cyprios emigrauit et multo excidio facto pacem dissoluit.

VII Anno imperii sui quinto castra mouit Nicephorus contra Bulgares et cum uenisset Hadrianopolim et senisset quod simultatem contra se imperatorii homines et quidam ex ordinibus meditarentur, inefficax repedauit, nihil proficiens nisi quod tantum ultionem contribulibus intulit, horum multos caedibus exiliis et proscriptionibus rerum submittens.

VIII Anno imperii Nicephori sexto mense Septembrio Aaron Arabum dux cum classi contra Rhodum Chumehid direxit, qui cum subito transmeasset Rhodumque peruenisset, multum in ea excidium fecit. uerum tamen municipium quod in ea erat non impugnatum remansit. cum autem ipse remearet, euidenter impugnatus est a sancto et miraculorum patratore Nicolao. cum autem Myra uenisset et sacram eius arcam conterere temptauisset, aliam pro illa contriuit, moxque classim multa uentorum et marinorum fluctuum tonitruorum quoque ac fulgurum inaequalitas comprehendit ita ut plurimae scaphae conquassarentur ipseque impugnator Chumehid uirtutem sancti cognosceret et periculum praeter spem euaderet.

2 tropheiſ *D* 2 *et* 7 *et* 12 *et* 21 haron *D* 2 ſinadorū *D* 3 gulei *D* economū amaſtre *D* 5 unūqueq· *D* 6 numiſmata (*sed corr. ut uid. ex* numiſmatū) *D* & tria numiſmata *om. D* iocundatuſ (*D*) 16 uulgareſ *D* adrianopolī *D* ueniſſet *om. D* 20 ſūmittenſ *D* 27 mira *D* 31 cumehid *D*

Porro tertio decimo kalendas Ianuarias Nicephorus post multam electionem uirginum ex omni potestate sibi subdita causa copulandi Stauracium filium suum coniugi, raptam Theophano Atheniensem agnatam beatae Eirenae, quae uiro despousata erat et saepe cum ipso cubauerat, separauit ab eodem uiro et ipsi Stauracio misero copulauit impudenter, ut in aliis et in hoc quoque praenaricator effectus, alias uero duas ista pulcriores quas cum ea elegerat manifeste corrupit in eisdem ipsius nuptiarum diebus ab omnibus idem obscaenus irrisus. denique Februario mense simultatem excogitantes aduersus eum multi ex proceribus Arsabir quaestorem et patricium uirum pium et rationabilissimum elegerunt. quod cum multiformis Nicephorus agnouisset, ipsum quidem caesum ac tonsum monachum fecit et exilio relegandum in Bithyniam misit, reliquos autem caedibus et tonsuris et publicationibus insuper et exiliis subdidit non solum mundialis uitae principes sed et episcopos sanctos et monachos nec non et maioris ecclesiae syncellum et saccellarium et chartophylacem uiros rationabiles et reuerentia dignos. VIIII

Anno imperii Nicephori septimo Aaron Arabum dux mortuus est in interiori Perside, quae uocatur Churasan, et suscepit principatum Muhammad filius eius, scrupulosus per omnia. X
contra quem Habdallas frater eius seditionem concitans intestini belli factus est auctor et hinc hi qui in Syria et Aegypto et Libya erant, in diuersos incisi principatus tam publicas res quam alterutros subuerterunt mactationibus et rapinis ac diuersis flagitiis contra se contraque subditos Christianos confusi. ac per hoc ecclesiae, quae in sancta Christi dei nostri erant ciuitate, desertae factae sunt; et monasteria duarum magnarum laurarum, sanctae uidelicet memoriae Charitonis et Cyriaci atque sancti Sabae nec non et reliqua coenobia sanctorum Euthymii ac Theodosii. Theodorus autem Egumenus

---

1 kl ıa|nuarıoſ · *D* 3 raptam *scripsi:* factam (*D*), *deest apud Theoph.* theophanu *D* 4 agnıtà *D* heırene *D* 9 obſcen *D* 14 bıthımıà *D* 18 kartophılacè *D* 20 haron *D* 25 lybıa *D* 29 erat *D* 30 labrarum (*DP*) *sed cf.* 609, 31 31 cırıacı *D* ſabe *D* cenobıa *D* 32 euthımıı *D* eugumenuſ *D*

Studii et Ioseph frater eius archiepiscopus Thessalonicenus una cum Platone inclauso et ceteris monachis suis qui a communione recesserunt Tarasii sanctissimi patriarchae propter Ioseph uicedominum, qui praeuaricatorie coronauerat Constantinum et Theodaten. tunc Nicephorus imperator occasione percepta cum episcopos et Egumenos congregasset, synodum aduersus illos celebrari praecepit per quam a monasterio et urbe deiecti exilio sunt destinati mense Ianuario indictione secunda.

XI Eodem etiam anno dum roga penes Strymonem amnem populo distribueretur, irruentes Bulgares hanc, ademerunt auri libras centum et mille multumque populum occiderunt cum praetore atque principibus. erant autem et ceterorum thematum ibidem taxati principes non pauci, qui autem omnes illic periere. ceperunt autem et totam sarcinam, et ita reuersi sunt. eodemque anno ante solemnitatem sancti Paschae Crunnus Bulgarum dux acie contra Sardicam directa dolo hanc cepit et uerbo ex militiis Romaicis interfectis sex milibus absque multitudine priuatorum. Nicephorus autem quasi aduersus eum tertia feria hebdomade salutaris passionis egressus dignum quidem sermone nihil omnino gessit. hos autem principes qui de caede Bulgarum saluati uerbum salutis deposcunt cum dare dedignatus fuisset ad hostes fugere compulit, inter quos erat et Eumachius Spatharius mechanicae artis expers.

XII At Nicephorus prae multo dedecore iuratoriis sacris regiae urbi persuadere satagebat ut crederet quod festiuitatem Paschae in aula Crunni celebrauerit. praeterea cum ciuitatem Sardicam quae destructa fuerat aedificare uoluisset, multitudinibus resistentibus timens persuadendum turbis imperatorem postulare super aedificio. at illi sensu ingenuo ut ex nequam illius

1 thesalonicenus *D* 5 theodotem *D* 6 eugumenos *D* 8 deicti *D* 10 stromonè *D* 11 uulgares *D* 16 sollèpnitatè *D* crinus uulgarù *D* 17 *et* 27 serdicà *D* 18 & *om. D* interfectos (o *corr. ex* u) *D* 20 ebdomade *D* 21 iessit *D* 22 uulgarù *D* 23 ad hostes fugere compulit *om. D* 24 eumachius *D* ex|pers] *cf. p.* 608, 16 25 prae] p *D* 27 crìni *D* 30 senso ingenio *D*

argumentationibus subministrato tumultuantur aduersus eum et aduersus principes suos per horas sex et irruentes dirumpunt tabernacula ipsorum. cum autem uenissent usque ad imperatorem, iniuriis et maledictis hunc multis submittunt ulterius se non sufferre inmensam auaritiam et nequam moliminis eius animum deiurantes. at ille repentino simultatis pauore perterritus surrexit a mensa et primo quidem per Nicephorum ac Petrum patricios iuramentis et suadibilibus uerbis sedare conabatur exercitum.

At illi modica quiete potiti collem quendam ceperunt, et XIII
actus quem per se manibus habebant obliti sunt κύριε ἐλέησον exclamantes ac si super quodam terrae motu uel imbrium defectu. ille autem utpote semper ad omne malum paratus clandestinis muneribus noctu multis ex principibus pellectis in crastinum ipse per se ipsum medius ueniens allocutus est turbas de omni tranquillitate, ac super aequali erga natos eorum affectu iuramentis horribilibus eos certificans. et continuo regiam peruenit urbem, Theodosio patricio et primiscrinio cognomento Salibaran deserto ad perdiscendum ex alterutris eos qui seditionem patrauerant. cumque multitudines reuerterentur, rogas eis apud sanctum Mamam se tribuere fingens caedibus et tonsuris ac exiliis multis ex eis punitis Chrysopolim reliquos transduxit calcans tanta et tam horribilia iuramenta. illi uero propter aerumnam igneum fluuium meatum appellauerunt.

Anno imperii sui octauo Nicephorus post impias animad- XIIII
uersiones militias prorsus humiliare tractans, Christianos exules ex omni themate in Sclauinias fieri iussit, horum autem substantias uenundari. et erat haec res captiuitate non minor multis ex amentia blasphemantibus et inimicorum incursus poscentibus, aliis nihilo minus circa parentalia sepulcra lamentantibus et defunctos beatos asseuerantibus, fuerunt autem et qui suspendiis usi sunt ut a tantis malis eriperentur. et enim

1 ſumınıſtrato *D* 2 dırūpunt *D* 4 ſumıttunt *D* 11 Kırıe eleıſon *D* 12 ımbrıū uel *D* 19 ad] ac *D* 27 prſoſ *ut uid. D'* 31 ſepulchra *D* 33 tantis *om. D*

immobilia quae inerant sibi, secum ferre non poterant et substantiam quam ex parentalibus doloribus possederant, perditam contemplabantur: et impossibilitas omnis omnes habebat. haec quidem inchoata sunt a Septembrio mense, porro circa Pascha finita sunt.

XV Secundam uero cum hac afflictionem commouens militare praecepit egenos et armari aduersus patriotas conferre nihilo minus etiam decem et octo ac dimidium numisma per singulos fisco una cum omni proximitate tributa publica. tertiam malignitatem inferens iussit perpendere et augeri horum tributa et praestare chartiaticorum causa siliquas binas. et ad quartam nequitiam suam reditus omnes augmentari praecepit. quinta uero afflictione illata a uenerabilium domorum inquilinis, orphanotrophii scilicet ac hospitalium gerocomiorum quoque ac ecclesiarum et monasteriorum regalium per singulos focos census exigi a primo tyrannidis eius anno praecepit, ceterum quaecque meliora erant in rebus, in regiam curatoriam deferri iubebat.

XVI Sextam commouens afflictionem inspici a praetoribus iubet eos qui ex paupertate repente creati essent et ab his pecunias exigi quasi ab inuentoribus thesaurorum. septimam quoque adinueniens eos qui ante uiginti annos inuenerant et usque ad hunc dolium aut uas quodcumque omnibus propriis priuari pecuniis. octauam eos qui ex auis uel patribus hereditauerunt et diuisa substantia pauperes facti fuerant ex eisdem annis uiginti redhibitiones publico praebere iubebat et eos qui emerant extra Abydum corpora seruilia bina numismata in tributum dare praecepit maxime illos qui in Dodecaniso erant. nonam naucleros qui habitant maritima maxime minoris Asiae numquam terreno labore uiuentes, emere de rebus quae ab illo rapiebantur cogebat, utcumque appretiarentur ab ipso. decima insignibus Constantinopoleos naucleris collectis dedit ad

5 finiata *D* 6 Scđa *D* amouenſ *D* 9 tertia *D* 14 ac *om. D* 16 anno *om. D* 19 Sexta · *D* 21 Septima *D* 23 doleù *D* 24 c *in* Octauà *in ras. et* u *corr. ex* b *in D* 26 redhibitioneſ *cod. Pithoei:* ſe diuitioneſ *DP*, sedhibitiones *Anastasius* 27 habidù *D* 30 terrore labore (*D*)

usuram quattuor siliquarum numisma, cum auri duodecim librarum persoluerent simul et consueta commercia.

XVII Haec ex multis mihi summatim pauca descripta sint significanti multimodum eius ad omnem speciem auaritiae molimen. quae enim in regia urbe primoribus medioeribus et exiguis ostensa sunt mala nequeunt scribi, alios quidem eo inuestigante qualiter domi uiuerent, ac submittente malignorum quosdam seruorum derogandi dominis et in primordiis quasi dubitante super his quae dicebantur, deinde uero affirmante calumnias. id ipsum autem et super ignobilibus gerebat, dignos honoribus iudicans detrahentes. praeterea domorum multas habitatorum a prima in tertiam generationem subuertebat, spe fretus quod quanto celerius ruerent tanto has ipse foret hereditate citius possessurus. dignum autem est ut et hoc causa uoluptatis seu paradigmatis memoriae commendemus. cerularius quidam erat in foro ex laboribus suis locuples et nihil egens, quo accersito omnium uorax imperator ait 'pone manum tuam in uertice meo, et iura quantum tibi sit aurum.' qui parum tamquam indignus recusans coactus est ab eo facere hoc et centum se libras dixit habere, quas eadem hora praecepit afferri dicens: tu quid opus habes sollicitari? prande mecum et tolle libras decem et his uade contentus.'

XVIII Anno imperii sui nouo Nicephorus contra Christianos adinuentiones extendit inspectiones sine deo in emptionibus animantium, diuersorum pabulorum ac fructuum iniustas titulationes et iacturas principum, fenerationes in nauibus, qui omnibus legem ponebat ne ad usuram quicquam tribueretur, et alia milia malorum commenta, quorum particularis historia onerosa est his qui compendiosas discere causas exquirunt.

XVIIII Kalendis autem Octobribus tertia feria euaginato quidam dissipatus in habitu monachi gladio cuiusdam militantium cucurrit in palatium Nicephorum interficere quaerens, duo uero ex his qui circumstabant irruentes in eum atrociter uulnerati

5 priorib; D¹ 7 ſumittente D 8 dominis] demonſ D & im D
17 pene D¹

sunt ab illo. comprehensus autem et multis poenis affectus excusauit se daemonium habere praetendens nullumque prorsus
XX accusaus. at ille hunc in ligno muniuit cum patientibus.

Multi ergo deinceps augurati sunt enormis fore mali hoc signum, asseuerantes tam imperantibus quam subiectis quem ad modum et in impio Nestorio factum est.˙ Manichaeorum uero, qui nunc Pauliciani et Athingani dicuntur, quique in Phrygia et Lycaonia constituti confines et uicini eius habebantur amicus feruentissimus erat, responsis eorum semper et immolationibus congratulatus. iu quibus et quando Bardanius patricius contra eum insurrexit, his aduocatis hunc molitionibus ipsorum subegit. taurum quippe in lacu quodam ferreo palo cornibus alligans ad terram incuruatum sic dum mugiret et uolutaretur occidi fecit huiusque uestem in mola uersa uice molens et incantationibus usus uictoriam tulit permittente deo propter multitudinem peccatorum nostrorum. isti locum sub imperium eius adepti sunt intrepide conuersandi. unde multi
XXI leuiorum infandis eorum corrupti sunt sectis.

In Exacionio uero quidam falsus eremita Nicolaus nomine, et quidam cum eo blasphemi facti fuerant; etiam recti sermonis uenerabiliumque imaginum aduersarii, quos Nicephorus defendebat, et summum sacerdotem omnesque secundum deum uiuentes tristes hac pro causa reddebat. saepe namque aduersus eos queritantibus indignatus est, inimicitias in uicem agitantibus ualde congratulans, deridens omnem Christianum, proximum diligentem ueluti diuinorum mandatorum euersor, cui studium erat iudicia rationabilia et irrationabilia contra omnem hominem in Magnaurae poenalio commouendi, quo nemo uacaret agere aduersus impietates eius, denique militares principes more seruorum uti episcopis et inferioris ordinis clericis iussit. aditurus episcopia et monasteria et his quae eorum essent auctorabiliter abusuros eos qui a saeculo diuinis contulerant

1 pęnıſ *D* 4 auguriatı *D* ınormıſ forme *D* 6 Manıche|orū *D* 8 lıcaonıe *D* 11 contra ſe patrıcıuſ *D* 12 locu *D* quodam *om.* *D* 14 ım mola (*sed* ın *D'*) *D* 16 hıſtı *D* 19 exactıonı *D* heremıta *D* 24 querıt ante | ante ındignatuſ *D* 27 & *om.* *D* 28 quo] quę *D*

obsequiis aurea uel argentea uasa nituperabat et ecclesiarum quaeque sacrata pro communibus haberi dignum fore dogmatizabat instar Iudae, tale quid super dominico decernentis unguento. antecessores uero suos imperatores uniuersos uelut improuidos accusabat generaliter omnium prouidentiam auferens, simul et dicens neminem posse imperantem circumuenire, si uoluerit qui imperat strenue principatum tenere, sed uanus factus est in cogitationibus suis diuinitus occidendus.

Interea mense Februario eiusdem quartae decimae indictio- XXII
nis primo sabbato ieiuniorum obuii facti Saraceni penes Euchaitam Leoni praetori Armeniacorum deferenti thematis rogam hanc abstulerunt cum multitudine populi copiosa. talenta uero erant sedecim, quae fiunt librae mille trecentae. et nec sic redargutus Nicephorus ab auaritia sua cessauit. in his ergo signis nouus Achab non eruditus, quin e contra Phalaride ac Mida ambitiosior factus contra Bulgares proelium praeparat una cum Stauracio filio suo, et Iulio mense a regia urbe digressus iussit Nicetae patricio et generali logothetae publicos ecclesiarum et monasteriorum census imponere et octo annorum praeteritorum redhibitiones a principum domibus exigere et erat lamentum magnum. cum autem querimoniam audiret a quodam famulo proprio, Theodosio uidelicet Salibara patricio dicente sibi 'omnes o domine contra nos clamant et in tempore temptationis casui nostro congratulabuntur' ait ad eum 'si deus obdurans obdurauit cor meum ut Pharaonis, quid boni erit his qui sub manu mea sunt? a Nicephoro Theodosi noli expectare praeter quae a te conspiciuntur.' haec dominus nouit ipse ego conscriptor horum uiua uoce audiui a Theodosio.

Collectis itaque militiis non solum ex Thrace uerum etiam XXIII
ex ulterioribus thematibus, cum his etiam egenos pedites cum propriis stipendiis contra Bulgares fundis et uirgis armatos, et blasphemantes minauit. Crunnus autem multitudines timens,

2 dogmazabat *D'* 3 iude *D* 10 poenef *D* 11 imprętori *D* 13 tricente *D* 15 qui *D* phaleride ac mide | ambitior *D* 16 *et* 31 uulgaref *D* 20 redibitionef *D* 21 cerimonia *D* 25 cor meum *om.* *D* pharao *D* 32 Crùnuf *D*

cum essent Marcellis, petebat pacem. at ille nequam consiliis et paria sentientium consiliariorum suorum suasionibus prohibitus est et post multos anfractus per auia loca praecipitanter temerarius simul et pauidus ingreditur Bulgariam tertio decimo kalendas Augusti, cum Syrius appareret cuncta consumens frequenter ita fatus 'quis ibit' inquiens 'et decipiet Achab? quia siue deus siue aduersarius trahit me nolentem.' porro priusquam ingressus fuisset Bulgariam Byzautius huius dilectus famulus ad Crunnum Marcellis confugit secum surrepta ueste imperiali et auri libris centum. multi autem huius fugam in malum Nicephori auspicati sunt.

XXIIII Tribus quippe diebus post primos conflictus se prosperari opinatus non prospera facienti deo uictoriam ascribebat sed Stauracii solius bonam fortunam bonumque consilium praedicabat, et principibus qui introitum inhibuerant minabatur. ut irrationabilia quoque animantia et infantes et omnem aetatem immisericorditer occidi praecepit et mortua comprouincialium corpora insepulta dimisit, solius spoliorum collectionis diligentiam faciens. claues autem et signacula in penetralibus Crunni super imponebat ea ut propria de cetero muniens. aures etiam et cetera Christianorum membra, qui saltem tetigissent quicquam ex spoliis, abscindebat. et aulam incendit quae dicebatur cortis Crunni, cum ipse uehementer esset humiliatus et significasset dicens 'ecce uicisti, tolle ergo quicquid tibi placabile fuerit et egredere in pace.' at ille cum pacis esset inimicus, hanc admittere noluit. in quibus saeuiens ille in regionis introitus et exitus lignea munimina mittens maceria circumdedit atque tutauit. Nicephorus autem hoc comperto mox attonitus quidnam ageret circumiens ignorabat et his qui simul aderant futuram perditionem pronuntiabant asseuerantes 'etiam si pennati facti fuerimus sic nemo speret exitium euasurum.' haec autem molimina erant per dies duos, quintam uidelicet et sextam feriam. et nocte sabbati turbationes et turbarum ar-

---

4 *et* 8 uulgarià *D* 5 kl aug̀ *D* 6 ıta *om.* *D* 8 bızantıuſ *D* 9 crùnù ad marcellıſ *D* 19 crùnı *D* 20 ſupımponebant *D* 22 abſcıdebat *D* 23 crùnı *D* 26 amıttere *D* ın *om.* *D* 32 p dıeſ ſuoſ *D*

matarum circa Nicephorum et eos qui cum ipso erant auditae acies omnes eneruauerunt.

XXV Ante diei uero principium superuenientes barbari contra tabernaculum Nicephori et magnates qui erant cum ipso hunc miserabiliter interficiunt, inter quos erant Aetius Petrus et Sisinnius Triphylius patricii atque Theodosius Salibaras patricius, qui contristauit et multa beatae mala ostendit Eirenae nec non et Eparchus patricius et Romanus patricius ac praetor orientalium, multique alii protospatharii et spatharii, quin et ordinum principes et excubitus domesticus seu Drongarius imperialis uigiliae, simul et Thracae praetor et multi principes thematum cum infinitis populis, omnisque Christianorum corrupta est species. arma quoque omnia perierunt et imperii uasa. porro talis diei deformia uerba absit ut Christiani ulterius uident utpote omne lamentum excedentia. facta uero sunt haec septimo kalendas Augustas indictionis quartae. caput autem Nicephori Crunnus recisum suspendit diebus multis in ligno in ostensionem ad se aduentantium nationum et confusionem omnium nostrorum. post haec sane accipiens hoc et os denudans argentoque forinsecus induens bibere in eo Sclauinorum principes fecit gloriatus. uerum licet multae uiduae ac orphani uno die fuerint facti et lamentatio intolerabilis haberetur, huius tamen occisio multorum facta est consolatio.

XXVI Modum uero huius occisionis nullus eorum qui saluati sunt liquidius enarrauit. ferunt enim quidam, quod et Christiani hunc cadentem lapidibus impetierunt, ast effeminatorum uirorum, seruorum scilicet eius cum quibus et concumbebat alii quidem igne ualli, alii uero gladiis periere cum ipso. huius principatu Christiani grauiorem nullo tempore consecuti sunt. omnes enim qui ante se imperarunt ambitionibus et luxuriis atque barbaricis crudelitatibus superauit, de quibus per singula prosequi et posteris incredibile et nobis erit laboriosum. uerum tamen ex fimbria textura manifesta iuxta pro-

5 etiuſ *D* 6 triphyleſ *D* 7 heirene *D* 8 ** (*fuit* ac) | et *D* 11 thrace *D* 15 excidentia *D* 16 kl aug· *D* capud *D* 17 crūnuſ *D* 19 os] hoſ *D* 20 eoſ *D*

uerbium. uulneratus autem est Stauracius filius eius periculose in dextra colli parte et uix a pugna uiuus exiuit et uenit Hadrianopolim atrociter a plaga colaphizatus.

XXVII At uero Stephanus patricius et scholarum domesticus cum adesset quoque Theoctistus magister, pronuntiauit Stauracium imperatorem et disputauit populo, qui saluatus fuerit contra proprium patrem suum, qui oppido delectati sunt. Michael sane Curopalatius illaesus exuperans admodum ab amicis rogatus est ut imperator appellaretur, et non admisit ob iuramenta praestita Nicephoro atque Stauracio. huic Stephanus domesticus resultabat spe uitae Stauracii. Theoctistus uero magister satagebat pro imperio Michaelis. porro Stauracius per urinam sanguine immensurate prorumpente arefactus est femoribus simul et tibiis adeo ut phorio ueniret Byzantium. hunc Nicephorus patriarcha ualido amans affectu consilium dabat ei ut deum placaret et eos qui auaritia praegrauati essent a patre suo consolaretur. ad quem paterni sensus germanus heres dicebat non se posse plus tribus reddere talentis. haec autem erant exilis pars iniustitiarum illius, uerum tamen et circa haec pigritabatur uiuere fidens. cum autem foedus illibatum more paternae mentis circa neminem conseruaret, frequentius dehonestationibus submittebat Theoctistum magistrum et domesticum Stephanum et Michaelem Curopalaten auertens omnino et Procopiam uxorem suam ut insidiantem sibi Theophanus Augustae submissionibus. mox quippe misera per beatae imitationem Eirenae, optinere sperabat imperium, cum sine liberis esset.

XXVIII Ast uero Stauracius se uidens insanabiliter infirmari, habitum imperium uxori acquirere festinabat et Bulgares excitare in Christianos supra praecedentia mala, super quo pauentes Nicephorus patriarcha Theoctistus magister Stephanus-

---

3 adrianopoli *D* 4 ſcolarū *D* 7 Michahel *D* 8 curopalatiſ *D* am|modū *D* 9 ammiſit *D* 12 michahelſ *D* 14 bizantiū *D* 20 feduſ *D* 22 ſūmit|tebat *D* 23 michahelem *D* 25 theophanu *D* ſūmiſſionib; *D* 26 heirene *D* 28 infirmari *om.* *D* 29 at uulgareſ *D* 31 magiſtruſ *D*

que domesticus ex multa inimicitia in alternam amicitiam cum Michaele Curopalate uenere. circa fines Septembris quintae indictionis, kalendis autem Octobribus uespere Stauracius aduocatum Stephanum domesticum percunctabatur quonam modo Michaelem sororis suae maritum ex propria educere posset domo ad eius oculos eruendos, quo perhibente impossibile hoc fore hac hora propter uirtutem quae circa illum adesset et ob munitionem loci domus ipsius, rogat nemini fieri nota quae dicta sunt. at ille cum uerbis persuadibilibus inflexisset eum ne sollicitus esset, per totam noctem militias ordinum quae remanserant, collegit in hippodromio una cum principibus propriis ad pronuntiandum eundem Michaelem in imperatorem. cumque totus senatus ad palatium de luce uenisset, hunc praenuntiarunt imperatorem, quem ad modum in subsequentibus indicabitur. porro Nicephorus patriarcha scriptum a Michaele propriae manus exegit de recta fide et ut sine sanguine manus a Christianis seruaret ac de sacris hominibus seu monachis et toto ecclesiastico catalogo ne percuterentur ab illo.

Anno ab incarnatione domini octingentesimo quarto indi- XXVIIII
ctione quinta tertio nonas Octobris Michael piissimus Curopalates appellatus est imperator Romanorum in hippodromio a toto senatu atque ordinibus qui imperauit annis duobus. Stauracius autem huius acclamatione audita statim comam totondit et monachicis circumdatus est uestimentis et per Simeonem monachum cognatum suum ualde patriarcham implorans qui ueniens in palatium multum Stauracium una cum imperatore Michaele rogabat ne tristaretur super eo quod factum est, non enim per insidias sed desperatione uitae ipsius id gestum asseuerans. at ille nequitiae paternae rabie furens non adquieuit dicens ad eum 'amicum meliorem me non habebis.' hora uero diei quarta coronatus est Michael a Nicephoro patriarcha in ambone magnae ecclesiae, in quo magna exultatio

---

2 *et* 15 michahele *D* 4 pctabatur *D* 5 *et* 12 michahelè *D* 11 *et* 21 yppodromio *D* 11 cu *D* 14 queaammodù *D* 17 xpiani *D* 20 quinto *D* michahel (h *semper additam in h. u. notare desinam*) *D* 24 per *om.* *D* ſymeone *D*

facta est et donauit patriarchae auri libras quinquaginta et clero uiginti quinque. cum enim esset magnanimis et non auarus, omnes consolatus est qui Nicephori auaritia fuerint laesi donisque senatum ac militiam recreauit.

XXX Porro quarto idus Octobrias coronata est Procopia in Triclinio Augusteos multisque donis senatum liberaliter auxit. mulieribus uero thematicorum militum qui fuerunt in Bulgaria perempti quinque auri talenta donauit. Theophano autem uxorem Stauracii singularem uitam amplexam et cognatos illius, qui miserabiliter sub Nicephoro uixerant ditauit. interque alia insignem quoque domum et monasterium Ta Hebraica dictum ubi Stauracius est sepultus illi concessit. omnes etiam patricios et senatores sacerdotes ac summos sacerdotes et monachos militantes et pauperes tam in regia urbe quam in thematibus degentes locupletauit adeo ut immensurabilis auaritia Nicephori, propter quam et male periit, in paucis diebus disparuisse probaretur.

XXXI Super multos praeterea optimos mores suos cum piissimus et orthodoxissimus esset, tristabatur super his quia sancta scindebatur ecclesia quacumque occasione siue rationabili *siue irrationabili* multumque sanctissimum patriarcham et eos qui poterant pro communi pace concurrere rogans non quiescebat inter quos et Theodorum Egumenum Studii et Platonem atque Ioseph archiepiscopum Thessalonicensem fratrem Theodori in custodiis detentos amaris una cum principibus quoque monasterii eorum satagebat unire. quod et fecit. ceterum misit ad Karolum imperatorem Francorum pro pace atque constructu nuptiarum in Theophylactum filium suum. Nicephorus quoque sanctissimus patriarcha transmisit synodicas litteras ad Leonem sanctissimum papam Romanum. antea quippe faciendi hoc a Nicephoro prohibebatur.

5 id octobr · *D* 7 uulgaria *D* 8 Theophanu *D* 11 alia *om. D* &] in *D* hebrahica *D* 19 ſancto *D* 20 siue irrationabili *om.* (*DP*) 23 theodoruſ eugumenù *D* 24 theſalonicenſe *D* 28 theophilactù *D*

Porro octauo kalendas Ianuarias quintae iudictionis Michael tranquillissimus imperator coronauit Theophylactum filium suum imperatorem a Nicephoro patriarcha in ambone maioris ecclesiae feria quiuta et optulit pretiosissimum ornamentum sancto altario in uasis aureis et lapidibus uenustis et quadrangulis uelis antiquitus ex auro et purpura clare contextis atque admirabilibus sanctis imaginibus uariatis. donauit autem et patriarchae auri libras uiginti quinque ac uenerabili clero libras centum, splendidam reddens sanctam festiuitatem et filii pronuntiationem. multo sane diuino zelo imperator piissimus motus contra Manichaeos, qui nunc Pauliciani dicuntur et Athinganos in Phrygia et Lycaonia degentes, capitalem animaduersionem Nicephori sanctissimi patriarchae ac aliorum piorum praedicamentis promulgans. auersus est autem per alios nequam morum consiliarios optentu paenitentiae, cum esset impossibile illos paenitentiam agere qui eorum capti fuissent errore. dogmatizabant autem indocte non licere sacerdotibus promulgare contra impios mortem per omnia diuinis super hoc aduersantes scripturis. si enim Petrus uertex Apostolorum Ananiam et Saphiram ob mendacia tantum mortificauit et Paulus magnus clamat 'qui talia' inquiens 'agunt, digni sunt morte' et haec de solo corporali peccato, quo modo non horum contrarii erunt qui omnes spiritali et corporali spurcitia plenos quique daemonibus seruiunt, a gladio redemerint? sed pius Michael non paucos recidit eorum. XXXII

Stauracius uero ulcere tabefactus ex mortali plaga circa spinae loca inflixa ita ut non posset quisquam appropinquare illi ob multum foetorem mortuus est tertio Idus Ianuarias indictionis quintae cum imperasset ut putatur mensibus duobus, diebus sex. porro quinto idus Maias, feria sexta, eclipsis solaris effecta est magna. et septimo idus Iunias egressus est Michael contra Bulgares cum eo simul egressa et Procopia us- XXXIII

---

1 kl ıaú · *D* theophılactú *D* 5 uenuſtatıſ *D* 11 manıcheoſ *D* 12 athıgganoſ *D* 20 annanıà *D* 23 corporalıſ *D* 24 quoq · *D* redımerınt *D* 26 mortalıſ *D* 28 fętore *D* đ ıań · *D* 29 quınta *D'* 30 ıđ maı́ *D* 31 ıđ ıuń *D* 32 uulgareſ *D*

que Zerulum. Crunnus autem dux Bulgarum cum Debeltum obsidione cepisset et eos qui in ipsa fuerant una cum episcopo transmigrasset, multitudines, quae propter malum frequensque consilium nequam consiliariorum imperatoris ad eum confluxerant, ad insidias ac iniurias maxime Obsicii et Thracesiorum conuersi sunt, quas Michael compescens donis et admonitionibus silentio imposito mitigauit.

XXXIIII At uero Bulgares simultatibus militiarum compertis et quod formidantes proelium et taxationem tumultuarentur amplius confortati praeualuerunt aduersus Thracem et Macedoniam. tunc et Anchialum et Beroem dimittentes Christiani fugierunt nemine persequente, Nicaeamque ac Probati castrum et alia quaedam praesidia, similiter et Philippopolim et Philippos et Strymonem habitantes accolae occasione accepta fugientes ad propria redierunt. hoc autem erat diuina indignatio Nicephori uaesaniam arguens per quam putatiuae correctiones eius, in quibus gloriabatur, celeriter corruerunt prauasque opiniones multorum, qui deum impugnantes et abundantes haereses Paulicianorum Athinganorum Iconoclastarum et Tetraditarum desierunt accusare. omitto enim dicere adulteria et fornicationes, libidines atque periuria odia fraterna et auaritias nec non et praeuaricationes reliquas, contra sacras ac uenerabiles imagines contraque monachicum habitum mouebant linguas, beatum dicentes deo abominabilem ac miserrimum Constantinum, quod fortiter aduersus Bulgares gesserit propter pietatem quam ut impie infelices illi fatebantur habuerit.

XXXV At uero hi qui in urbe regia erant armabantur post synodum uniuersalem ad fidem subuertendum orthodoxam caecos caeci mentibus uolentes sine deo imperare filios uidelicet Constantini deum impugnantis apud Panormum insulam custodiae mancipatos, quos furari per noctem uoluerunt et adducere ad exercitum. sed dominus hos confudit, erigens Michaelem pi-

---

1 Crùnuſ *D* uulgarù *D* 5 opſıcıı *D'* 6 ammonıtıonıb; *D* 8 *et* 25 uulgareſ *D* 11 berohen *D* 12 nıceam *D* 13 phylıppopolım *D* 14 ſtrımonè *D* 18 habundanteſ *D* 19 athıgganorù *D* 20 deſerunt *D* 21 peıurıa *D* 24 habomınabılè *D* 25 forıter *D* ıeſſerıt *D*

issimum in defensionem ueritatis. disputatis enim conuenientibus de fide plebibus regiam repedauit ad urbem et sapienter cogitans multos rebellinm per paucas plagas deterruit exilio quoque deportari filios Constantini, qui oculis orbati esse cernebantur in Aphusiam. unum uero ex seductoribus falsum eremitam Nicolai exacionitae malefici socium, qui iconam sanctissimae dei genetricis deposuerat et dehonestauerat lingua recisa mutilauit, qui et mortuus est corpore et anima. his autem collegam Nicolaum repromittentem se paenitentiam acturum coram omnibus publicauit, confitentem quoque sua ipsius mala tradidit illum in monasterio custodiendum ne libera conuersatione libitu proprio abuteretur. populis autem coram concilio in Magnaura concionatus pii et secundum deum sensus sui dogmata manifestauit. at uero Athinganos publicans exilio tradidit per Leonem praetorem Orientalium.

Porro Augusto mense quintae indictionis Thebith contra XXXVI
Christianos exercitum mouit, cum quo Leo bellum conferens orientalium praetor prosperatus est duo milia interficiens et equos comprehendens et arma. Muhammad autem primus filius Aaron tenens principatum gentis inito bello in interiori Perside cum Habdalla fratre suo superatus est. et fugiens in Bagda hanc optinuit. Damascum uero alius tyrannus habuit et Aegyptum et Africam duo partiti sunt et Palaestinam alius latronis more depastus est.

Anno imperii Michaelis secundo Crunnus Bulgarum dux per Dargamerum pro pace rursus ad Michaelem imperatorem legationem misit, quaerens foedera quae sub Theodosio Hadramytino et Germano patriarcha repromissa fuerant Cormesio qui per illud tempus Bulgariae dominus habebatur, quae terminos habebant Ameleonis Thracensis uestimenta quoque seu coccineas pelles usque ad pretium quinquaginta librarum auri et super haec profugos utriusque partis ad alterutrum reddi, si

6 heremitã *D* exacionite *D* 11 monaſteria *D'* 12 libitũ *D* 14 at hinganoſ *D* 20 aron *D* 23 affricã *D* phaleſtinã *D* 25 crũnuſ uulgarũ *D* 27 fędera *D* adramitino *D* 29 uulgarie *D* 30 thracenſib; *D*

contigisset eos insidiari praelatis, negotiantes uero in utraque regione per praecepta et signacula commendari si, qui uero sine signaculo inuenti fuissent, diriperetur quod haberent et inferretur publicis rationibus.

XXXVII Scripsit etiam et damnationes ad imperatorem 'nisi acceleraueris' inquiens 'ad pacem iudicio tuo proeliabor contra Mesembriam.' his receptis imperator nequam consiliariorum admonitionibus pacem minus admisit. sub obtentu enim falsae pietatis immo indisciplinationis et circa rem publicam perditionis nequam consiliatores asserebant non oportere fugitiuos reddere perhibentes in testimonium illud euangelicum domini eloquium perhibentis 'eum qui uenit ad me non eiciam foras.' mediante uero mense Octobris aciem dirigit Crunnus contra Mesembriam in machinamentis et manganis et arietibus quae Nicephori occasione destructoris Christianorum didicerat. Arabs enim quidam ad baptismum accesserat satis expers mechanicae artis, quem cum castra metatus esset in Hadrianopolim constituit, cui nullum secundum meritum auxilium uel beneficium conferens, quin potius et rogam eius abbreuians murmurantem nimis cecidit, qui super hoc tristatus fugit ad Bulgares et docuit eos omnem manganicam artem.

XXXVIII In his insistens nemine ob multam stultitiam resistente per totum mensem cepit eam. kalendis autem Nouembribus aduocato imperator cum angustaretur patriarcha de pace consilium sumpsit. aderant autem et metropolitani, Nicaenus uidelicet et Cyzicenus episcopi praesentibus quoque prauis consiliariis cum Theodoro Egumeno Studii. et patriarcha quidem ac metropolitani antistites cum imperatore pacem amplectebantur, mali uero consiliarii cum Theodoro Egumeno Studii hanc

---

3 quo *D* 4 inferrentur *D* 5 dāpnationeſ *D* 7 ammonitionib; *D* 8 ammiſit ſubtentu *D* 13 cruñ' *D* 14 magganiſ *D* 16 expers] *cf. p.* 594, 24 17 adrianopolī *D* 18 ſecū meritū *D* 20 uulgareſ *D* 21 magganicā *D* 22 aſſiſtenſ *D* 25 conſupſit *D*' 26 kiziceñuſ *D* 27 eugumeno *D* 28 *in* amplectebantur *desinit fol.* 177 *uers., fol.* 178 *r. incipit* ſubſedenſ pōpe (*p.* 611, 21) *in D*

subuertebant fatentes 'in subuersione diuini mandati nemo pacem amplectitur. eum quippe qui uenit ad me' ait dominus 'non eiciam foras' nescientes neque quae dicerent neque de quibus affirmarent. primo quidem quo modo nemine ad nos ex eis confugiente, nos eos qui intra cortes erant prodidimus, ualentes hos cum pace saluare? secundo uero quia etsi fugerunt raro quidem ad nos, pro acquirenda tamen pluribus et contribulibus salute oportebat potius decertare, quam super incertis et inuisibilibus locupletari. gratius enim est deo plures potius quam pauciores saluare. porro damnum in pluribus pati propter modicum lucrum primae dementiae est. haec kalendis facta sunt Nouembribus.

Porro pridie nonas Nouembris apparuit cometes in figura duarum lunarum fulgentium adunantium se atque separantium in diuersa schemata ita ut in acephali uiri fictionem formarentur. et in crastinum de excidio Mesembriae uenit miserum nuntium deterrens omnes ob maiorum malorum expectationem. inuenientes enim eam inimici plenam omnibus rebus, quae ad habitationem hominum adesse debent, hanc tenuerunt una cum Debelto, in quibus et siphones aeneos inuenerunt triginta et sex et ignis humidi, qui per eos emittebatur argentique ac auri haud modicam copiam. XXXVIIII

Eodemque anno multi Christianorum monachi scilicet ac laici ex Palaestina ac Syria in Cyprum uenere fugientes immensam Arabum afflictionem. cum enim sine generali principatu Syria esset et Aegyptus et Africa et omnis principatus qui sub ipsis est homicidia rapinae adulteria luxuriaeque ac omnes deo odibiles actiones in ciuitatibus ac uillis a diuinitus peritura gente perpetrabantur inque alma dei nostri ciuitate, colenda loca sanctae uidelicet resurrectionis ac caluariae, ceu reliqua profanata sunt. similiter autem et laurae eremi opinatissimae sancti scilicet Charitonis et sancti Sabae et reliqua monasteria et ecclesiae desertae factae sunt. alii namque percepto martyrio interempti sunt, alii uero Cyprum et ex hac Byzantium properarunt, quos Michael pius imperator et Nicephorus sanctissimus patriarcha benigna munificentia receperunt. nam his qui uenerunt ad urbem monasterium insigne XXXX

donauit, his uero qui in Cypro remanserant monachis et laicis talentum auri transmisit et hos diuersis consolatus est modis. erat quippe Michael circa omnes suauis quidem et clemens, circa negotiorum uero dispositionem iners, seruitute subactus Theoctisto magistro et ceteris principibus.

XXXXI Praeterea mense Februario duo Christiani ex Bulgaria fugientes nuntiauerunt imperatori Crunnum praedaturum eos qui essent in Thrace repente festinare. quinto decimo kalendas Martias exiuit imperator ab urbe et dei prouidentia inefficax rediit Crunnus non paucis amissis. ast imperator Hadrianopolim ueniens ordinatis apte quae circa eam erant, cum gaudio rediit et adscendens monasterium Tarasii sancti patriarchae, celebratis eius memoriis una cum Procopia Augusta argenteo petalo librarum nonaginta quinque sacrum eius sepulcrum uestiuit. post captam uero Mesembriam imperator Crunno pace negata ex omnibus thematibus electam militiam ante uernale tempus in Thracem transire praecepit ita ut omnes moleste ferrent, maxime Cappadoces et Armeniaci. imperatore autem exeunte cum ordinibus mense Maio exiuit cum eo pariter iterum Procopia Augusta usque aquae ductum iuxta Heracleam. at uero multitudines super hoc duriter ferentes in derogationem ac maledictionem conuersae sunt contra Michaelem.

XXXXII Porro tertio nonas Maias eclipsis facta est circa duodecimam partem Tauri iuxta horologium oriente sole et multus timor cecidit super turbas.

Ast imperator circuibat Thracem cum praetoribus ac militiis neque contra Mesembriam pergens neque aliud quid eorum quae agi debent ad destructionem hostium patrans sed tantum suasus sermonibus uanis consiliariorum suorum bellorum experientiam non habentium ac per hoc adseuerantium non audere inimicum aduersum illum uenire in propria regione sedentem. et erat barbarico impetu grauior conciuium coetus deficientium circa necessarias utilitates et rapinis ac inuasionibus exterminantium compatriotas.

XXXXIII Circa initia uero Iunii mensis exiit Crunnus Bulgarum dux cum exercitibus suis ueritus quod multa milia essent

Christianorum, cumque mouisset exercitum in Versiciniam quasi triginta signis ab imperialibus castris Leo patricius et praetor orientalium, Iohannes quoque patricius et Macedoniae praetor cognomento Aplaces, multum prompti ad hos debellandos prohibiti sunt ab imperatore per malos consiliarios. cum autem urbs litanias celebrasset cum summo sacerdote in templo sanctorum apostolorum quidam impiorum obscaenae deo perosi Constantini haereseos obserata porta imperialium sepulcrorum nemine attendente propter turbae frequentiam quo subito cum quodam sonitu aperiretur egerunt, quasi ex quadam operatione diuinitus facti prodigii et intro insilientes procidebant seductoris monumento hunc inuocantes et non deum, 'surge' dicentes 'et auxiliare perditae rei publicae' diffamaueruntque quia surrexit super equum sedens et uadit Bulgares debellaturus, qui e contra Tartarum habitat cum daemonibus.

Qui ab urbis praefecto comprehensi primo quidem men- XXXXIIII tiebantur diuinitus ultro fuisse apertas sepulcrorum portas, praesentati uero tribunali praefecto et circa testimonium claudicantes obserationis fraudem ante omnem poenam confessi sunt, quos merito uectibus subdens pompae publicae submisit uociferantes causam poenae. sic enim nequitiae inuentor diabolus milites erudiuit, ut non peccata sua accusent sed orthodoxam ac patribus traditam fidem sacrumque habitum monachorum qui diuinae est philosophiae gymnasium. multi autem eorum qui in his blasphemabant habitu tantum erant Christiani, ueritate uero Pauliciani, qui non ualentes detestabilia dogmata sua manifestare huiusce modi occasione indoctos adulterabant, Constantinum qui Iudaici erat sensus, beatum dicentes ut prophetam et uictorem haeresimque ipsius in subuersionem incarnatae dispensationis domini nostri Iesu Christi amplectentes.

Porro decimo kalendas Iulii proelium ineuntibus haud XXXXV procul ab Hadrianopoli delinquunt quidem Christiani ualde dire

---

21 ſumiſit *D* 22 pene *D* 30 hereſe · quę *D* 31 diſpoſitioniſ *D* ihu *D* 33 adrianopoli *D*

circa bellum, optinent autem inimici pugnam adeo ut plures Christianorum nec primam congressionem intuentes summa fuga uterentur ita ut Crunnus consternatus aestimaret insidiarum quarumque argumentum esse quod factum est et modicum retineret suos ab insecutione, quia uero uidit eos sine ulla retentione fugere, persecutus occidit multitudines copiosas, ueniens nihilo minus ad sarcinas et has cum exuuiis auferens. ast imperator fugiens repedabat in urbem multitudinibus harumque principibus sumptis insuper et imperii pollicebatur depositionem deiurans inter quos et Leonem patricium et praetorem orientalium tamquam pium et fortissimum et per omnia strenuum in tenendo imperio asciscere socium uoluit, qui nullatenus adquiescens dimisit eum thematibus praeesse ipseque ad regiam peruenit urbem octauo kalendas Iulii uolens deponere imperium et alium promouere qui tamen ab uxore et filiis et ab his qui nequiter praeualuerant non est permissus. uerum in hoc Nicephorus sanctissimus patriarcha consentiebat 'et ipse' inquiens 'et filii eius saluandi erunt si taliter quis promoueatur.'

XXXXVI At uero praetores discentes eum multitudinibus imperatorem in urbem fugisse desperati ab eo quod de cetero imperandi forent. et consiliati apud semet ipsos implorabant Leonem patricium et praetorem orientalium, quo auxiliaretur communi rei publicae et Christianorum religioni opitularetur. at ille aliquamdiu quidem uehementer differebat temporis considerans difficultatem et barbarorum incursionem intolerabilem et semet ipsum erga imperatores conseruans rectum et absque insidiis. quia uero ad urbem properare inimicum uidit scribit Nicephoro patriarchae de recta fide sua affirmans petens etiam ut cum oratione et nutu eius imperium sumeret. et ueniens ad tribunalium ante urbem positum uua cum praetoribus et exercitibus ualde legitimus Romanorum imperator ostenditur et die media Constantinopolim per Carisii portam ingreditur

3 crúnuſ *D* 10 prętoré et patriciú *D* 15 et filiis *om.* *D* 20 deſcendenteſ *D* 23 praetorem] leoné *D* 25 aliquandiu *D* tèpuſ *D* 26 incurſione *D* 28 Qua *D* 33 chariſu *D*

et ad regalia peruenit. porro Michael audita huius acclamatione in oratorium Phari accurrens una cum Procopia natisque suis detonsis capillis monastica induit uestimenta quinto idus Iulii sextae indictionis feria secunda.

Postera uero die Leo coronatus a Nicephoro patriarcha XXXXVII in ambone maioris ecclesiae urbis praecepit custodiri uiriliter muros die ac nocte ipse per se circumiens et excitans cunctos ac bonam spei fiduciam habere commonens eo quod deus celeriter foret inopinate facturus per intercessiones intemeratae dei genetricis et omnium sanctorum nec omnino confundi nos esset passurus ob multitudinem culparum nostrarum. interea nouus Sennacherib Crunnus uidelicet derelicto proprio fratre cum uirtute sua ad impugnandam Hadrianopolim post sex dies imperii Leonis superueniens in uiribus et equis regiam urbem gyrabat iuxta muros a Blachernis usque ad auream portam ostendens uirtutem suam et celebrato polluto et daemonico sacrificio in prato penes mare sito postulauit ab imperatore ut figeret lanceam suam in eandem portam auream, quo id fieri non permittente reuersus est ad tabernaculum suum.

Cum autem admiratus fuisset muros urbis et bene or- XXXXVIII dinatam imperatoris aciem et super obsidione quam sperabat desperatus effectus esset, ad conuentiones conuertitur et ante pacem temptatoria uerba faciebat. at imperator accepta occasione conatus est hunc insidiari sed a multitudine peccatorum nostrorum hoc in finem perducere prohibitus est administrantium huiusce modi rei rusticitate, uulnerantium quidem hunc, mortalem tamen non inferentium plagam. super hoc ergo insaniens nequissimus misso cursu ad sanctum Mamam palatium illic habitum incendit et aereo Leone hippodromii una cum urso et dracunculo lacus ac marmoribus electis in plaustra impositis reuersus est et obsessam Hadrianopolim cepit.

---

2 farı *D* 6 urbeſ *D* 12 crúnuſ *D* 13 adrıanopolí *D* 18 ut fıgeret lanceam ſuam *P ante rasuram, et Anastasius:* ut fugeret ad contù ſuú *D*, ut fıgeret contum ſuum *p* eadē *D* quo] qđ *D* 20 ammıratuſ *D* 25 ámınıſtrantiù *D* 29 hyppodromıı *D* 31 ımpoſıto *D* adrıanopolí *D* *subscriptum* ЄXPLICIT | LIƀ; XXVI · hıſtorıę romanę felıcıter; *in D, secuntur haece* Prımuſ romanorú prıncıpatú · | ſıngularıter obtınuıt · gaıuſ

iuliuſ cęſar· a quo ceſareſ ceteri impreſ appel|lati ſunt ·quiq ·regnauit annoſ quattuor · menſib; ſepte; Poſt iuliu·roma|niſ imperauit · ceſar octauianuſ auguſtuſ · anniſ quinquaginta ſex· menſib; | ſex; Ab iſto omſ imprſ romanoru· auguſti uocati ſunt; Tiberiuſ·imperauit | annoſ·xx·IIII·Gaiuſ·anniſ quattuor; et dieſ ſepte; Otho·menſeſ treſ; Vitelliuſ· mſeſ octo; Veſpaſianuſ· annoſ dece; Tituſ·annoſ duoſ·et men · II ·dieſq·xx; | domitianuſ· annoſ quindeci; Nerua ·menſeſ ſedeci · dieſ dece; Traianuſ; | annoſ uiginti; Adrianuſ · annoſ uiginti duo; Antoniuſ · xx treſ; *(nihil in lac. periit)* unu; | Marcuſ·annoſ dece & octo; Aureliuſ · annoſ tredeci; heliuſ · dieſ octoginta & | Iulianuſ · mſib · ſepte; Seueruſ· annoſ dece & octo; Antoninuſ · annoſ ſex · | Macrinuſ·mſeſ quattuordeci; Antoninuſ · annoſ duoſ & menſeſ octo; | Alexander·annoſ tredeci; maximinuſ·annoſ treſ · Gordianuſ annoſ ſex; | Philippuſ· annoſ quinq; Iſte primuſ omnium imperatorum xpianuſ factuſ eſt; | una cu philippo filio; deciuſ· menſeſ triginta; Galluſ· annoſ duoſ; | Valerianuſ · annoſ quindeci; Claudiuſ· annoſ duoſ; Aurelianuſ· an|noſ· quinq ·menſeſ ſex; Tacituſ·dieſ ducenti; Florianuſ·dieſ ſexaginta; | Probuſ·annoſ ſex; Caruſ· annoſ duoſ; Diocletianuſ·annoſ uiginti quattuor | *(sed* quattuor *incertum est) in extremo folio uerso codicis D*

INDEX CAPITVLORVM

iuratio insolentia tyrannis. Appius Claudius decemuir uirginem Virginiam stuprat. decem uirorum potestas sublata.

22 terrae motus in Italia grauissimi: inde siccitas uehemens secuta. Fidenatium rebellio quibus plures nationes iuere suppetiatum. Aemilii Mamerci de eis uictoria. Fidenarum excidium.

23 uariae terrarum clades. Veientium rebellio. Furii Camilli uictoria. Iuno Moneta. capti Falisci.

24 Gallorum irruptio. Romanorum clades ad Alliam. urbs a Gallis capta et incensa, Capitolium obsessum. Galli a Camillo uicti. Plato claret.

II

1 Terrae motus per Achaiam ingens, quo absorptae Bura et Helice. Romae tribuni militares pro consulibus creati. Camilli terni triumphi simul acti. Romanae rei incrementum. triumphus Cincinnati de Praenestinis. rursus tandem consules creati.

2 ingens Romae pestis et diuturna barathro etiam amplo dehiscente in medio foro. M. Curtius se pro patria in barathrum praecipitat.

3 Gallorum inundatio ad Anienem non procul ab urbe considentium. L. Manlii cum Gallo quodam singulare certamen: unde Torquati nomen reportauit. C. Quintii dictatoris de Gallis uictoria iterumque de reliquiis C. Sulpicii. proelium cum Tuscis sub C. Marcio.

4 Galli per maritima loca se diffundunt praedantes. contra eos Latinis milites praestare nolentibus Romani delectu tironum habito egrediuntur. M. Valerii cum Gallo prouocante singularis pugna, unde Coruini nomen consecutus. Gallorum fuga et clades. Alexandri Magni natiuitas.

5 Latini ad consulatum admitti poscunt. Romanorum cum eis bellum, in quo unus consulum Manlius Torquatus filium suum morte afficit: alter Decius Mus occumbit. Alexandria condita. Minucia Vestalis uiua defossa. campus sceleratus.

6 pestilentia a matronis inuecta nefario scelere uenena coquentibus. Alexander Epirota bellum aduersus Romanos parans in Lucania a Samnitibus uictus et occisus.

7 Samnitum opulentia et perfidia. aduersus eos bellum sumptum pro Campanis et Sidicinis. Campaniae amoenitas et praeclarae dotes.

8 bellum cum Samnitibus dictatore L. Papirio Cursore in cuius absentia illi grauiter caesi a Q. Fabio magistro equitum. post haec Romani a Samnitibus ad Furculas Caudinas circumuenti foedeque sub iugum missi.

9 Samnites post magnas strages utriusque populi a Romanis sub iugum missi duce Papirio Cursore. Papirii uirtus. uia Appia strata.

10 Etruscorum Samnitum Vmbrorum Gallorum coniuratio Romanorumque de omnibus uictoria pestilentia post haec iterum grauis.

11 denuo cum Samnitibus bella, qui a Papirio consule grauiter caesi. pestilentia triennalis Romae quae tandem sedata Aesculapio apportato e Graecia.

bellum transferunt Carthaginiensesque ingenti proelio mari uincunt Clypea urbe capta infestisque signis Carthagini circumlatis.

28 alter consulum cum uictrice classe Romam redit, alter Atilius Regulus in Africa remanet bellum persequens. ingens eius uictoria de tribus Carthaginiensium ducibus. serpens mirae magnitudinis ad Bagradam a Regulo oppressus.

29 Xanthippus Lacedaemoniorum rex a Carthaginiensibus accitus. Romanorum ingens clades et Reguli captiuitas. septuaginta interpretes scripturae sacrae.

30 Romani binis proeliis mari Carthaginienses uincunt classisque uictricis remeantis triste naufragium. nummus argenteus primum Romae signatus. Hamilcaris Poeni seueritas in Numidas et Mauritanos, quod libenter Regulum suscepisse dicerentur.

31 classis Romanae in Africam transuectae et cum ingenti praeda redeuntis infelix iterum naufragium. Cottae consulis in Sicilia de Siculis et Poenis uictoriae. Metelli consulis praeclara uictoria de Carthaginiensibus apud Panormum.

32 Atilius Regulus ante quinquennium captus Romam missus a Carthaginiensibus ad petendam pacem et captiuorum permutationem. is cum Romam ucuisset, dissuadet pacem iuxtaque fidem datam Carthaginem rediit, ubi crudelissimo supplicio affectus periit.

33 Romanae classis aliquot clades, a Poenis ad Lilybaeum et iterum ad Drepanum superatae, mox et naufragio deletae quamuis militibus saluis. Punica classis Italiam inuadit.

34 ingens Romanorum uictoria de Punica classe apud Aegates. pax tandem inter Carthaginienses et Romanos inita.

35 urbs Roma Tiberis inundatione moxque insecuto incendio tantum non absumpta. bellum Faliscis illatum. bellatum et uaria sorte cum Gallis Alpinis

III

1 Romani per legatos Ptolomaeo regi Aegypti auxilium offerunt aduersus Antiochum Syriae regem. Hieronis aduentus Romam ad ludos. Sardiniae auctoribus Poenis rebellio Sardique subacti et oppressi. Carthaginiensibus aegre uenia data. Ianus clausus. Hamilcaris Poeni interitus. bellum Illyricum.

2 urbs sacrilegis sacrificiis per pontifices funestata. Cisalpinae Galliae defectio et Gallorum etiam ex ulteriori exercitu ingenti aduentus. Gaesati. Romanorum apud Arretium foeda fuga, quamuis immensis copiis contra exiissent.

3 secundum cum Gallis proelium Romanorumque uictoriae et Aemilii consulis triumphus. Gallorum corpora et animi. bellum cum Liguribus Insubriumque Gallorum clades. prodigia per Italiam. terrae motu grauiter concussa Caria et Rhodus. colossi ruina.

4 Galli a Flaminio consule uicti. Marcelli consulis praeclara uictoria de Gallis opimaque spolia relata rege ipsorum Virdomaro interfecto. Mediolanum expugnatum. bellum Histricum. Fabius censorius filium suum furti insimulatum occidit.

V

VI

caesi in acie: Sextus Pompeius aufugit. Cn. Pompeii denuo congredientis caedes. Munda capta.

41 Caesaris post bella ciuilia toto orbe composita Romam reditus et insolentia. coniuratio contra eum senatorum et equitum complurium eiusque in curia caedes. populi Romani ob eum interfectum dolor. prodigia quae Caesari iuteritum praenuntiarunt, quamuis uniuersa ab eo contempta. Caesaris elogium.

VII

1 bella ciuilia post Caesaris mortem recrudescunt. Antonius remp. turbat hostisque a senatu iudicatur. Decimum Brutum Mutinae obsidet. missi itaqne aduersus Antonium Hirtius et Pansa coss. et Octauianus Augustus, Iulii Caesaris nepos et heres. Pansae interitus iu proelio uulnerati.

2 secunda aduersus Antonium pugna, qua Hirtius occisus, Caesar Octauianus uictoriam obtinet. Antonius confugit ad Lepidum. Trebonii, Dec. Bruti, Caesaris interfectorum diuersa caedes. Caesaris Octauiani cum Antonio reconciliatio, Lepidi opera. triumuiratus illorum et proscriptiones ciuium multaeque et uariae caedes. Dolabellae in Syria cum Cassio bella gerentis interitus.

3 bellum Antonii et Augusti cum Bruto et Cassio, interfectoribus Caesaris, qui ambo ad Philippos pugna habita sua manu cadunt.

4 diuisio rei publicae inter Antonium et Augustum. L. Autonius bellum ciuile commouet eiusque caedes. Fuluiae uxoris Antonii intoleranda insolentia. bellum cum Sex. Pompeio. cum eo mox inita pax: sed statim denuo hostis habitus. Menae eius classis praefecti defectio ad Caesarem. Caesar Augustus adnersus Pompeium uictoriam obtinet et uictricis classis mox naufragium graue.

5 M. Agrippa rem prospere in Aquitania gerit. bellum cum Parthis, qnos ter grauiter fundit rege ipsorum occiso. Ventidius Bassus. idem Syriae praeficitur ab Antonio bellumque cum Antigono Iudaeorum rege ei mandatur. Mena ad Pompeium redit, Augusti classe incensa: idem tertio ad Augustum transit. sed non aestimatus ut ante. Agrippae uictoria naualis Pompeiique fuga.

6 Augusti infelix proelium nanale fugaque in Italiam. sed mox Agrippa atrocissimo proelio cum Pompeio confligit, atque uincit. Lepidi insolentia et uanitas. eius legiones plurimae transire ad Augustum compulsae cui ipse fit snpplex. Sicilia fere tota a Statilio Tauro recepta. Caes. Augusti potentia et militum tumultus pro accipiendis agris. quibus ingenti animo Augustus cum seueritate obsistit. urbem ingreditur ouans. fontis miraculum oleo manautis.

7 Antonii expeditio in Parthos sed uana et infelix. Sex. Pompeii caedes. Illyricum Pannonia pars Italiae ab Augusto subacta. Artabanes Armeniae rex dolo captus ab Antonio thesauriqne eius ingentes ablati. inde elatus Antonius Augusto bellum indicit Octauia uxore, sorore

22 Tiberius secundus imperator. eius uinolentia et inde ioculare nomen. Tiberii ingenium pessimum, plenum simulationis et insidiarum. quae res pluribus ignaris exitio fuit. Germanici triumphus de Germanis. Tiberii perfidia in reges quosdam, in his aduersus Archelaum Cappadocem, cuius regnum in prouinciae formam redactum. Getuli repressi. Maroboduus Suenorum rex callide circumuentus.

23 modestia qua plurima sui imperii parte reip. praefuit. Pilati relatio ad senatum et Tiberium de passione et resurrectione Christi, eiusque uirtutibus. Tiberius refert ad senatum ut Christus deus haberetur. senatus recusatio, edictumque de Christianis urbe exterminandis. Tiberius accusatoribus Christianorum mortem minatur. senatores plures proscripti et ad mortem adacti. Seiani praefecti ipsius interitus Tiberiique parricidia.

24 Tiberii saeuitia promiscue furens. quaedam prouinciae a finitimis gentibus direptae. Tiberii mors. clades incredibilis sub eo apud Fidenates ex ruina amphitheatri. Iesu Christi passio. terrae motus tunc per orbem factus ingens et sol in uniuersum obscuratus. Phlegontis Tralliani de his scripta inserta.

25 C. Caligula tertius ab Augusto imperator. unde Caligula nomen accepit. eius scelera exsecrandaeque libidines factaque propudiosa plura.

26 Philo Iudaeus ad Caligulam legatus. Caligulae in Iudaeos odium. Pilati praesidis interitus. Caligulae caedes. libelli inter eius secreta reperti, alter Pugio, Gladius inscriptus alter. inuenta arca plena uenenorum.

VIII

1 Claudius quartus imperator ab Augusto. Scriboniani Camilli ad imperium adspirantis interitus. Mauri subacti. Aqua Claudia in urbem introducta. Petri apostoli Romam aduentus.

2 Claudium medie se in imperio gessisse partim mitem partim crudelem. Britanni deuicti. additae imperio Orcades. Britannici nomen filio suo Claudius imponit. Claudii ciuilitas erga quosdam amicos. Messalinae, uxoris ipsius, adulteria et foedae libidines. libertorum Claudianorum potentia et insolentia: in eis in primis Narcissi.

3 nouae insulae emersio. seditio Iudaeorum in diebus azymorum. fames Romae magna. Phoenix in Aegypto apparuit. Apollonius Tyaneus. Agrippina uxor ducta a Claudio. Claudii mors.

4 Nero, quintus imperator. primo quinquennio tolerabilis: postea in omnibus Caligulae simillimus. Neronis luxuria, crudelitas, libidines detestandae, parricidia.

5 urbis Romae incendium a Nerone factum. Neronis auaritia. eius uxores Octauia et Sabina. Britannia sub eo paene amissa, erepta Armenia. duae sub eo prouinciae factae Pontus Polemoniacus et Alpes Cottiae. Galba et C. Iulius imperium inuadunt.

6 Neronis interitus miserabilis. thermae Neronianae. uiri docti tum

VIIII

34 Claudius imperator XXXI. Gothi ab eo incredibili strage deleti Alemannorumque ingens multitudo caesa. Claudii mors insignesque post mortem honores. Quintilius eius frater uir laudatus imperator electus sed mox occisus.

35 Aurelianus imperator XXXII. eius strenuitas. Gothi ab eo uicti Romanumque imperium antiquis terminis statutum. Septimius imperium apud Dalmatas arripiens, mox obtruncatus. Aurelianus primum diademate usus.

36 urbs muris ualidioribus et latioribus septa Solisque templum ab eo aedificatum porcinae carnis usus populo institutus. uictoria de Tetrico et alia de Zenobia insignisque de utrisque triumphus.

37 Monetariorum rebellio, grauiter ab Aureliano uindicata. eius crudelitas et saeuitia. Dacia prouincia mutata. nona persecutio Christianorum ab eo decreta. Aureliani interitus.

38 Tacitus XXXIII imperator. breue eius imperium mox defuncti. eius successor Florianus frater imperator XXXIIII qui tamen et ipse mox periit. Probus imperator XXXV. eius in bellis gerendis felicitas. Saturninus in oriente imperator creatus et alibi Proculus et Bonosus sed ei a Probo magnis certaminibus oppressi. uineae Gallis et Pannoniis permissae. Probi caedes.

39 Carus imperator XXXVI cum Numeriano et Carino filiis suis. Babylae martyrium. Carini praeclarae gestae aduersus Persas inque eo bello interitus. Numerianus a socero Apro per insidias interfectus. Sabinus Iulianus imperium inuadens a Carino occiditur. Carini scelera et interitus.

40 Diocletianus imperator XXXVII. Aprum Numeriani interfectorem sua manu interimit. uictoria eius de Carino. Bagaudarum tumultus in Gallia, qui a Maximiano Caesare compressi, quem ideo Diocletianus miserat.

41 Carausius Achilleus Iulianus diuersis in locis imperium arripiunt diuersoque exitu periere. uariae undique turbae. Diocletianus itaque Maximianum Augustum creat: Constantium uero et Galerium Caesares.

42 a Constantio res bene gestae contra Alemannos et in Africa a Maximiano contra Quinquegentianos. Achillaus in Aegypto a Diocletiano superatus et occisus: qua uictoria acerbe usus Diocletianus. Constantini adhuc ualde iuuenis in eo bello strenuitas, cuius uitae frustra insidiatus Diocletianus.

43 decima Christianorum persecutio, immanior prioribus. terrae motus in Syria. Galerius contra Narseum Persarum regem inconsulte pugnat: magnaque insolentia a Diocletiano ideo exceptus. mox successu ingenti res gerit, rege Persarum in ultimas solitudines acto: ideoque ingenti honore a Diocletiano susceptus.

44 uaria dein et simul et a singulis bella gesta. mores et ingenium Diocletiani et Maximiani. qui ambo imperio relicto ad priuatam uitam concedunt.

45 Diocletiani cum ad imperium recipiendum rogaretur responsum. eius mors.

XI

Constantinopolim aduentus. calliditas ut se apud utrosque tam paganos quam Christianos commendaret. Eusebius episcopus morte damnatus ob maleficia.

32 eunuchi tonsores coqui palatio a Iuliano eiecti: et alia quaedam ab eo mutata. Iuliani etiam nocturnae uigiliae litteratae. recitationes in senatu. uanae gloriae uitio enm plurimnm laborasse. libros contra Christianos scribit.

33 paganitati ubique dilatandae et Christianitatis exterminandae in Iuliano studinm. Christianis interdictum poetarum uel philosophorum lectione. paganicam religionem ad Christianorum mores et uitam reformare conatur.

34 35 eins iu eam rem epistula ad Arsabum pontificem Galatiae.

36 Iuliani callidum consilium ut milites ad paganitatem insuescerent reformato labaro et depictis imaginibus deorum in uexillis.

37 38 alius Iuliani astus ut milites Christianos induceret contaminare se abominatione gentili nel ignorantes. militumque re cognita, quidque fecissent, paenitentia, et animosa contestatio adnersus imperatorem. cuius iussu ad supplicium ducti, statim tamen uita donata acti in exilium ad ultima Romanorum loca.

39 Mares episcopus pnblice Iuliano ἀποστασίαν exprobrat.

40 Persae bellnm Romauis denuntiant. Iuliani ad id bellnm sibi exitiale futurum apparatus. oracula ubique ab eo consulta, quae fallaciter ei uictoriam praenuntiarunt: unumque responsum exempli causa insertum.

41 Iulianus rebus ex animi sententia gestis usque ad Ctesiphontem peruenit. Persarum regis trepidatio ita ut partem regni Iuliano offerret si discederet. uerum a Iuliano inflato eius preces contemptae.

42 Iulianus in insidias tandem praecipitat et pugnans interficitur, incertum a quo, homo is fuit an angelus seu daemon.

43 magiae exercitium a Iuliano Carris susceptum de uictoria futura consulente postque eius mortem compertum. Christianorum exsultatio super Iuliani interitus.

44 Iuliani elogium.

45 Iouianns imperator XXXXI. pax ignominiosa ab eo cum Persis facta Romani imperii parte deminuta. Iuliani sepultura.

46 Iouiani Constantinopolim festinantis in itinere obitus. de cuius causis diuersae opiniones relatae. Iouiaui elogium.

XII

1 Valentinianus imperator XXXXII. eius nirtutes. Valentem fratrem imperii adsumit socium.

2 Valentiniani pater Gratianus mediocri stirpe ortns. Valentinianus sub Iuliano tribnnatum amittit propter Christianam religionem. Gratianum filium nec dum puberem Augustnm creat.

3 Valentinianus episcoporum contentionibus de religione se immiscere non nnlt sed ipsis constituendi permittit arbitrium. qui itaque de fide Lampsaci conuenientes decerunnt. ea facit irrita Valens episcoposque exilio multat. Valentis impietas genti-

XIII

XIIII

XV

XVI

XVII

tolerare. Symmachus patricius Boetius catholici uiri a Theoderico trucidati.

20 Alaricus Visigothorum rex a Francis exstinctus, quos graui clade uicissim caedit per comitem suum Theodericus. Theoderici saeuitia aduersus orthodoxos et interitus. post eius mortem Athalaricus cum Amalasuintha matre a Gothis regno praefecti.

21 Manichaeorum molitiones in Persia, qui omnes cum antistite suo a rege Cabade trucidati

22 Antiochiae terrae motus horribilis. Iustinus prius filio suo Iustiniano imperatore facto obit.

XVIII

1 Iustinianus imperator LIII. is per Bilisarium Persas bello uincit Belisariique de iis triumphus. Graetis Herulorum regis baptismus. conuersio et Gordae regis Hunnorum, qui sunt iuxta Bosphorum, ad fidem Christianam. Bosphorus ciuitas.

2 uariae leges et constitutiones Iustiniani. codex. nouellae. Antiochiae terrae motus ingens. afflicti pecunia iuuati ab imperatore et Augusta, Antiochiaque cognominata Theopolis.

3 Alamundari Saraceni irruptio. Iulianus in Palaestina imperator creatus, eiusque interitus. Iustiniani lex, ne pagani uel haeretici ad militiam permitterentur. Athalarici regis Gothorum mors. Amalsuinta adsciscit in regnum sibi Theodatum, a quo interficitur. Iustiniani ira aduersus ingratum Theodatum.

4 Theodatus Agapitum papam mittit ad Iustinianum placandum. Iustinianus ab Eutychianismo per Agapitum conuersus. Anthimus episcopus Constantinopolitanus ob eandem haeresim relegatus. Agapiti obitus.

5 bella Vandalica. Iustinianus ad Afros a Vandalorum tyrannide liberandos in Libyam, Bilisario exercitui praefecto, expeditionem decernit. Procopius historicus in Sicilia hostium statum inopinato per quendam notum sibi oblatum explorat, adque Bilisarium refert.

6 Bilisarius in Africam traiicit. eius ad milites, sobrii et continentes essent, adhortatio. Carthago urbs ab eo capta.

7 Calonymi cuiusdam, a Bilisario constituti, ut rapta dominis curaret reddi, fraudulentia et miser interitus. uetus uerbum Carthagine dictum explicatur.

8 ingentes opes a Romanis ex Africa reportatae. ea tribus mensibus subacta a Bilisario. Iohannes Armenius ad persequendum Gelimerem regem missus infelici casu perit.

9 Gelimeris fuga. is obsessus in monte quodam tandem se Bilisario dedit, qui eum clementer accipit.

10 Gelimeris ad Bilisarium introeuntis risus. Sardus insula a Romanis subacta. diuersi praefecti contra Vandalos in loca diuersa missi a Bilisario.

11 Bilisarius a calumniatoribus apud imperatorem insimulatus, quasi tyrannidem meditaretur. Salomon praetor in Asiam missus. Bilisarii reditus et magnificus de Vandalis triumphus. Gelimeris in triumpho ducti exclamatio. ei in Galatia cum suis habitatio amoena ab imperatore data.

XVIIII

Venetorum clamor aduersus Phocam. Mauricii caedes, prius filiis ipsius coram ipso trucidatis: eiusque patientia. Aerumnae tum imperii ingentes, et status turbulentus.

53 Phocas imperator LVII. ab eo interfecti quoque Petrus frater Mauricii et proceres multi. rumorem de Theodosio elapso Chosroes confirmare studet. Calligrapho cuidam nex Mauricii miraculo nuntiata. Narses praetor contra Phocam rebellat Edessamque obtinet et a Chosroe auxilium petit.

54 Chosroes Romanos uincit Germano eorum duce post ex uulnere accepto obeunte. Phocas cum Chaiano paciscitur: inde copias suas partim contra Narsem partim contra Persas dirigit. Narsetis fuga. Chosroes ingenti uictoria de Romanis potitur. Leontio ignominiose habito praetorem Domentiolum nepotem suum creat Phocas.

55 Narses ad Phocam accedens, ab eo perfide crematur. Persarum gaudium ob Narsetis mortem. seditio Constantinopoli: Germanus patricius desiderans imperium frustra iterum Prasinos ad suas partes perducere conatur. Constantina cum tribus filiabus in monasterium trusa. Mesopotamia et Syria a Persis capta.

56 Phocas Domnentiam filiam Prisco patricio iungit. circenses celebrati et signa Prisci ac Domnentiae tamquam imperatorum a demarchis erecta. Phocae ob id ira.

57 Constantina, Germanus et alii e praecipuis complures a Phoca occisi. Persarum contra Romanos progressus.

58 Priscus Heraclium praetorem Africae per litteras contra Phocam incitat. Phocas omnes cognatos Mauricii, Commentiolum aliosque multos occidit. Persae interim plures regiones Romanis eripiunt.

59 Iudaeorum Antiochenorum seditio. aduersus eos a Phoca missi Bonosus et Cotis. Prasinorum seditio Constantinopoli.

60 Heraclius praetor Africae et eius subpraetor Gregoras uterque suum filium aduersus Phocam mittunt. coniuratio contra Phocam Constantinopoli, quae patefacta eiusque auctores et conscii decollati.

XX

1 Heraclius in Africa imperator appellatus, eiusque et Georgii et Nicetae cum magnis copiis contra Phocam profectio. Phocae fuga.

2 bellum Heraclii Constantinopolim peruenientis cum Phoca Phocaeque interitus. Heraclius et ipsius sponsa Eudochia a Sergio patriarcha coronati.

3 Heraclius imperator LVIII. Persarum de Romanis uictoriae et felices progressus. Heraclius statum imperii dissolutum et labantem reperit. filius ei natus, Heraclius iunior. Eudociae Augustae obitus.

4 Epiphania Heraclii filia coronata, ut et Heraclius iunior. Saracenorum irruptio in Syriam. Persae capiunt Damascum multis iterum captiuis abductis. Heraclii legatio ad Chosroen, qui pacem respuit. Heraclius neptem Martinam inceste uxorem ducit.

5 Persae Iordanem, Palaestinam et Hierosolymam capiunt. multi

sarum aduersus se mutuo directae, sine pugna discedunt, Heracliusque pergit per Armeniam, fines Persarum transiens.

23 Heraclius Sarbarazam noctu ex improuiso aggreditur Sarbarazasque uix nudus fuga elabitur. Heraclius hac uictoria laetus in illis locis hiemat.

24 Heraclius deliberatione habita in Syriam per Taurum transit. uentum ad Tigrin, eoque transmeato, Martyropolim et Amidam, ubi quieuit exercitus.

25 Sarbarazas suas copias recolligit denuoque inuadere Romanos parat. Heraclius Euphratem ponte a Sarbaraza ablato meatu inuento transit, uenitque ad amnem Saron, quo transito exercitum reficit, ibi castris metatis.

26 Romanorum per pontem Sari inordinati excursus, contra imperatoris iussum, qui ideo ex insidiis a Persis male multati. imperatoris fortitudo: a quo barbari repulsi.

27 Heraclii strenuitas in pugna, etiam ipsi hosti admirationi. post conflictum habitum uentum ad Sebastiam, et cum Alon fluuium transmeassent Romani, laeti in hibernis demorantur. Chosrois rabies, qui Christianos sibi subiectos ad Nestorianismum cogit.

28 Chosroes nouas copias mittit aduersus Heraclium, parte Sain tradita: alio exercitu cum Sarbaraza contra Constantinopolim misso. Heraclius re cognita exercitum suum in tres diuidit partes: una ad urbem missa, altera fratri Theodoro tradita, tertia sibi retenta, aduocatis in auxilium Cazaris.

29 Theodori uictoria de Sain. Chosrois ira aduersus Sain, in cuius mortui corpus etiam saeuit.

30 Cazarorum cum praetore suo Zihebil in Persidem irruptio. Zihebil Heraclium complexus, adorat cum tota multitudine, eique in auxilia quadraginta milia uirorum relinquit. quibus acceptis imperator contra Chosroen progreditur.

31 Chalcedon frustra a Sarbaraza obsessa. eius auxiliatores Auares superati domum redeunt: ipse illic hiemat, hostiliter subinde excurrendo.

32 Heraclius cum Turcis siue Cazaris inopinate Persidem ingressus Chosroen perterret. Turci auxiliarii paullatim diffluunt et reuertuntur.

33 Razates praetor aduersus Heraclium missus. imperator progreditur ciuitates et castella uastando multosque Persarum caedendo. uentum in regionem Chamaita ibique exercitus refocillatus. Razates a tergo Romanos persequitur.

34 imperator transito flumine Zaba ad Niniuen castra ponit: transit et Razates. Bahanes magister militum uexillum Razatis et nonnullos captiuos ad imperatorem adducit.

35 proelium cum Razate. Heraclii fortitudo et insignis uictoria, Razate ipso in pugna deiecto.

36 Romani eximia spolia legunt de Persis. imperator aduersus Chosroen contendit.

37 Niniue capta ab imperatore. Georgius ab eodem missus ad retinendos pontes minoris Zaban. ad quos mox ipse Heraclius perueniens transfretat exercituque refecto natiuitatis Christi festum celebrat.

38 Razatem cum reliquis suis co-

XXI

pluribus. maximus terrae motus per Mesopotamiam. Muhauiae mors, cui succedit Gizid filius.

18 Bulgarorum in Thraciam aduentus. de Bulgariae situ et Contragis.

19 Crobatus dux Bulgariae filios quinque relinquit. singulorum migrationes, et ubi cum suis unusquisque consederit.

20 Gazarorum eruptio et lati progressus. Constantinns cognito Bulgarorum aduentu aduersus eos terra marique arma mouet.

21 Romanorum imprudens fuga: quos persecuti Bulgari Danubium transeunt.

22 imperator cogitur pacem facere cum Bulgaris late grassantibus omniaqne uastantibus. Constantini imperatoris. pietas et studinm componendarum contentionum inter episcopos de religione. synodum conuocat.

23 synodus Constantinopolitana. Constantinus fratribus repulsis solus cum filio Tiberio regnat. Mucthar pseudopropheta obtinet Persidem. Azid defuncto Saracenorum princeps factus Maruban. huic succedit filius Abimelech.

24 fames et pestilentia magna iu Syria. Abimelech pacem a Muhauia factam cum imperatore firmat. Constantini imperatoris obitus, cui filius 'ustinianus succedit.

25 Iustinianus II imperator LXIII. pax prior inter eum et Abimelech denno confirmata Iustinianus Mardaitas reprimit.

26 Ziadus ab Abimelech in Persidem missus a Mucthare interficitur. Saidus contra Abimelech rebellat fraudeque occiditur. Iustinianus imperator adolescens inconsulto bellum Saracenis mouet. Leontius praetor Armeniam, Iberiam, Albaniam, Bucaniam, Mediam Romanis subiicit. Abimelech Cercesium adit, Enpolimque subiugat.

27 fames magna in Syria. imperator pacem cum Bulgaris solnit, bello aduersus eos et Sclauinos snscepto. eiusque uictoria. sed in reditu a Bulgaribus magna clade afficitur. Abimelech Persidem subigit.

28 Abimelech Mesopotamiam qnoque et Armeniam magnam subigit posteaqne quiete regnat.

29 Iustinianus pacem cum Abimelech temere dissoluit. Abimelech columnas sanctae Gethsemanis ablaturus ad aedificandum templum Machan exoratur a Sergio et Patricio, ut alias a Iustiniano acciperet.

30 imperator, licet iuramenti et pactorum ab Arabibus nolentibus a foedere recedere admonitns, pacem tamen rumpit fisus Sclauinorum auxiliis. Arabes primum superati: mox Sclauinis a Romanorum exercitu abductis uincunt, imperatore fugato.

31 Arabibus tradita Armenia, subiectaque interior Persis. eclipsis solis. Mubammat Arabum dnx Romaniam irrumpit, multosqne abducit captiuos.

32 triclinium Iustiniani. Stephani Persae sacellarii, et spadonum primi domini et arbitri ab imperatore constituti crudelitas et inclementia.

33 Theodotns magnus logotheta ab imperatore creatus, homo saeuissimus. plurimi incarcerati. e quibus omnibus imperator suis magis exosus redditus.

34 ecclesia b. Mariae, quae Metropolite dicebatur, destructa et eius loca facta phiala ab imperatore: Callinicusque patriarcha coactus ideo orationem facere.

35 Muhammat Armeniam quartam inuadit multosque captiuos abducit. quomodo Iustinianus imperio pulsus fuerit. Leontium diu in custodia habitum amici ut imperium capessat adhortantur.

36 Leontius quomodo imperator factus.

37 Iustinianus naso et lingua recisa relegatur. Stephanus sacellarius et Theodotus logotheta combusti.

XXII

1 Leontius imperator LXIIII. Senalidus multos captiuos e Romania abducit. Lazica Arabibus subdita: qui et Africam obtinent. Ioannes patricius cum classe a Leontio in Africam missus hostibus fugatis eam liberat.

2 exercitus rebellio, qui Absimarum imperatorem creant Tiberium nominantes. pestilentia in urbe Constantinopoli. Absimari cum exercitu aduentus.

3 urbs Absimaro prodita. Leontius naso abscisso in monasterium trusus. Absimari crudelitas in amicos Leontii. Heraclium fratrem praetorem singularem omnium exteriorum exercituum equestrium constituit.

4 Absimarus imperator LXV. Romani per Syriam Samosatum usque progrediuntur multis caesis plurimaque praeda ablata. Habdellae irruptio, qui nihil proficiens redit. Armenia quarta a Baane subacta. Philippicus ab Absimaro relegatus.

5 principum Armeniae contra Saracenos rebellio adque Romanos defectio. eos Muhammat supplicio afficit, Armenia iterum subiugata. Heraclii de Saracenis uictoria.

6 Heraclii alia de Arabibus uictoria. Iustinianus iterum ad imperium adspirans profugit ad Chaianum Cazarorum principem qui illi sororem suam in uxorem tradit.

7 Chaianus promissis Absimari inductus Iustinianum trucidari iubet, qui fuga elabitur.

8 Iustinianus Bulgarorum principem Terbellin ad se reducendum inducit. Abimelech moritur cui in regno Saracenorum succedit Vhalid Iustinianus castra cum Bulgaris ad urbem ponit eamque obtinet.

9 Iustinianus imperio recepto Terbelli multa dona tribuens Bulgaros dimittit. Absimarus e fuga retractus. Heraclius cum suis compluribus suspensi. Absimarus et Leontius dehonestati capitali supplicio afficiuntur. Callinicus patriarcha excaecatus et relegatus: eique suffectus Cyrus.

10 Iustiniani crudelitas caedes innumeras patrantis. uxorem Theodoram cum filio Tiberio a Chaiano accipit eosque coronat.

11 Vhalid odium aduersus Christianos. Iustinianus pacem cum Bulgaris soluit classeque constructa contra eos egreditur. Bulgarorum uictoria imperatorisque et Romanorum foeda fuga.

12 alia clades ducum Romanorum inter se contendentium accepta a Masalma, qui Tyrannium urbem capit.

42*

13 Abae irruptio. Vtham multa castra in Cilicia capit. Iustinianus classem Chersonem mittit Chersonitenses omnes et Bosphoronianenses interfici iubens.

14 crudeliter in Chersones incolas saeuitum a Romanis, etiam in primores, captiuis quibusdam illustrioribus cum Tudnno principe et Zohelo ad imperatorem ductis. classis Romana in reditu paene tota demersa. Iustiniani uaesania et truculentia.

15 Chersonitani auxilium Chaiani implorant. Helias Spatharius et Philippicus Bardanes exul in Chersone eriguntur. eos ad se duci iubet imperator Tudunumque et Zohelum restitui. Chersones inhabitatorum et ceterorum castrorum rebellio qui Philippicum imperatorem appellant.

16 imperator saeuire pergit aliamque mittit classem muros Chersonis funditus euertere omnesque interfici iubens. Philippicns ad Chaianum confugit. classis missa ad Philippicum quoque deficit.

17 Iustinianus ipse egreditur explorandi quae Chersonae gesta fuerint. duces contra Iustinianum a Philippico missi. Tiberii, Iustiniani filii caedes. interempti et alii proceres.

18 exercitus Iustiniani defectio ad Philippicum. Iustiniani caedes, cuius caput ad Philippicum missum. Philippico ut ab haeretico quodam imperium praedictum fuit.

19 Philippici exilium sub Absimaro, a quo Iustinianus eum reuocauit. Philippici uitia reprehensa.

20 Philippicns imperator LXVI. Armenios de sua terra expellit. idem ecclesiam turbat sextam synodum uniuersalem damnans. Bulgarum irruptio uniuersam Thraciam depraedantium. Arabes multa castra capiunt.

21 Abas Romauiam innadit capitque Antiochiam Pisidiae. terrae motus in Syria. Philippici uisio in quiete, qui dein excaecatur, coronaturque Artemius mutato nomine Anastasius. oculis priuati et qui Philippicum excaecauerant inque exilium missi.

22 Artemius imperator LXVII. Masalmas Galatiam depopulatur. imperator specie pacis petendae ad Vhalid legatos mittit, qui renunciant Saracenos ad Constantinopolin oppugnandam magnos facere apparatus. Artemins uicissim se instruit et diligenter praeparat contra hostes.

23 Vhalid moritur, cui succedit Suleiman. Germani episcopi Cyziceni translatio Constantinopolim.

24 rebellio in themate Obsicio contra imperatorem magnique logothetae ab eo missi caedes. Theodosium quendam idiotam imperatorem inuitum quamuis faciunt.

25 rebelles urbem regiam capiuut. magna caedes facta. Artemius monastico indutus habitu Thessalonicam relegatur. Leo praetor orientis Theodosio uon paret.

26 Theodosius imperator LXVIII. Masalmas aduersus Constantinopolim arma mouet praemisso Suleiman et Haumaro. Suleiman Amorium perueniens allicit Leonem orientis praetorem per litteras, quasi eo ueniente ab Amorii obsidiono recessurus.

27 Leo a Saracenis dolo circumuentus, qui eum retinere cupiunt.

XXIII

XXIIII

13 uarie a Constautino in amicos Artauasdi et ciues in urbe saeuitum. Artauasdus cum filiis et amicis ignominiose in pompa traducti, nt et Anastasius patriarcha qui tamen dignitati restitntus. praetor Thraciae qui Constantinum multum adiuuerat ab eo tandem excaecatus.

14 Marhuam dux Arabum. cometa apparet. seditio contra Marhuam, eiusque uictoria. Theophylactus Antiochiae factus patriarcha. Abae qni mnltos Christianos occiderat interitus.

15 aliae uictoriae Marbuam de Suleiman et de seditiosis atque rebellibus. Constantinus ex Arabum mutua pugna occasionem snmit inuadendi Syriam.

16 terrae motus ingens nt et pestilentia.

17 prodigiosae cruciculae in uestimentis nisae miraeque bominum ecstases.

18 immanis pestilentia in nrbe regia. Saracenorum classis in Cyprum nenit, quam iuuadunt Romani.

19 20 21 turbae ac dissensiones bellaque Saraceuorum et Arabnm inter se.

22 Constantino imperatori filius nascitur Leo. terrae motus horribilis in Syria et portentum. Leo Constantini filius coronatus.

23 Muhammat Arabum dux. bella inter barbaros. Constantini gesta contra Armenios. Theodorus post Theophylactum patriarcha Antiochiae. Constantinus ecclesiam turbare meditatur populum ad suum sensum flectens.

24 Anastasii patriarchae miserabilis mors. Constantinus contra imagines concilium celebrat, Constantinumque monachum ad patriarchatum enehit.

25 barbarorum contentiones et bella inter se, utque tandem Habdallas ad principatum Saracenorum pernenit.

26 Panlicianorum haeresis dilatata. urbs regia bahitatoribus a Constantino completa plerisqne proxima pestilentia exstinctis. Bulgarum incursus hostiles usque ad murum longum.

27 terrae motus magnus in Palaestina et Syria. Theodori Antiocheni patriarcbae exilium. Saracenorum exercitus Romaniam inuadens nec quid proficiens recedit. Habdallas tributa Christianorum auget.

28 Constantinus Sclauinas capit. MauropbororumPersarum qnorundam praestigiatorum interitns. Arabum inuidia aduersus Cbristianos quibus tamen carere non possunt ad calculationes suas scribendas. Paullus praetor ab iis occisus et alii quidam insignes uiri capti. Romanorum clades a Bulgaris accepta.

29 error in celebratione Paschae commissus. S. Ioannis Baptistae capnt translatum. docetes in caelo apparuit. Theodori Libanitae bellnm cum Arabibus. eclipsis in sole. Mauropbororum monstrosa dogmata.

30 Cassiotarum contra Maurophoros seditio. Andreas Calybites monacbus Constautinum ob impietatem increpans ab eo occiditur.

31 docetes apparuit. Bulgares occisis dominis suis principem faciunt Teletzin. Constantini expeditio aduersus Bulgaros et Teletzin pugna uicti fuga.

sauros indicatos promissa non seruat eamque in monasterium apud Principem insulam relegat.

XXVI

1 Nicephorus imperator LXXIII timens ob iniquum imperium, ne Eirene reposceretur ad imperium, eam in Lesbum deportari curat artissima custodia apposita. Nicephori Triphylii caedes. imperator equo lapsus pedem conterit.

2 Bardanes praetor orientalium inuitus imperator appellatus, accepta securitate ab imperatore, sumit habitum monasticum abitque in insulam Primam in qua monasterium construxerat.

3 imperator contra fidem datam Bardanem bonis multat omnesque eius thematum principes et habitatores grauiter punit. Eirenes obitus.

4 Nicephorus Stauracium filium imperatorem facit, dein nefaria fraude Bardanem excaecari curat. Nicephori fraudulentus animus et malitiosus, simulatio et fictae lacrimae.

5 imperator a Saracenis proelio superatus uix saluus effugit. mox aedificauit Ancyram Thebasan et Andrasum.

6 Aaronis principis Saracenorum expeditio aduersus Romanos, cum quo Nicephorus tandem pacem contrahit magno tributo promisso. ea mox dissoluta.

7 Nicephori uana expeditio aduersus Bulgares.

8 Chumeid ab Aarone missus cum classe Rhodum diripit, cuius classem in reditu tempestas horribilis inuasit.

9 Nicephorus filio Stauracio Theophano Atheniensem uxorem dat. procerum multorum conspiratio contra imperatorem, eaque patefacta, et eius conscii plurimi uarie multati.

10 Muhammat princeps Saracenorum factus contra quem seditionem commouet frater Habdallas. inde barbari scissi in diuersos principatus bellis intestinis se inuicem affligunt. episcoporum quorumdam et monachorum dissensio a Tharasio patriarcha, quos imperator damnatos exilio afficit.

11 Bulgari multam praedam a Romanis auferunt pluresque occidunt. Crunnus Bulgarorum dux Sardicam capit. Nicephorus contra Bulgaros egressus nil dignum agit.

12 seditio aduersus imperatorem ob eius auaritiam.

13 ea seditio uix multis blanditiis et promissis sedata. mox uarie ab imperatore contra fidem datam saeuitum caedibus tonsuris et exiliis.

14 15 16 quot modis Nicephorus subditos afflixerit atque uexauerit per decem capita summatim relatum.

17 alia mala innumerabilia esse quibus affecerit tam summos quam infimos. historia de Cerulario quodam cui aurum abstulit.

18 alia commenta Nicephori ad subditos pecunia emungendos.

19 Daemoniacus quidam conatur interficere imperatorem.

20 Manichaeis Nicephorus uehementissime fauet. eius magicum sacrificium, cum Bardanium patricium, qui contra eum insurrexerat, debellaret.

21 Nicolaum eremitam et quosdam imaginum aduersarios alios imperator defendit. eius impietas. epi-

scoporum apud eum contemptus ecclesiarum quaeque sacrata pro communibus ducentem. imperatores uniuersos ante se ut improuidos arguit.

22 Saraceni Romanis multam pecuniam eripiunt. Nicephorus graue tributum ab ecclesiis monasteriisque principumque domibus exigit.

23 expeditio Nicephori aduersus Bulgares. Crunnus eorum princeps frustra pacem expetit.

24 Nicephori uictoria et saeuitia atque auaritia immanis. Crunnus uictus iterum pacem expetit, qua negata ira furens exitum imperatori praecludit.

25 dira Romanorum clades imperatore cum omnibus magnatibus a barbaris interfecto. Nicephori caput a Crunno recisum et suspensum, mox nudatum et pro poculo usurpatum.

26 Nicephorum omnes antegressos imperatores improbitate superasse. Stauracius graui uulnere accepto uix saluus euadit.

27 Stauracius imperator pronuntiatus a palatinorum quibusdam. Michael Curopalates ab amicis rogatus ut imperium acciperet, id facere non uult Stauracii morbus, quem frustra monet Nicephorus patriarcha malefacta patris corrigere sicque deum placare.

28 Stauracii machinationes ad imperium uxori acquirendum. quomodo Michael Curopalates imperator factus fuerit.

29 Michael imperator LXXIIII uir mitis et liberalis. Stauracius sumit habitum monasticum. Michaelis coronatio magna laetitia peracta.

30 Procopia in Augustam coronata. uarii liberalitate et magnificentia uaria affecti tam e principibus quam e populo.

31 Michaelis studium componendi dissidia in religione. eius legatio ad Carolum Magnum de pace et affinitate contrahenda.

32 Theophylacti filii Michaelis splendida coronatio. Manichaeos et Atinganos exstirpare conatur imperator.

33 Stauracii miserabilis mors. eclipsis in sole facta. Michaelis expeditio in Bulgariam. simultas in castris.

34 Bulgari Romanorum discordia comperta occasione utuntur. multa castra et oppida a Romanis relicta.

35 Constantini filii quos e custodia subripere quidam uolebant et adducere ad exercitum a Michaele deportari iussi in Aphusiam. puniti et eremitae quidam quorum unus Nicolaus ab imperatore. Atingani haeretici in exilium acti.

36 Thebith contra Christianos mouet exercitum sed uincitur. bella intestina inter barbaros, inter Muhammat et Habdallam fratres. Crunnus Bulgarorum dux imperatori pacem offert.

37 Michael pacem cum Bulgaris facere et fugitiuos reddere recusat prauorum consiliariorum suasu. Bulgarorum irruptio, undeque Bulgari mechanicam militarem didicerint.

38 Mesembria a Bulgaris capta. imperator consilio habito de pace cum Bulgaris facienda deliberat, sed consiliarii reddere perfugas dissuadent.

39 cometes apparuit. mox triste nuntium allatum de capta Mesembria cum Debelto.

INDEX NOMINVM

Index capitulorum Gruteri est.

Berolini apud I. Guttentag (Guttentag et Vahlen.)

Lipsiae typis J. B Hirschfeldi.